

**HOMERI ... ILIAS.
PER LAURENTIUM
VALLAM LATIO
DONATA**

Homerus, Lorenzo Valla





HOMERI

POETARVM

OMNIVM PRIN-

CIPIS

*

I L I A S ▶



PER

LAVRENTIVM VALLAM

LATIO DONA-

TA.

*



VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA,



LVGDVN I APVD S E B.

GRYPHIVM,

1541.



ILIA DOS

HOMERICAE

LIBER PRI-

M V S.

*

Laurentio Vallensi interprete.



CRIPTVRVS ego
quantā exercitibus Graijs cla-
dem excitauerit Achillis furēs
indignatio, ita, ut paſſim aues
ſrēq; cadaueribus heroum ac
principū paſcerentur: te Cal-
liope, uosq; aliae ſorores ſacer-
muſarum chorus, quarum hoc
munus eſt proprium, & que-
uatibus p̄ſidetis, inuoco:oroq; , ut hæc me edoceatis
que mox docere ipſe alios poſsim. Primum, quæna origo
indignationis ac materia fuit? Nempe Achillis controuer-
ſia cum ſummo Græcorum principe Agamemnone. Dein
de, quis inter hos deus controuerſiā excitauit? Apollo Io-
uis & Latonæ filius. Postremo, quis Graios iſpos eō cala-
mitatis ob hæc indignationē decuenire permifit? Iouis deo-
rum ſummi uoluntas atque conſilium. Hæc igitur, quomo-
do geſta ſunt, latius exequamur. Controuerſia autem in-
ter Agamemnonem atque Achillem, hinc originem ſum-
pſit, Apolline p̄ebente materiā: Erat eiusdem dei ſacer-
dos quidam ex Chryſa iſula, & ipſe Chryſes nomine,

unice iam adultæ pater: quā et patrie et patris nomine,
 Chryseidam appellauit. Hanc Græci, cum Thebas euerte-
 rent, finitimaq; loca diriperent, captam, Agamemnoni, ut
 summo rege dignam, uel dono uel in suam portionē, obtu-
 lerunt. Vbi autē ad Troiam redierat, non ita multo pōst,
 ecce pater Chryses cum ingentibus donis redimendæ fi-
 liae gratia, præferens manu aureum sceptrū, coronis Phœ-
 bi uittisq; redimitum, adiensq; Græcos principes, præci-
 pueq; Agamemnonem ac Menelaū, huiusmodi illos uer-
 bis obsecrabat: Atridae, uosq; alijs Graij principes, sic uo-
 bis dij superi dent Troiam (ut optatis) euertere, et domū
uoti compotes redire, filiam unicam solum patris miseri-
 solatium mihi reddite, accipientes hec pro eius redēptio-
 ne precia: exhibituri quoque honorem ipsi Apollini, cuius
 ego sacerdos sum, cuiusq; hec sunt quæ gero, ornamenta.
 Ad has preces uniuersi proceres moti, iubent patri reddi
 puellam. et quū enim esse ac pium, tanta pro redemptione
 dona afferentem audiri, nec sacerdotem Apollinis despe-
 ctum dimitti. Vnus autem Agamemnon longe secus et
 sensit, et dixit: conturbatus etiam tum sacerdotis oratio-
 ne, tum ceterorum assensu. Itaq; Tibi uero, inquit, dico
 senex, ac predico, ne comittas ut aut nunc iterū, aut post-
 hac alias te apud has naues obuium habeam: alioqui pa-
 rum tibi proderunt sceptra ista, deiq; laureole. Hac ego,
 ne erres, non prius à me distraham, quām procul hinc à
 sua in mea patria apud Argos, ac domi mee senuerit, te-
 xende telæ incumbens, et in meo thoro cubans. Abi igi-
 tur hinc quamprimum à conspectu meo nec me, si redire
 in columnis uis, irritare pergas. Hec cum audisset senex, nō
 mediocriter conterritus est: protinusq; à castris se recepit
 taciturnus

Chrysis capi-
tur.

i gome t
capitatis
oritatum

Chryses ora-
tio.

cozantur

incipit
partis

corone

taciturnus ac mœstus. Deinde cū procul à nauibus abisset,
luctu grauis, Apollinem his uocibus comprecatus est: A = Chryses ad A-
pollo Iouis ac Latonæ clara progenies, Apollo Smyn= polinem.
theu, Apollo quem argenteo arcu præpotētem colūt, qui
Chrysam, qui Cillam, qui Tenedum incolunt, si quando
grata iucundaq; fuere mea ædificia, mea fasta, mea solē-
nia, tauris caprisq; rite immolatis, audi nunc precantē sa-
cerdotem tuum: misero patri gratificare, quod postulat.
Immitte tua tela in Graios exercitus, ut luant mihi poenas
pro tot lachrymis tantisq; mœroribus, quos mihi inuexe-
runt. Hunc ita orantē Apollo audit, propereq; ab alto cœ-
lo delapsus plenus irarum, nocti q; ipsi assimilis, resultanti
bus ob celeritatem descendantis cum sono sagittis atq; are-
cu, quos ad tergum suspensos in pharetra gestabat, ad na-
ues ex castra se contulit: atque ab illis seorsum residens
per nouem dies, totidemq; noctes, horrendo cum sono sa-
gittas emittens: primum iumenta canesq; percussit, dein= Peste laborans
de ex homines: atq; ita percussit, ut quotidie cateruatum Greec.
in orgijs defunctorum corpora cremarentur. Decimo autem die, sacri
cum tantam cladem Pallas animaduerteret, misera-
ta talis cōditionis eorum, quos singulari solicitudine pro-
sequeretur, Achilli dedit hanc mentem, ut de ea re ad sena-
tum atque ad omne concilium Grecorum referret. Igitur
huius uocatu, principum populiq; cœtu coacto ac seden-
te, Achilles surges, hanc habuit orationem: Agamemnon, Achilles,
infestā re, quantum uideo, nos hinc fruſtrati ſpe domum
reuertemur, ſi modo reuerti datum eſt, morte uitata. Nam
uniuersos propè Graios iam partim bellum, partim pesti-
lentia abſumit. Quare consulendum censeo augurem
quempiā, aut aruſpicem, aut ſomniorū interpretem, ſiquia-

dem ipsa quoq; ab Iove ostenduntur insomnia: qui nobis
denunciet, tu causas irarū, quas in nos Phœbus tantopere
exercet, seu qua indigne ferat uota sibi non persoluta, siue
sacrificia nō rite facta, seu quid aliud: tu qua expiatione,
num agnorū caprarumq; sacrificijs, ipsum placare possi-
mus, ut à nobis, quam iniecit, pestilentia tollat. Hæc cū A-

C alchas uates. chilles dixisset, resedissetq; , tum Calchas Thestoris filius
surrexit, uir longe omniū ariolandi peritia, quam ab ipso
Apolline didicerat, præstatiſſimus, atq; omnia cognita ha-
bens, quæ fuerūt, quæ sunt, quæ crunt: quēq; unum Græci
ad Troiā uenientes, dignū putarūt cuius diuinationē suę
nauigationis ducē haberent. Hic igitur, ut erat prudēs, in
hūc modū ad illos uerba fecit: Iubes Iouis amice Achilles
hic pro cōcione causam irarū Apollinis promere. Ego ue-
ro promā illam quidem, tibiq; parebo, sed tu mihi ſponde
uiciſſim, iurans sanctissimū iuſſu randū, te neq; lingua, ne-
que manibus, ſi ob hoc ipsum in periculū uocer, mihi defu-
turum. Certū enim habeo, maiorem in modū aduersus me
indignaturū eſſe cum, cuius ceteri Græci & consilio ac-
quiescant, & imperio parent. Neq; uero mihi ſatis fuerit
Achilles, ſi me hodie ab hoc discriminē vindices, niſi fece-
ris id etiā deinceps. Nam iratus in inferiorē princeps, et ſi
cōtinet ſe in p̄ſentiarū, diſsimulata ad tempus indigna-
tione, tamen offenſe meminit, querēs aſſidue occasionem,
donec animo ſuo ſatisfaciat, ſumpto de homine ſupplicio.
Quocirca Achilles, ſi me proloqui diuinationē uis, reſpō-
de an uelis poſſisq; Calchantē, & nunc & in posterū in-
columē reddere. Cui reſpōdens Achilles, Noli, inquit, ue-
reri Calchas. quicquid diuinationis animo tenes, profer in
medium. Iuro tibi per Phœbū Apollinem, cuius oraculum
dicturus

dicturus es, nemo me uiuo, quoad supra terras conficiar,
 tibi apud has naues ob hanc causam iniuriosas afficeret ma-
 nus. nemo, inquā, Graiorum omniū, ne ipse quidē (si forte
 de eo locuturus es) Agamemnon, principū qui hic adsunt
 multo eminentissimus. Tū eximius augur Calchas, timore
 deposito: Nil horū, inquit, quæ enumerata sunt, nobis A-
 pollo succēset, sed Chrysē sacerdotē suum iniuria contu-
 meliaq; esse ab Agamemnone affēctū, cui filia reddita non
 est, præsertim preciū pro redēptione offērenti. Eoq; cla-
 dem hāc in nos immisit, immisjūrus etiā maiore, nec antea
 finē mali facturus, quām patri filia reddatur, & reddatur
 sine precio, quoniam redēptionē accipere noluimus, et ad
 eum cū donis eatur, quibus sacrificiū fiat, quia cum donis
 hoc ueniētem repulimus. Ibi tum nostra expiatione, tum
 Chrysē precibus Phœbi pacem consequemur. His dictis,
 Calchas resedit, Tum Agamemnon surgens, ipso ore atq;
 uultu æstum irarum declarante, toruos atq; ignibus simi-
 les in Calchantē primū intendens oculos, ^Ouates, in-
 quid, omino se mihi semper: nunquam bona, nunquam
fausta Agamēnoni uaticinabere: quasi iuuet aduersa mihi
denūciare & acerba, ut tui sis similis, aīs mea causa Phœ-
bū hāc in Græcos cladē excitasse, quod munera pro redē-
ptiōe accipere, filiamq; reddere patri excusai. Nec seor-
sum me admones, sed palam in concione in inuidiā meam
peroras. E quidē, ut ad uos reuertar Græcorum principes
cateriq; mulites, fateor, amore puellæ captus sum, unā cū
illa domi uitam agere decreueram, utpote digniore quæ
mecū cubet, quām Clytæmnestra uxor: quod facie, quod
membris, quod ingenio ac moribus, quod deniq; muliebri-
bus officijs atq; operibus antecellit. Veruntamen si ita res

Calchantis oratio.

Agamemnō in
Calchansem.

ILIADES HOMERI

postulat, præstatq; patri puellā reddi, reddatur. neq; enim
is ego sum, qui malim populu perire, dum animo meo ob-
sequar, quam in columnam esse. Sed ueltra in uicem interest
prouidere, ut hæc mihi iactura aliunde resarcitur atque
pensetur, ne quod indignum est atque iniquum, solus ego
ex omnibus (taceo quatus sum) fraudatus sim honore meo
sublata puella (ut uidetis) que mihi ex præda cesserat in
portionē. Tum Achilles exceptit: Et quo tandem pacto ma-
xime ac potentiissime Agamemnon fieri potest, ut proceres
Grecorum sarciant honorem tuum atq; compensent? Nā
nec aliquid est, quod cōmune omnium sit, unde munera-
re te atq; honorare ualeamus. Et quæ ex direptionibus ur-
bium inter duees militesq; distributa sunt, absurdum uide-
tur retractari, & à singulis in medium collata, iterum ad
distributionē uocari. Ceterū restitue tu quidem nunc istā
deo puellam, quā ille restitui imperat: nos uero postea cæ-
teri reddituros tibi, si Iupiter annuat nostris manibus e-
uerti Troiam, triplū & quadruplum pollicemur. Cui re-
spondens Agamemnon, Noli, inquit, quāuis tam præstans
sis fortissime, atq; istud quod ais persuadere. Siccine iubes
me hanc patri reddere, ut tu honore tuo fruaris, ego sim
fraudatus meo? Omnino nunc honorem meū Greci instau-
rabunt, inuenientes quod plane iacturam meam emendet.
Quod si isti grauabuntur aut differēt, ego ipse per me id
agā: accedensq; ad quemcunq; mihi libuerit, cripā ab eo
quæcūq; mihi libuerit, siue Vlysses ille, siue Ajax, siue tu,
siue alius quisquam sit. Certe quisquis erit, is stomachabi-
tur sane scio: & licet stomachetur, sed hoc postea uideri-
mus. Nūc autem deducatur festināter biremus: inpositusq;
idoneus in ea remigibus atq; hostijs, Chryseidam remitta-
mus.

Achilles Aga-
memnon.

Agamemnon.

ais q; het
not ordi-
ci econoz

keanot.
Agam f.

mus. Delecto insuper ex primoribus aliquo, cui commode
 hoc officium delegemus, aut Aiace, aut Idomeneo, aut
 Vlysse, aut te Achilles inter omnes immanissime, qui
 Apollinem in Græcos pestilētia grassantem, precibus sa-
 crificijsq; exores. Ad hunc Achilles truculento intuens
 aspectu, O vir, inquit, ex dolo totus atq; imprudentia fa- Achilles,
 ctus ac genitus, et quis tibi Græcorū posthac libens pa-
 reat, alacerq; aut in expeditiones eat, aut præliū capesc-
 sat? Neq; uero ipse priuato in Troianos odio huc profe-
 ctus sum, pugnaturus in ultionem illatæ mihi ab illis iniue-
 ria, quod uel agros meos uastauerint, uel boum equorumq;
 armenta regno abegerint, cum tantum maris atq; terra-
 rum inter Phthiam Troiamq; interiectum sit. Tua tan-
 tum causa impudentissime mortaliū huc nauigamus, qui-
 cunq; tecum huc nauigauimus, ut tibi gratificaremur: ut
 communem iniuriam ulcisceremur, Menelai pariter et
 tuam. Horum tu canino vir aspectu, horum nullam ratio-
 nē habebis, eosq; pro nibilo putabis? Et quod per ærūnas
 belli manus meæ emeruerunt (nam in euertendis Troia-
 norum oppidis plus ego quam ceteri et opere et ope-
 ris præstiti) quodq; mihi ab omnibus tributum est, id tu
 mihi te per te crepturum minaberis, cum tu semper multo
 plura quam ego ex diuisione prædarum manubiarumq;
 sortiaris? Quippe maxima queque portio ex omni præ-
 de partitione tua est, mea uero exigua, quod nihil à quo-
 quam pro laboribus meis extorqueo, nihil surripio, nihil
 exigo. Sed quantulumcūq; à ceteris ultra libeterq; desfra-
 tur, eo cōtentus sum. Quapropter, quādoquidem ita age-
 re insitius, en domum atq; in Phthiam, quod multo mihi
 conducibilius est quam hic manere, abeo. Neq; uero opi-

nior me ob denegatum honorem, hinc profecto magnas à
 te opes ac diuitias adepturum. Tunc Agamemnon, Abi
 hinc, inqt, quām maturrime, si tua uoluntas fert. nec enim,
 ut mea causa remaneas, orabo. Ne hoc expectes. Non eris
 mecum tu? Erunt alij complures, qui mihi, non uti tu fa-
 cis, reuerentia præstabunt. Erit certe, quod uidelicet præ-
 cipuum est, Iupiter optimus maximus. Tu uero, ut scias,
 inter omnes reges nūhi es maxime inuisus, quē nihil iuuat
 nisi pugna, nisi rixæ, nisi bella. Quod autē singulari præ-
 ter ceteros robore præditus es, id uero non tu tibi, sed dij
 dederunt. Abi igitur in patriam cū socijs: atque ibi inter
 tuos Myrmidonas, si uis, imperium exerce. nam te id, fa-
 cere inter alios atq; hoc loci, non licebit: ubi ego, qua sum
 dignitate atq; imperio, te nihil facio, prorsus contemno.
 ideoq; iratum te nec rogo ut maneas, nec taceo. Illud ta-
 men nūitans prædixisse uolo, quemadmodū nūhi Apollo
 austert eam, quæ nūhi sorte obtigerat, sic ego eam quæ ti-
 bi sorte obtigit, austram. Et ut Chryseidam à tabernacu-
 lo meo eductam, ad patrem nunc remittam, sic Bryseidam
 à tuo tabernaculo abducam, in meoq; collocabo: ut et tu
 intelligas, quantopere ego te antecello, et ceteri pos'hac
 pari fronte mecum colloqui reformident, ac meis uel dictis
 uel factis se opponere. Hæc Agamemnon. Quibus Achil-
 les auditis ex candescēs, hæsitabat animo, utrum districto,
 quem ad latus habebat, gladio irruens terrefacto pertur-
 batoq; confessu, Agamemnonem trucidaret, an iracudiam
 cohiceret, dolori q; imperaret. Iamq; dum secū deliberat,
 gladium eduxerat. Sed Pallas protinus coelo delapsa, præ-
 sto fuit. Adierat nāq; ipsam Iuno, utq; huic rei opem fer-
 ret orauerat: siquidem ambos pari solitudine ac chari-
 tate

Achilles Aga-
memnoni.

tate prosequebatur. Hęc igitur ubi à tergo iuueni astitit, nulli alij conficienda quam illi, rutilam eius comam manu prehendit. Ad cuius tactum aspectumq; expauescens Achilles, qm̄ respexisset, in deamq; oculos horribili quodam ardore suffusos intendisset, Pallada cōfestim esse cognouit: atq; ipsam compellans, ita inquit: Quid tandem hoc magno Ioue sata uenisti? an ut ignominiam Agamemnonis conficias, quam hoc ferro accepturus est, pro ea quam ego ab ipso accepi? Insolētissima enim huius superbia facit, ut ei statim offeram mortem, quam nequaquam poterit effugere: ita in ipsum iracundia incensus sum. Cui Pallas respondēs, Non ueni, inquit, à cōlo Achilles, ut te ^{Pallas Achilli.} iratum in ultionem iniuriae acceptae crūpere uideam, sed ut iracundiam tuam compescam. Nec hoc mea tantū spōt; ucrumetiam Iunonis admonitu, quæ me, ut huc accurrerem, hortata est. siquidem utrunc; pāri sollicitudine ac charitate prosequitur. Quare acquiesce nostro consilio, cohibe impetum animi, reconde gladiū. Verbis tuam causam age, nō ferro. Intra cōuicia irascere, haec enus ultioni liceat. Atq; quo nobis facilius pareas, furoremq; mitiges, attende quid dicam: Aderit tempus (crede Palladi affirmanti) quando ille ad leniendā hanc offensam, ultro tibi triplo plura ac triplo potiora descret dona. Tū Achilles ^{Achilles Pall-} haud illi aduersatus, Etsi, inquit, dea certū iam mihi erat, ^{di.} de hoc homine supplicium sumere, uobis tamen quam affectibus obtemperare, non modo decentius est, sed etiam utilius. Qui enim uoluntati deorū paret, hūc dij ipsi præcipue exaudiunt. Hęc dicens, ensem argenteo capulo in uaginam recōdidit. Pallas uero ipsa in cōlestes domos ad Iouem atque ad alios dæmones, se recepit. Nihilo tamen munus

chilles Aga- minus Achilles Agamemnonem, non sedato iracudie, fer-
 moni, uore,rursus maledictis aggreditur: Vino madens, caninū
 rictum,ceruinum cor habens,cui nunquam tantum animi
 fuit,ut uel cum toto exercitu armatus prælium inires, uel
 cum strenuis loca insidijs apta obſideres. Et sapis, illud
 optimum factu putans,ad tentoria manere,ac ſpoliare fo-
 cios portione ſua,ſi qui tibi cōtradicere audeant,rex po-
 puli deuorator. Quod ſibi quibus præſides, aliqua eſſent
 indole Græcæ ac maleſcie uirtutis,hodie proſecto finē fa-
 ceres iniurias nobis ac cōtumelias componendi. E quidem
 teſtor tibi, & ut ne quid dubites,quod eſt præcipiuū, iu-
 iurandum interponam, per hoc ſceptrum Graiorū prin-
 cipum in iure populis dicundo, & in custodiendis ex Io-
 ue legibus inſigne: quod quemadmodum hoc poſtquam ē
 ſua arbore reciſum, & manu artificis dolatum ac fabre-
 factum eſt, nunquam ramos proferet, nunquam frondes
 emittet,nunquam poſtremo reuiuiscet:ſic nunquā Achil-
 lem Graiorum deſiderium capiet,nec ulla horum neceſſi-
 tas adducet, quo ipſos ab homicidae Hectoris manibus
 conſectos cripiam,ut tu tecum affliſteris,quod nullam eis
 opem afferre poſſis: & tanto pœnitentiæ dolore rumpa-
 ris, qui prætantissimum inter omnes Græcæ uiros, pro
 nihil habendum tibi putasti. Hæc cum dixiſſet, ſceptrum
 iſum aureis clavis diſtinctum, humi abiecit, ac reſedit.
 Agamemnone autem & ipſo pro ſe inſanire incipiente,
 surrexit Nestor, Pyliorum & imperio & facundia lon-
 ge princeps, cuius ex ore dulcior melle fluebat oratio, uir
 ſapientia ſimul & annis grauiſ: ſi quidē tertiam iam eti-
 tem hominum uiuebat:& cum multis qui iam deceſſerāt,
 unā floruerat. Hic itaq; ad illos,ut erat maturus, O' indi-
 gnūm

Nestoris ora-
do.

gnum facinus, inquit, quāto moerore ac luctu omnis Græcia afficietur, quāto gaudio Priamus cum filijs reliquisq; Troianis, quum nuncium acceperint, uos qui & consilio & armis cæteros antecellitis, digladiari, atq; seditionibus intestinis laborare: Sed acquiescite quæso uterq; consilijs meis, qui utroq; uestrum natu sum grandior, cuius consilium nunquam à præstantioribus uiris quam uos estis, repudiatum est. neq; enim tales uiros aut uidere mihi contigit, aut audire, quales illi fuerunt, cum quibus familiari ter uixi, Pirithous, Dryas, Theseus, Cæneus, Exadius, Polyphemus, dijs immortalibus comparâdi, nedum omnium mortaliū fortissimi, & qui cum fortissimis Centauris montiū incolis, accrime belligerauerunt. Iis ergo procul usq; à Pylo euocatus, auxilio ueni, cumq; ipsis in bello uersatus sum, ita ut corporis & animi uiribus egregiam operā nauauerim aduersus eos, cum quibus nemo horū qui nunc uiuunt, auderet conserere manus. Quod si fortiores uobis sepe me consulebant, libenterq; consilijs obtemperabant meis, debetis & uos (erit enim ex amborum utilitate) admonenti mihi acquiescere. Igitur neq; tu Agamemnon potentia tua fretus, preriipiis huic puellam, quam Graij in honorem ei atque in partem prædæ dederunt: sed sine ipsum potiri quod suū est. Neq; tu Achilles uelis ex æquo cum rege contendere, cui ab ipso Ioue hæc, qualis nunquam alteri, collata dignatio est. Etsi tu corporis uiribus antestas, & dea matre es genitus, hic tamen potētior est, quia in plures imperium obtinet. Quare tu quidem Agamemnon desine in hunc irasci, ego uero reconciliare ipsum precibus conabor, quippe qui maximus in prelijs est cæterorum Græcorum. Ad hunc respondens Agamemnon, Agamemnon
Nestor, ait:

ait: Recte ista senex et uere commemoras. cæterum hic
uir inter cunctos ulterius excellere, omnes uincere, omni-
bus dominari, omnibus imperare uult: qua spes, ut redi, fru-
strabitur. Nam si ei dij dederunt, ut omnibus in bello præ-
staret, num ideo ut omnibus probra ingerere posset, de-
Achilles. derunt? Ad quem Achilles, interpellato illius sermone, An,
inquit, ego committerem, ut timidus et nullius precij uo-
cer, si omnibus quæcunq; tu mihi iniunxeris, dicto audiēs
ero? Alijs tu, alijs imperato, non mihi. Nam ista spes te, ut
reor, frustrabitur. Verum hoc, quod dicam, repone imis-
sensibus. Ego neq; tecum, neq; cum alio quopiam puellæ
huius retinendæ gratia ad manus uocabor: quoniam quod
eripitis, id mihi dono deditis. Cæterarū autem rerū, quæ
penes me sunt, nihil sane inuito me tolles. Quòd si uerbis
meis fortasse nō credis, ut etiā isti cognoscat, agedū expe-
rire, cuius statim cruor per lanceam quate confodiam, de-
curret. Tandem quum huiusmodi inter se altercationibus
dimicarent concilium solutum est. Et Achilles quidem cū
Patroclo suo, alijsq; comitibus deducentibus ad naues et
ad tentoria sua rediit. Agamemnon uero deducta biremi,
ac delectis uiginti remigibus, impositisq; una cum uicti-
mis adductam pulcherrimam Chryseidam in ea colloca-
uit, Vlysse, qui biremi preeffet, delecto. Quam ubi uidit
abeuntem, ac uela facientem, iussit populus se purgare. Ilii
ob eam rem purgantes, et in mare purgamenta iaciētes,
pro se quisq; circa littus, Apollini sacrificabant, alias tau-
ro, alias ariete, alias hirco. Omnia deinceps littora collu-
cere, et ubique fumum hostiarum in cœlum tendentē ser-
pere uideres. In qua procuratione cum cæteri Graij occu-
pati sunt, Agamemnon adhuc hulceratum animum ge-
rens,

rens, ut quod Achilli uerbo minatus erat, re ipsa declararet, Tali hybiū atq; Eurybatem præcones, fideli in pri-
 mis opera probatos sibi ministros uocat. atq; alloquens,
 ita inquit: Ad Achillis tentoria ite, & formosissimā Bry-
 seidam manu prehensam abducite: quam si tradere recusauerit, dicite illi meis uerbis, uenturum me cum ampliore
 manu, uiq; mulierem erecturum, cum ipsius ingenti for-
 midine. Hęc cum audissent præcones tam præficta man-
 data, haud libenter profecti sunt. Qui cum secundum lit-
 tus ad tentoria nauesq; Myrmidonum uenissent, offendie-
 runt Achillem ante nauem tabernaculumq; suum seden-
 tem. Qibus inspectis, nec ille horum aduentu lētatus est,
 nec hi proprius accedere & exponere mandata, aut omni-
 no boscere, ausi sunt. Stabant itaq;, cū reformatantes uultū
 turbati regis, tum erubescentes tali apud eum fungi lega-
 tione. Hunc timorem & hęc uercundi in loquēdi, id est,
 aduentus causam cum intellexisset, Saluete, inquit, præ-
 cones Iouis atq; hominum angeli, accedite proprius. neq;
 enim uos mihi iniuriā facitis, iussi uenire: sed Agamemnō,
 qui uobis necessitatē ueniendi imposuit, mandans ut Bry-
 seidam à me abducatis. Agedum nobilis Patrocle, educ
 ad hos puellam, eisq; trade ad Agamemnonem educen-
 dam. Hos autem ipsos uolo mihi cum apud immortales
 deos mortalesq; homines, tū uero apud ipsum, à quo missi
 sunt, immanissimū regem testes fore, si qua recessitas in-
 gruat ceteris, ut usus mei sit: quo eos protegam in ultia-
 mum discriminē adductos, quandoquidem tam perditō cō-
 silio, ut præteriorum pariter & futurorum immemor,
 non proficiat, qua ratione socij hic ad naues in bello
 non occidant. Hęc Achilles. Patroclus autem amico ob-
 temperans,

Agamemnō
præcones.

Achilles præ-
conibus.

Aufentur ab
Achille Bry-
seis.

temperans, eductam è conlaui puellam, præconibus trædit. Ili accipientes, ad naues Agamemnonis deducebat inuitam, mœstam, & ire penè recusantem. At Achilles erumpentibus lachrymis deflectens ab aspectu cæterorum, solus ad oram spumantis maris resedit: atq; in ipsum late fusum pelagus intuens, manusq; tendens, matrem sepius compellabat: Mater, quæ me hoc fato genuisti, ut iuueni atque in ipso sit ætatis flore moriendum, spondebas tamen intra hoc breue tempus eui, Iouem nubi magnum decus esse tributurum: en nunc ne tantillum quidem tribuere uoluit. nam Atrides Agamemnon, ut me decoraret, quod nubi consensus Graiorū honoris ac præmij causa donauerat, id ipse à me præripuit. Talia deflētem cum lachrymis, ex imo maris, ubi cum sene patre erat mater exaudiens, protinus exiliit, & instar nebule ex aquis prodiens, accedensq; filio assedit, blandaq; illū matrem Achilli. nu prehendens, Quid fles, inquit, fili? quis tantus dolor, tantusq; mœror pectus inuadit? profer matri omnia, nec me quicquam fili celes, ut tecū ego quale sit istud uulnus, intelligam. Cui Achilles, alte ducens cum gemitu suspiriū, Tute, inquit, mater per te ipsa scis. quid tibi opus est à me cuncta exponi? Dum Thebas omnibus cum copijs adiissemus, tandemq; expugnatæ euertissimus, omnem prædam hue conueximus. Eam uictores rite & more inter se partiti sunt. Agamemnoni autem Chryseidem, ut dignum illo munus, donauerunt. At non ita multo pòst, ecce pater Chryses cum ingentibus donis redimendæ filiæ gratia, præfrens munus aureum sceptrum, coronis Phœbi uittisq; redinitum, adiensq; Græcos principes, præcias pueq; Agamemnonem ac Menelaum, precibus obsecravat.

bat. Ad quas preces uniuersi proceres moti, iubent patri
reddi puellam. & quum enim esse ac pium, tata pro redem-
ptione dona afferentem, audiri, nec sacerdotem Apollinis
despectum dimitti. Vnus autem Agamemnon, cui res hæc
minime placeret, increpitum minisq; perterritum, abire
iussit. Cuius ubi recessit luctu irarumq; pleni, Apollo cum
misericordia orantis (est enim illi in primis amicus) pestilè-
tiam in exercitus Græcorū iniecit tam saeuam, ut frequen-
tes homines diuinis consecti telis procumberet, ac passim
expirarent. Peritus autem quidam augur, ob iram Apollini
dicebat hoc fieri. Tunc ego primus omnium in con-
cilio suasi placandum esse deum, pacemq; ab eo petēdam.
Qua ex re in me Agamemnon uehementer incensus, sur-
rexit ad loquendū : minatusq; mihi est, atq; ut minatus, ita
re effecit. Remissa enim ad patris domum cū donis Chry-
seide, statim ad me præcones misit, qui à me Bryseidam, à
Græcis cæteris mihi dono datam, abducereb: quam & ab-
duxerūt. Quare mater si quid potes, ut certe potes, auxi-
liare filio tuo: quod facies, si cœlum petens, cum Ioue a-
gere uoles, cuius animum deuinctum tenes, conciliatū ti-
bi meritis tum uerborum, tum operū tuorum. Etenim me-
moria teneo, te in domo patris mei, audiente me, solitam
gloriari, quod dices te unam ab impendi ente indignæ
mortis periculo Iouē vindicasse: cum in eum Neptunus,
Iuno, Pallas, alijq; dij coniurati impetum facerent, com-
prehendere uolentes uinculisq; constringere, ac postire-
mo necare. nam tu tali in tempore adueniens, miserata ui-
cem Iouis in periculo positi, protinus adisti Cetimanum,
quem dij Briareū, homines Egeonem uocat: exoratumq;
in cœlum perduxisti. Quem postquam patria uirtute cō-

b fīsum

Theiis loue
morte liberat

fisum & hoc honore subnixum, adesse Ioui atq; assidere
 uiderunt, ceteri dij timore perculti, ab audaci conatu de-
 stiterunt. Nunc igitur mater accede ad Iouem: & aduo-
 luta genibus, cōmemora illi tua in se beneficia: si fieri po-
 test, ut tibi hoc mea causa inuicem indulget, Troianis fa-
 ueat, gratificeturq; Achiuos autem in fugam uertat, fun-
 dat, occidat, donec intra ipsas naues, atque usq; ad mare
 pauore redigat, ut & ceteri ob regis meritū plectantur,
 & ipse agnoscet se sibi causam fuisse horum malorū, qui
 Achiuorum præstantissimum floccifecit. Hac filij oratio-
 Thetis filio, ne Thetis audita, tota in lachrymas resoluta, Ad quid te
 fili mi miserum misera genui? quod utinam hoc tibi par-
 uulum æui(nam non sera mors, sed uicina te manet) lice-
 ret sine lachrymis ac sine offensione cōsumere. Nunc au-
 tem uita es inter omnes principes quam breuissima, tam
 acerbissima futurus. Ob hoc ego te fili domi nostre genui
 misera mater, & educavi? Exequar tamen tua mandata,
 adiboq; Iouem, si forte, quod poscis, concessurus est. Ve-
 rum undecim diebus est expectādus, dum ab oceano ē cō-
 uiuio Aethiopum, ad quod hesterno die cum reliquis dijs
 se contulit, redeat in cœlum. In quod ego cōscendens, ubi
 primum rediisse cognouero, ita obsecrabo, ut cōfidam me
 illum exoraturam. Tu uero interea neq; in pugnā, nec in
 concionem prodeas, significans grauiter in uniuersos A-
 chiuos esse iratum. Hæc ubi dixit, à filio abiit, duabus se
 molestiæ causis afflstante, tum in Agamemnonem indi-
 Chrysias redi- gnatione, tum suorum amorum desiderio. Dum autē ad
 suu patri. naues hæc aguntur, Vlysses in Chrysam profclus cum
 ceteris applicuit. Atque ubi in portum introgredi sunt,
 primum illico uelq; deducunt, contrahunt, reponunt, dein
 de mas

Jupiter in con-
 uiuio Aethio-
 pum.

Chrysias redi-
 suu patri.

de malum rudentibus, quibus erat intentus, submittunt,
& in sua collocant theca. Tum sumptis remis, nauim ad
stationem telluri contiguam propellunt. Postremo iactis
anchoris, alligataq; ad oram puppi, in terram descendunt,
victimas exponunt, Chryseis progreditur: quam Vlys-
ses ipse deducens ad templum, aramq; Apollinis, in ma-
nus tradidit patri, dicens: Chryse, hoc me ut uenire Aga-
memnon iussit Gr̄ecorum exercituum princeps, ut tibi
filiam reportarem cum uictimis, quarū immolatione pla-
cemus Phœbum in nos iratum, ac dirè s̄euientem. Ille
uero audie recepta filia, imperat alios mature uictimas ad
aram, quam egregie exornauerat, statuere. Quod cum
fecissent, manusq; abluiſſent, & placetas hordaceas pro-
tulissent, supinis ipse in cœlum manibus, sublatāq; uoce,
cunctis audiētibus ita Apollinem obſecrabat: Apollo arcu Chryses Apol-
genteo arcu prepotens, qui Chryſe, qui Cilla, qui Te-
nedo præſides, si aliás unquam audisti, nunc audi me o-
rantem, honoreq; decora uatem tuum. Si quando meas
preces audisti, & in honorem mei pestilentia punitus es
Gr̄eos, nunc quæſo ad meas preces graſſante in eos pe-
ſtilentiam submoue. Tum eum orantem Phœbus audijt:
à quo postquam supplicatum est, placentēq; iniectē, ho-
ſtias ad altare pertractas occidunt, pelles detrahunt, femo-
ra amputant, & in duo frusta concidunt: aruinaq; ope-
rientes, desuper illa componunt: in qua senex submisso
igne, libatoq; atro uino, sacrificium adolet,stantibus iu-
xtā adolescentibus ministris, quinquifida uerua manu te-
nētibus. Vbi uero femora hostiarum exusta sunt, primum
uiscera super prunam affa communiter pro ientaculo co-
medebant: tum reliquarum hostiarum membra minutatim


concisa, ac uerubus infixa, torrent scienter & cum dili-
gentia: quibus decoctis, ad mensamq; appositis, discuben-
tes ex ordine uescuntur. Postremo saturatis ac refectis, pin-
cernæ repletis uino poculis, hoc est, coronatis, uina gra-
datim propinârunt. At Ulysses cum socijs omnem illum
diem quantus fuit, cantando traduxerunt, Phœbum hy-
mnus, Phœbum cantibus, Phœbum laudibus celebrantes.
Phœbus hæc audiens, tacitam apud se capiebat uoluptatē.
Aduentibus autem tenebris inter ipsos rudentes stra-
tim ad ortum usque auroræ dormierunt. Tum euigilātes,
& per transstra distributi, ad castra uersus remigare cœ-
perunt. Mox Apolline uētum inspirante à puppi, malum
statuunt: ac uelo facientes iter, sonantes proscindēte pro-
ra fluctus, ad exercitum breui perueniunt. Ibi quum de-
scendissent, biremem subducunt: porrectaq;, ut prius fue-
rat, ac suffulta, ad sua se tentoria recipiunt. Achilles per
eos interim dies, non in prælium, non in consilium, nō ad
cuiusquam principis stationem egressus est: sed in suis ta-
bernaculis residens, mœrore cōsenescebat, cupiens quam
primum audire tumultum uociferationemq; prælij ad na-
ues, & periclitatiū uidere discursum. At cum duodeci-
mus illuxit dies, Iupiter cæteris diis comitantibus, ab o-
ceanō & Aethiopū conuiuio redijt. Thetis nō immemor
filij mandatorū, ē mari emergens, ad Iouem matutina cō-
scendit: nactaq; in sublimi cœli parte sine ullo deorū ex-
tu sedentem, corām assedit: sinistraq; genua illius ample-

Thetis Ioui. Etens, dextra uero mentum, his uerbis obsecravit: Iupi-
ter pater, si quid ego inter deos uel uoce uel facto de te
promerita sum, gratificare mihi, quod mater pro filio po-
stulo, infelix pro infelicissimo. Nam inter omnes Græcos
princ

principes tam breuiissimā, quām acerbiissimam sortitus est uitam. Hunc Agamemnon puella, qua filium meum ceteri Graij donantes honorauerat, per insignem iniuriā contumeliamq; spoliauit. Tu ergo pater sic inhonoratū ulciscere, præstans tam diu fauore Troianis, donec Graij iniuriā agnoscentes, restituant creptum honorem, ex restituant cumulatū, atq; cum fœnore. Hec quū dixisset Thetis, nihilq; ei Iupiter respōderet, sed aliquādiu in eodem silentio perstaret, cōplexa adhuc illū uehemētius, sic iterū prolocuta est: Omnino aut annues, ingenue promittēste factū esse quod postulo, aut abnues, alioqui te nō dimittā. Nec enim aliquid impedimēto est, quo minus ingenue respondeas. E quidem intelligere cupio, quā ego apud te inter ceteros deos deas' ue dignitatē teneam. Ad hanc Iupiter graui quadam sollicitudinis mole æstuans: Quām duram, inquit, mīhi Thetis imponis conditionē uitæ, que me iubes in odia Iunonis incurrere? Etenim si quotidie me incusat, ex assiduis exagitat querimonijs, quòd dicat me propensiōrē in Troianos esse quām in Græcos, quid tandem nūc factura est, quum me propiciū Troianis, et infestum plane Græcis factū esse uiderit? Verū tu abi hinc, ne te forte ueniſſe resciscat illa. Itud autē quod petis, mīhi cure erit, ut uoto tuo satisfaciam. Atq; ut meliorē spēm concipiās implendi promisi, annuam capite: quod peculiare mīhi spondendi signum est inter deos, quod nūquam reuocari, nūquam conuelli, nūquam iritum fieri potest. Atq; hæc locutus, supercilijs nubilum quiddam ducētibus annuit. Ad quem nutum cœlum omne cōtremuit, et ambrosiae diuini uerticis comæ odorem spirauere. His itaque dictis actisq; inter Iouem et Thetidē, alter ab altero di-

Iupiter Thetidi,

b 3 gressus



gressus est: & hec quidem in profundū mare delapsa est:
ille utro ad ædes suas perrexit. Quo ueniente, nemo deo-
rū sustinuit nec sedere, nec eodē in loco manere: sed uni-
uersi ex sua quisq; sella assurgentes, uenienti patri se ob-
uiā tulerūt. Hic ubi se in throno suo collocauit, statim ac-
cedens Iuno (uiderat nanq; Thetidem cum illo sermones

Iuno cū Ioue. conferentem) acerbioribus eū affata est uerbis: Quos tan-
dem sermones habuit tecum illa dearum dolosissima? Et
te quoq; iuuat scorsum semper à me rerum gerendarū a-
gitare consilia, nec mecum communicare quippiam eorū,
quæ animo destinaueris? Cui respondens pater deorum

Lupiter Iunoni. atq; hominum Iupiter, Noli, inquit, tibi Iuno persuade-
re, scituram te esse omnia mea consilia, meosq; sermones,
aut scire debere. Difficile enim tibi erit, et si uxor mea es,
illa noscere. At que te æquū est ex marito audire, ea pro-
fecto prior te nemo nec deorum nec hominum ex me au-
diat. Quòd si quid de proposito animi cæteros deos uolo
esse celatos, id tu nō debes interrogare, & curiosa inqui-

Iuno Ioui. rere. Tunc Iuno, Seuerissime, inquit, Iupiter, quodnam
prolocutus es uerbum? Neq; enim unquam ego te inter-
rogare soleo, nec quid alijs dixeris, curiosa inquirere. Sed
tu semper taciturnus quæcunque acturus es, nunquam me
consilijs adhibita, deliberas. Quo maiorem in modū nunc
solicitas sum, ne Thetis, quæ prima luce te adiit, cōplexaq;
est, exorauerit, quantum suspicor, ulciscaris læsam Achil-
lis dignitatē, fuga Græcorum, ac plurimi: inter ipsas etiā

Lupiter Iunoni. nauis strage. Ad hec Iupiter: O dæmonia, semper suspi-
caris, & nescio quomodo unquam ego latere te possum.
Veruntamē incassum laboras, & ista improbitate nō tam
me à proposito reuocas, quam inducis, ut tibi quod facio
magis

magis doleat. Quod si ita se res habet, ut sufficiaris, quid
tum? Sic enim mihi est cordi. Quamobrem obmutescet, &
fede, nec uelus aduersus imperium meum cōtumax esse: ne
si hinc me moueo, ita in te iratas iniūciam manus, ut ceteri
dīj nequeant omnes tibi præsidio esse. His uerbis Iuno cō-
terrata, deposita animū audacia, cū silentio resedit, reliquis
dīj ob hanc rem ingemiscētibus. Tunc Vulcānus mulci-
ber pietate in matrē motus, eam molli alloquio affatus est:
Mater, ne hæc res longius procedat ueteror, & in ultimā
usq; perniciē, si immortales uos propter mortales inuicem
litigetis, ceterosq; deos in tumultū uocantes, iucunditate
nos tam lauti conuiuij fraudetis. nā in cōtentionibus sem-
per peiora uincūt. Quo magis mater, quāquam per te fa-
pis, hortor, ut non cōtumacem, sed obnoxiam patri te ex-
hibeas: ne ob hoc ille stomachatus, tibi cōtumacia expro-
brata, perturbataq; coēs, alios omnes, ut est præualidus,
à sedibus suis surgere, atq; recedere cōpellat. Hunc igitur
placido alloquere sermone. ita enim nobis placidus beni-
gnusq; reddetur. Sic locutus, cælatum mira arte poculum
matrī porrexit, hæc addens: Fer mater patienter, & licet
causam dolēdi habeas, & equanimiter tolera imperiū Iouis:
ut ne forte cogar cum mœstitia tantarū adesse testis pla-
garum, quas tibi ille imponebat, nec dulcissimæ matrī opis-
tulari queam aduersus hunc deorum multo acerrimum id
quod expertus sum, & quidem malo meo, & nunc tibi ti-
meo. Siquidem quum te aliquādo ab illius uerberatīs ma-
nibus eripere conarer, ipse abs te in auxiliantem uersus,
per pedem me prehendit, rotatumq; è cœlo deiecit in ter-
rā. Erat autem tunc solis ortus, à qua hora per totū illum
diem usque ad tenebras per inane aëris labens, in Lemno

Vulcanus b.
noni.

Vulcanus è cœ-
lo deiecius.

insula allijus sum. Ibi me penè exanimè indigene protinus
currentes suscepérunt, ac foci llarunt. Hæc audiens
Iuno, & quanímior facta, atq; subridens, poculū de manu
filij accepit. Quæ ubi ex nectare delibauit, Vulcanus cæ-
teris dijs deinceps propinavit, pincernæ officio fungens.
Et quum ultro citroq; frequēter commearet, ad deformi-
tatem claudicātis, ingentes risus ab alijs toto conuiuij tē-
pore excitabantur. Exactum est autem cōuiuum ad solis
occasum, Apolline pulsante citharam auro gemmisq; di-
stinctam, & musis suauissima uoce per uices modulanti-
bus. Postquam uero cibo omnes, potuq; atq; cantu satia-
ti sunt, sub ipsum crepusculū suas se domos petēdi somni
gratia recipiunt. Habet enim proprias singuli dij domos,
quas eis optimus opifex Vulcanus architectatus est. Iupi-
ter autem in dormitorium cubiculum suum ingressus, in
consueto se thoro locauit, Iunoq; proptèr recubuit.

ILIA DO S HO-

MERICAE LI-

BER II.



VM cæteri Dij in cœlo, et homines qui
militiam exercent in terris, alto somno
per totam illam noctem tenerentur, unus
Iupiter somnum capere nō poterat, cō-
sultans secum atq; agitans, quonā modo
Achillem, quem honestatum ac dignitate austum uolebat,
Agamemnoni cæterisq; Graijs redderet desideratum: &
tandem uelut unicam salutem, fugatis ad naues ac profli-
gatis auxilio mitteret. Itaque illi ad se uocato, Vade, in-
quit,

quit, Somnium infelix ad castra Gr̄ecorum, ingressumq; Agamemnonis augustale, refer illi accuratē nostra man= data. iube uniuersas, quæ sub eius auspicijs sunt, militum copias armari. nunc enim insignē Troiae urbem esse euer= surum. nam ita dij omnes decreuerunt fore, nec de ultima Troianorum pernicie inter se, ut prius, dissentīūt: quippe à Iunone exorati. Hęc Iupiter. Quibus Somniū auditis, ad Gr̄ecorum se castra contulit, ingressumq; augustale, inuenit Agamemnonem leni quiete soporatum, ad cuius caput astans, induta sibi effigie Nestoris, qui pr̄cipua inter principes erat autoritate, ueneratione, dignitate, sic inquit: Dormis Atrei solertiſmū strenuiſsimi q; imperato= ris nate? Haud decet uirum primarium, cuius tutelae po= puli commissi sunt, et in cuius cura pendent rerum tanta momēta, solidam dormire noctem. Ausculta igitur prope= re, quem tibi ego à Ioue nuncium afferō: qui licet absens, pr̄sentem tamen curam tui gerit, tuorumq; laborum mi= scetur. Iube uniuersas quæ sub tuis auspicijs sunt, militū copias armari, insignem Troiae urbem euersurus. Nam ita dij omnes decreuerūt fore, nec de ultima Troianorū per= nicie inter se, ut prius, dissentīūt: quippe à Iunone exora= ti, Ioue quoq; ipso approbante. Atq; hęc quæ dico trade memoriae: ne forte tibi, quum euigilabis, mandata Iouis exciderint. Hęc quum dixisset, et ex oculis imago illa abire uisa est, et Agamemnonē somnus reliquit. Exper= rectus itaq; repeatet apud se somnium suum, ac tempus aduenisse credebat, quo aliquando Troia caperetur, in= felix atq; inscius consiliorum dei, et quem longe hęc fal= lebat opinio, quum sibi tunc ceterisq; Gr̄ecis atq; Tro= ianis intolerabiles belli aerumnas, innumerosq; gemitus

Somniū orati= Principis cura

Iupiter immittere destinasset. Ergo à lecto surgēs, ac res
sidens, iam toto animo spem finiendorum laborū, iam cu=
piditatem diripiendæ urbis, iam immortalem tantæ uicto=
rie famam cōceperat. Regales sibi uestes, tunicā ac pal=
lium, regaliaq; induit calceam̄ta: dextro deinde humero
ensem argēteris clavis distinclū, appēdit: sumptoq; manu
incorruptibili illo. paterno sceptro, tēdit ad naues: auro=
ra, quæ Ioui reliquisq; dijs solent aduentare denunciat,
iam exorta. Eò quum uenisset, per præcones iubet aduo=
cari cōcionem. His ita agētibus, & populis ad cōcionem
confluentibus, primum conuocauit concilium procerum
scorsum apud regis Nestoris naues: quibus considētibus,
magna cum expectatione promptus prudētiſſimam animi
Agamemnon
omnium suuē
exponit.
sui consultationē: Audite proceres somnum, quod nocte
ae diuinitus mīhi denuſsum est: Visus est mīhi quidā inter
quietem adesse, atq; ad caput stare, optimo huic Nestori
ſirūlimus, eadem ſtatura, eadē habitu uultusq; atq; mem=brorum, hisq; me alloqui: Dormis Atrei ſolertiſſiuſ ſtre=nuſſimiq; imperatoris nate? Haud decet uirū primariū,
cuius tutelæ populi commiſſi ſunt, & in cuius cura pen=dent rerū tanta momēta, ſolidam dormire noctem. Auscul=ta ocyus, quæ tibi ego ab Ioue nuncium affero: qui licet
absens, præſentem tamē tui curam gerit, tuorumq; laho=ruſ miseretur: iube uniuersas, quæ ſub auſpicijs tuis ſunt,
militudi copias armari, inſignem Troiæ urbem euersu=rus. nā ita dij omnes decreuerūt fore: nec de ultima Tro=ianorum pernicioſe inter ſe, ut prius, diſſentiunt: quippe à Junone exorati, Ioue quoq; ipſo approbante. Atq; hæc
quæ dico, trade memoria. Hæc quum dixiſſet, ex oculis
euauuit, reliquitq; ſomnum. Nunc autē quod reliquum
eſt,

est, ita censeo faciendum: quia ægre forsan milites adducerentur ad sumenda arma, murosq; expugnandos, ego primus pro meo more orationem ad eos habebo, adhortans ad redeundum in patriam. Cui si, ut opinio mea fert, acquieuerint, maluerintq; redire quam pugnare, tunc uos pro se quisq; aliis alios ab huiusmodi sententia dehortates, reuocabitis: atque hoc pacto, ut nihil quidem uidetur, præcipue & quales habeant animos, præuidebitis: & si quid titubauerint, ad capessendum prælium inducemos. His dictis, Agamemnon resedit. Tunc senex ille sapientissimus surrexit, atque ita profatus Nestoris est: Si quis proceres ac Græcie senatores alius è Graijs somnium hoc ad nos referret, fortiter affirmarem eum falli, & cum suo sibi somnio futili relinquendum: nunc autem pro uero habendum somnium, quod summo principi uisum est. Ergo agite, si efficerem possumus, armatas copias in expeditionem educamus. Hæc locutus, è procerum concilio digreditur: & pri-^{tio.} mus, ut se ducem alij sequerentur, ad constitutum con- cionis locum processit. Tunc cæteri quoq; surgentes, probata illius sententia, & ipsi prodeunt, subsequētibus eos turbis, que à sua queq; statione se effundebant in morem apum, que per examina subinde è cauis egressæ petris, hic atq; illic uernis floribus circunfunduntur. Hos autem cateruatim à nauibus atq; tentorijs secundum littus cuntes, fama Iouis nuncia per medium uolitans, nulli tamen uisa nec audita, ut maturarent iter, urgebat: adeo ad uocem strepitumq; festinantium, tellus murum in modum insonabat. Qui ubi conuenerūt, ingens erat de loco tumultatio, ingens coarctatio, cunctis ad mediū sese intrudenteribus,

tibus. Precones autem ad sedandum tumultum ac murmur, ut concionaturis regibus audientiam ficerent, no- uies exclamauerunt. Tandem, accepto quisq; quem poterat loco, præconibus obtemperantes, quiete, tacita atten- taq; cum expectatione resederunt. Hinc princeps Aga-

Sceptrum
Agamēnonis. memnon in loco superiore stetit, tenens manu sceptrum, quod optimus artifex Vulcanus fabrefecerat, louiq; de- derat, Iupiter postea Mercurio, Mercurius Pelopi, Pe- lops Atreo, Atreus morte reliquerat Thyesti, Thystes uero Agamēnoni, ut insigne eius regis foret, qui in Argo suisq; insulis ditionem teneret. Huic Agamemnon sceptro

Agamemnon regaliter innixus, ita exorsus est: Graui me, ut uidere ui- deor, errore socij uiriq; fortissimi, atq; indigno uulnere Iupiter affixit: qui cum prius mihi spem faceret, ac plane polliceretur, Troia nostris manibus euersa, me domum esse redditurum: nunc contrà mutato consilio, ut appareat ab eo nos esse deceptos, iubet reuerti Argos, cū meo sum- mo dedecore, non modo ob rem infectam, sed etiam ob amissos tot milites. Sic enim illi placet, penes quem o- mnium rerum arbitrium est, qui plurimas maximasq; ur- bes euertit iam, & quum uolet euertet. Et nobis quidem fateor deforme & esse uiuentibus, & fore uita defunctis apud posteros, Troia non expugnata, atq; omnino re in- fecta, reuersos in patriam, præsertim quum totius hic Græciae florem ac robur adesse uideo: uiciissimq; tantulas Troianorum copias: quas, si cum nostris uelimus hoc mo- do comparare, ut inito inter nos foedere, singuli eorum singulis nostrum pincernarentur, profecto non decimo cuiq; pincerna esset, & complures decades pincernā de- siderarent. Ita multis, ut sentio, copijs militum illis ante- cellimus,

cellimus, duntaxat oriundis è Troia. Nunc auxilia socio-
rum, totq; populi, qui illis subsidio ueniunt, uehementer
me terrent, & à concepta ac propè certa spe expugnan-
dæ Troiae in desperatione deicūt. Etenim si nouem an-
nis, ex quo huc appulimus, nihil egimus: quid tandem, si
diutius immoremur, speremus nos esse facturos? En mate-
ria nauium iam computruit, iam rudentes corrupti, ipsæ
quoq; uxores ac liberi quotidie desiderio nostri contabe-
scunt, nostrūq; audie regressum quācelerrime expectant,
nos tamen desidemus in militia bellum gerētes, cuius gra-
tia hic nauigauimus: cuiusq; finem, sicut nullum adhuc
habuimus, ita nullum sumus habituri. Quare sequimini o-
mnes sentītam meam: quādoquidē Troianos nobis mu-
ros, dijs uolentibus, capere denegatum est, condescendamus
quamprimum naues, & ad dulces patriæ oras reuerta-
mur. Ad hāc orationem omnis cōcio præter eos, qui prio-
ri concilio affuerāt, non aliter commota est, quam ad im-
petum euri atq; austri ex cœlestibus nubibus erumpen-
tium, solet Icarium mare cieri, & in sonoras undas tolli,
aut grauida in spatio aruo meſsis ad ualidiorem zephy-
rum inflecti, & ſpicis inuicē ſe collidentibus, late ſibila-
re. Soluto igitur concilio, atq; in tumultum conuerso, pro-
fe quisq; ad naues ire cōtendunt. Ferebatur autem in cœ-
lum tum puluis tot hominum pedibus excitatus, certatim
ad naues (id est, ad patriam) recurrentium: tum eorū fre-
mitus, promiscue ſe adhortantium: alius alij ut nauem unā
prehenderet, alijs ut unā deduceret, alijs ut naualia re-
purgaret, uiamq; muniret nauibus deducendis, alijs ut
phalangas ac fulcimenta tolleret, clamitabat. Et iam hæc
omnia, qua erat quisq; auiditate, cōfici cœperat, actumq;
iam

Minervae. iam inuitis fatis de reuocatione erat, nisi propere Iuno
 Mineruam adiisset: O indignū facinus, inquiens, Louis fi-
 lia, siccine Græci in patriā fugient, relicta hic apud Pri-
 anum Troianosq; raptores & gloria & Helena, cuius
 recuperandæ causa tot Græci occubuerūt, longeq; à do-
 mo sepulti sunt? Adi ergo illos protinus, tuaq; suauī elo-
 quentia dissuade singulis, ne mare intrent: ac persuade,
 ut malint expectare, quām reuerti in patriam. Pallas au-
 tem dicto audiens, repente ab alto cœlo in Achiuorū ca-
 stra deuolauit, & primum conuenit Vlyssem, non dedu-
 centem naues suas, sed stantem, & graui dolore con-
 fectum ex aliorum facto, quos uidebat apparare profe-
 ctionem. Atq; huic proxime accedens: Siccine, inquit, so-
 Minerua lertissime Vlysses ingredientes mare, fugietis in patriam,
 Vlyssi. relicta hic apud Priamum Troianosq; raptores & glo-
 rria & Helena, cuius recuperandæ gratia tot Græci occu-
 buerūt, longeq; à domo sepulti sunt? Adi ergo illos pro-
 tinus, nec cesses ire, tuaq; suauī eloquētia dissuade singu-
 lis, ne mare intrēt: ac persuade, ut malint expectare, quām
 reuerti in patriam. Sic Pallas. Cuius ille agnita uoce, nihil
 cunctatus, illinc eò quò iubebatur ire, se proripit: atq; in-
 ter eundum, ne festinanti esset impedimento, pallium reie-
 cit ex humeris: quod Eurybates Ithacus, quē præconem
 Vlysses semper habebat ad manum, humo sublatum, post
 eum gerebat. ipse se Agamemnoni obuū screns, sceptrum
 quod ille manu tenebat, prehēdit: gestansq; illud dextra,
 naues petit: & ut quēq; obuium habebat regum proce-
 rum'ue, hūc mollibus uerbis à recedēdo dehortabatur, di-
 Vlyssis uerba
 ad Græcos. cens, Dæmonie, haud decet te, uelut unū ē uulgo ac gre-
 garium mūlē, sic tinūdum belli, sed bono animo esse, sed
 manere,

manere, sed alios ad manēdum hortari. Non enim omnes audiuiimus in priore consilio, quæ dixit Agamenon. Tu uero non plane, ut video, quæ illius sit mens, intelligis. Tentat nunc populorū animos, qui sit castigaturus mox eos, qui nō è dignitate reip. senserint. Non cōmittamus, ut ille iratus nos male ob hoc mulctet. Regū magna est ira, regibus dignitas ab ipso Ioue tribuitur, reges in beneuolutia Iouis sunt. Agamenon præcipue summis in his casfiris & his exercitibus rex. Atq; hæc quidem proceribus dicebat. Ex plebe autē cuicūq; obuius erat, aut quæ uociferantē uidebat, hunc adiens sceptro percutiebat, increpansq; dicebat, Daemonie, tace ac sede, auditurūs alia orationem eorū, qui te sunt dignitate ac uirtute superiores. nā tu fuisti semper imperitus rei militaris, intolerans labo rū, ultimus ad pericula, primus in fuga: segnis, hebes, cōtumax: nec bello unquā, nec cōsilio utilis. Ideoq; nunc in patriā fugere festinas, sed iſi huc tibi nō licebit: neq; enim omnes hic regnamus. neq; probandus est plurium principatus. unus sit rex, unus princeps, atq; is demum, quem Iupiter optimus maximus pro duce nobis, pro legum latore, pro iudice dedit. His increpationibus & lysses ac castigationibus per medios se ferens, coērcebat singulos, inhibebatq;. Illi omisso incepto, à nauibus redeunt in concionem, eo clamore ac sono, quo perpetua litora uehementius percussa fluctibus gemere solent, & ipsa procul maria murmurare. Et cæteri quidem ad locum concionis sessumq; se recipiunt, occupantq; subsellia. Unus autem Thersites eos pluribus uerbis conabatur à sedendo atque ab audiendo prohibere, vir loquacissimus, qui nihil curē haberet, q̄ recte aut quām apte, sed ut quām primum

Therseus de- primum & quam maxime ridicule loqueretur. Idem fœ-
 dijsumus omnium qui ad Troiam nauigauerunt, altero o-
 culo strabone, altero pede claudio, angustissimis humeris
 & ad pectus usq; contractis, uertice acuminato, raro ca-
 pillo, & eo impetigine astricto. Idem cum regibus conté-
 tiones assidue agere solebat, eosq; obiurgare, non hone-
 statis utilitatis ue gratia, sed ut scurram ageret. Hoc enim
 sibi pulchrū uidebatur, & alijs risus iocosq; elicere. Sed
 Achilli præcipue atq; vlyssi se exhibebat infensum, tu
 autem Agamemnoni, in quem conuersus (quippe qui sci-
 ret ceteros tacite illi exprobrare iniuriam Achilli factam,
 eumq; odio habere) uista ipsum uoce mordaciq; oratio-
 ne compellabat: Agamemnon, quibus iam amplius rebus
 indiges? quid desideras? quid te quæso solicitat? tu refer-
 ta æris tabernacula habes, tu plurimas in tentorijs fœmi-
 nas possides, & quidem ex omnibus præstantissimas,
 quas tibi nos expugnatis subinde urbibus, ut Græcorum
 principi idoneas donauimus. Et quum tanta tibi sint, ta-
 men aliorum aurum ac fœminas cōcupiscis. Si quis enim
 Troianorum, quem aut ego, aut alijs Græcorum capti-
 uum duxit, aurum pro redemptione attulerit, ut *tibi id
 aurum uendicas. Si qua item per aliquem nostrum fœmi-
 na ex Troia capitur, forma atq; ætate bona, eam cōtinuo
 apud te relinqu iubes, cum qua coëas, dominoq; erpta,
 clam in cubiculo tuo retineas. Neq; uero decet eum qui
 princeps est, flagitosorum hominum principem esse, &
 in nos tenere imperium. O' nos ignauos, & omni uitupe-
 ratione dignos, ac uere Græcas, non Græcos. Quid expe-
 etamus? ingrediamur naues, domūq; redeamus, relicto hic
 isto cū suo fastu, ut intelligat, simus ne sibi in bellis auxi-
 lio,

Therseus ora-
 dio.

Ilo, an non: qui nos omnes pro nibilo habet, quiq; Achillē
 nuper, multo quām ipse est, præstantiore uirū, ignominia
 affecit, crepta illi puella, qua fuerat in honorē præmiumq;
 uirtutis donatus a ceteris. Verū tunc Achillem non cepit
 indignatio, sed lenitudo potius, quasi tali iactura non
 moueretur, alioquin extremum tibi nunc fuisset Agamem-
 mon istud, quod facis, facere, alijs ignominia referre. His
 uerbis Thersiten pastori populorum conuicia facientem
 Vlysses cum uidisset, statim adiit: truciq; aspectu intuēs,
 seuera oratione increpuit, inquiens, Thersite loquacissi-
 me, quanquā uocali orc sis, ac suauiloquētia polleas, reti-
 ce tamē ac quiesce, nec uelis unus altercando certare cum
 regibus: quē inter omnes, qui Agamemnonis secuti sunt
 auspicia, longe duco esse deterrimū nulla alia ratione, ni-
 si quia lingua habes loquacē, cōuiciātemq; principibus.
 Exhortaris alios ad redeundū in patriā, cum nondū pla-
 ne exploratū habeamus, utrum recte an nō recte redire-
 mus. Insuper pastori populi maledicis, non ob aliud ad-
 ductus, quām quod doles cum plurima possidere, data sibi
 non abs te tuiq; simulibus (quanquā nemo tibi similis, ita
 nullius momenti es) sed ab optimis quibusq; atq; fortissi-
 mis. Quare te præmoneo uestane, & quod dico, nisi re-
 perficiā, non stet caput super humeros Vlyssis, nec Tele-
 machi pater nuncuper amplius, si offendero iterum talia
 faciente, prehendā, & denudatum omnibus uestibus, non
 modo chlæna ac tunica, sed etiā his quæ pudēda tegunt,
 cedā uirgis in cōcione, atq; ita cædam, ut flens ad naues
 usq; reuertarc. Atq; hæc dicens, percussit scæptro illo ter-
 ga humerosq; Thersitæ tam uchemēter, ut liudi ac san-
 guinantes uibices extrinsecus prodirent. Ille præ dolore
 acceptæ plagæ se se cōtorquebat, uim lachrymarum pro-
 fundens,

fundēs. Et cum resedisset, formidine plurium uerberum in suo se dolore continebat: ac ne cernere prouidereq; uolenti officerent lachryme, eas manu siccabat. Quid inspectantes ceteri, et si erant animo exulcerati, hilares tamen cachinnos sustulerunt, inter quos fuerunt, qui cōuersti ad socios diceret, O' dij boni, uidetis quām p̄æcra, quāmq; infinita Vlysses facinora fecit? Idem in consilijs maximus, idē in acie inter paucos fortis & strenuus. Nunquā tamen tantū quantum hodie effecit, quod hunc dicacem ac maledicūm à linguae petulatia coercuit. Neq; enim reor posthac regibus maledicere conuiciariq; ausurum. Hic populi inter se colloquentis sermo erat. Tunc Vlysses surrexit, stetitq; tenēs manu illud aureum Agamemnonis sceptrum. Iuxta eum autem erat Minerua sub p̄æconis imagine, iubens populum silere, ut tam postremū quām proximi uocem concionantis exaudirent, & orationem intelligeret. Quibus silentium tenetibus, Vlysses, ut erat prudens, sic exorsus est: Milites tui rex Agamemnon, quantum in ipsis est, priuare te apud omnes ḡetes gloria uolunt, eternoq; afficere dedecore, qui sp̄ensionē quam tibi fecerunt, quum ē patria profecti hic sumus, se non nisi Tracia delecta, reuersuros esse, nunc rescindunt, ritu puerorum uidetur uniq; se se afflictates reuise[n]dae patriæ desiderio: quum illud sit potius afflictione dignū, nos domum cum turpitudine redire. At enim aliquis mare ingressus, si procellis ac tempestatibus unum mensē interpelletur, ne ad uxorem domumq; reuerti queat, cōtristatur mōrōreq; contrahitur: quid nūrum, si idem hoc nobis accidat, qui nouem annos peregre consumpsimus? Ideoq; si à me queritis, minime uobis ego quidem succenso, quod desiderio teneamini ad penates reuertendi.

Verum

Vlysses Græcis.

Verum deformisane est, quum tam diu tardaueritis, re in=fecta in patriam redire. Quare socij tolerate quæso pau=isper ad destinatum usq; tempus, ut sciamus an uera Cal=chas, an falsa uaticinatus sit nobis in Aulide, quum domo
huc ueniebamus ad perniciem Priami ac Troianorum,
quæ admodum probe reminisci uos arbitror. omnes enim
illic affuistis, qui hic adestis, præter illos qui proximis
diebus iam diem suum obierūt. Forte nos ibi ad aram sub
opaca platano positam, unde riuus gelidæ aquæ orie=batur, dijs immortalibus hostias scriebamus, quum ecce
ibi monstrum horrendum ingensq; draco distincto ma=culis tergo, ab ipsis aræ imo profiliat (ita namq; Iouis
imperium ferebat) & in cacumen usque platani consur=rexit, ubi octo passerculi uno partu editi, subter fron=des exultabant: quos cum singulos matrem imploran=tes, immuti ore deuocasset, tandem in ipsam quoque, pro
salute filiorum circunuolantem, anxiam, flentem, ha=litu conuerso, illam prehendit: nonamq; miseram ma=trem, depastis filiis, quum edisset, mox Iouis nutu in
saxum, nobis spectantibus, conuersus est. Cuius tanti por=tenti stupore desfixi stetimus, quidnam hoc esset cogitan=tes, quod ad ipsas quoque aras, atque ad ipsa sacrificia, prorespsisset. Tunc Calchas diuini consilij conscius Calchantis na=ticinium.
& interpres, Quæ tanta, inquit, uos Achii admiratio
subiit? Hoc nobis Iupiter optimus maximus pro signo
rerum futurarum dedit. Manet nos sera quidem & ualde
sera, sed immortalis gloria. Siquidem ut pullos passerie=nos cum matre, quæ nona est, draco nobis inspectanti=bus absorbuit, ita nos ad Troiam in bellis nouem anno=rum spatium cõteremus, decimoq; anno urbem expugna=tan cueremus. Calchas hæc fore uaticinatus est, quorum

maiores partem prætergressi, ultimā expectamus. Quia= propter ne pīgeat socij paululum adhuc immorari, donec hanc Priami urbem expugnemus. Hæc ubi Vlysses per= orauit, Achii in laudationem eius maiorem in modum suclamauerunt, ita ut naues ac tentoria horrendo quo= dam mugitu resultarent. Et cum clamor iam plaususq; cessasset, tunc Nestor: O' rem indignam Achii, inquit, quæcunq; antehac consilia habuisti, ut uidere videor, non scio, sed per iocum lusumq; habuisti, ac more pue= rorum, quibus nō de bellis, sed de lusionibus cura est. Vbi illæ sponsiones? ubi illud iusserandum? ubi illa sacramen= ta? ubi illæ tam uiriles, tanq; feroce in Troianos minæ? Omnia euancrunt, omnia exciderunt, cuius rei causa est (mihi crede) Agamemnon, quod cessantes & ocio mar= centes, non rebus cum hostibus, sed uerbis inter nos de= certamus. Et tanto iam tempore exco gitare non possumus, quonā modo hosles aliquando perdomenius. Itaq; summe princeps, quum & prius & nunc tot pignoribus obstri= etos tibi habeas Græcos, educ eos in acie, exerce in præ= lijs, fungere tuo in eos imperatorio munere. Vrum aut alterum, cuius consilia à nostris abhorrent, missum fac, cumq; sine contabescere. Neq; enim fas est, re infecta, do= num redire: & priusquam cognoverimus an Ieuīs spon= sio uerax sit, an fallax. Sponsio namq; illa signum mani= feste (ut mihi persuadeo) uictoriae si sit, quo dñe ad hoc bellum nauigatis nobis à dextra Iupiter immensa luce fulgurauit. Quocirca nemo uestrum de reditu ad pena= tes cogitet, priusquam in ultione iniuriarū pœnarumq; Helenæ, cū aliqua coicerit ex uxoribus Troianorū. Quod si quis proterue domū reuerti uoluerit, eat: cōtingat suas naues, ut primus omnium oppetat morte. Tu uero impre= tor

Nestor Græ=
cis.

tor debes prudens consilium & alijs dare, & ipse ab altero, si quis te recte admonet, libeter accipere. Nam hoc quod dabo, munine est tibi repudiandum. Secerne omnes has generatim copias, ut qui sunt eiusdem gentis ac tribus, stent eodem in loco seorsum: qui uero alterius, in altero: quiq[ue] coniuncti necessitudine sunt, in eadem cohorte ordinentur: ita cuius cui, gentilis gentili, tribulus tribuli, necessarius necessario, erit auxilio. Quia in re si & tu mihi admonenti, & milites tibi iubenti obtemperauerint, duo haec plane intelliges: unū qualis quisq[ue] in bello dux, qualis miles, qualis cohors, bonanq[ue] an malam operā edat, nā per se singulæ separatinq[ue] pugnabūt. alterū per aduersam uoluntatem deorum stet, an per imbellies atq[ue] strenuas tuorum militum copias, ne Troia capiatur. Ad quem respondens Agamemnon, Enim uero, inquit, uenerande senex, omnes sine controvrsia Graecos senatores uincis in dicent a sententia. Atq[ue] utinam fecisses pater Iupiter, tuq[ue] Minerva & tu Apollo, ut decē mihi ex omnibus Graecis forent tāto cōsilio uiri, breui profecto Troia nostris manib[us] capta deleretur. Sed Iupiter ipse magnā mihi materiam doloris inuexit, qui me ad decertandum cum Achille iurgijs & cōuicijs compulit puelle gratia, cuius ego certationis (ut uerū fatear) extiti caput. Quod si unquam in mutuam gratiam redibimus, nulla tunc dilatio, ne minimi quidem temporis, Trojanis erit, quin corrūat. Nunc ad prandium omnes concedite, ut secundum illud in expeditionem prodeatis: memores tamen, quae opus ad prælium sunt, preparare, bene aptare spicula, bene munire scuta, bene cibare equos, bene curare currus, ut totum hunc diē bene possimus sub armis & sub duce Marte consumere, nulli enim requiescendi spatium, inō nec

Agamemnon
Nestori.

Nestores decē
quis optarit.

respirandi dabitur. Tam diu pugnabitur, quoad noctis
 interuentu prælium dirimatur. Necesse est, ut sudore pe-
 toris madescat balteus clypei, dextera telo exercendo
 defessa sit: equi etiam, qui currum trahunt, sudoribus ma-
 deant. Quod si quem detrectantem prælium, abesse ab
 acie aut ad naues restitisse uidet, non poterit ulla pactio
 effugere, quin corpore suo & canes pascat & alites.
 Hæc Agamemnon. Illi uero in assensu testificationem
 una simul uoce succlamarunt, ut solent unde, diuersis
 impulsæ uentis eodem tempore, ad excurrentis in mare
 scopuli latera illisæ, hinc atq; hinc ingenti fragore cre-
 pare. Ergo dispersi ad sua quisq; tentoria, prandium pa-
 rant, dijsq; immortalibus aliis aliam pecudem immolant,
 orantes sibi singuli, ut mortem, ut uulnera, ut cæteros
 mortis labores daretur euadere. Agamemnon autem im-
 molato Ioui quinquenni opimo bove, summos Græcorū
 proceres in conuiuium uocat: priuum quidem Nestorē,
 secundo loco Idomeneum, inde duos Aiaces, Telamonū
 atq; Oileum, quintum Diomedē, sextum Vlyssen. Qui-
 bus accedens Menelaus, octauum coniuuam sua sponte se
 fecit: quod uideret sua causa tam strenuam fratri operā,
 ac tam mirificum studium. Qibus in orbem hostiæ cir-
 cunstantibus, quum placentas hordeacces protulissent,
 Agamemnon Iouem ita orauit: Iupiter deorum maxime
 & augustissime, moderator nubium atq; in æthere habi-
 tens, da hodie mihi anteiquam sol occidet, incendere por-
 tas Troianas, ac totam urbem in ruinam cinerenq; con-
 uertere: ipsumq; illud Hectoris pectus cū suis armis, meo
 ferro confondere, permultis eius socijs circa illum occum-
 bentibus: atq; humum prono ore mandentibus. Hanc
 Agamemnonis precationem tantum abest ut exaudierit
 Iupiter,

Jupiter, ut multis eum ærumnis cumulauerit. Postquam uero precationes finierunt, placentasq; hordeaceas iniccerunt, hostiam ad aram trahunt, mactant, pellem detrahunt, femora amputant, & in duo frusta concidunt: aruinaq; operientes desuper, illa componunt, ignemq; subiiciunt. Vbi uero femora hostiarum exusta sunt, primum uiscera super prunam assa communiter pro ientaculo comedunt. Tum reliqua hostie membra minutatim concisa, ac uerubus infixa, torrent scienter & cum diligentia. Quibus, ubi perculta sunt, allatis in mensam, discumbunt: epulisq; ac uino, quantum cuiusq; cupiditas fert, uescuntur. Fine autem edendi bibediq; facto, Nestor Nestor Agamemnon ita locutus est: Agamenon princeps, non teramus etiam mnoni.

super mensam tempus sermonibus, nec diffiramus exequi opus, cuius se autorem deus ipse pollicetur. Iube statim praecones per castra denunciare, ut undiq; conueniant copiae. Nos uero cæteri abeamus, ut quam primum omnis exercitus nostro urgente imperio in aciem educatur. Atq; hæc dicens, una cum alijs abiit. Agamenon uero consilio parens, statim iussit praecones ad pugnam milites couocare. Quibus proclamantibus, breui ad imperatorem omnes, alij post alios, conueniunt. Circa quem cæteri reges, suas quisq; copias, quemadmodum præceperat Nestor, secesserunt. Pallas autem ferens Iouis ægida preciosissimam, inuiolabilem & immortalem, centum bullis aureis retinaculisq; suspensam, concinnataniq; ut singulae centum bobus aestimarentur, per medium illorum uolitabat, exhortans ut ire maturaret, ingerensq; pectoribus pugnae ardorem, iam ipso in patriam reditu dulcioris. Tantus erat armatorum militum in medium prodeutium splendor, ut quemadmodum sylvestris montis undiq; ardē-

Græci ad pugnam se parât.

tis claritas solet longe lateq; relucere , sic uibratum ar= morum lux in cœlum usq; strebatur. Tantus etiam sonus in Scamandri campo festinantium, quantum clangorem reddunt plurima gruum,cygnorum,anserumq; agmina, ultro citroq; uolitania , ac modo se demittentia , modo subuolantia ad Caystria fluentia,cum inter consitas arbo= ribus ripas potando lauandc q; gesiunt , circumiunctis pratis ad multiplicem uocem resultantibus. Ipsa quoque tellus hominum equorumq; pulsata pedibus , horrendo quodam strepitu mugiebat. Tantus deniq; honumnum nu= merus,quantus florum in his campis foliorumq;. Et sicut densa muscarum examina,sub ueris tempore in pastorali tugurio ad plena lactis mulcta circuflunt,sic Danao= rum frequentes cateruae ad depugnandum accinctæ , in medio stabant. Quos non aliter ipsi duces fecernebant, & in suas quasq; phalanges ordinabant , ac solent opili= liones caprarij ue , confusos ac promiscuos in pascendo omnium greges distinguere,& ad suas quanq; pecudem socias referre. At Agamemnon inter alios uadens,tanquam in toto armeto eminētissimus taurus,ac ceteris bobus im= perans,conspiciebatur : oculis quidem atq; capite Ioui, pectore uero Neptuno,cinctura autem atq; ilibus Marti æquandus. Ita illo die libuit Ioui Agamemnonem inter illos heroas conspicuum facere. Hoc autem loco uos mu= se Iouis magni filiæ in auxilium inuoco,musæ domiciliū cœleste incolentes. Vos enim deæ estis,uos affuistis , uos omnia meministis. Nos quidem ad quos tenuis tantum fame auræ peruenit,in cognitum habemus,qui reges du= cesq; fuerint illius classis,quæ ad Troiam nauigauit. Nā plebem ipsam uiritim recensere non possem,nec si decem mihi ora cum totidem linguis essent,indefatigabilis uox, ferracq;

Apostrophe
ad musas.

Catalogus
Græcorū.

ferreaq; præcordia, nisi uos deo uatem edoceretis. Vtū
 sat erit principes tantum nominatim, numerumq; nauū
 recensuisse. Boeotiorum principes quinq; fuerunt: Pene= Boeoti.
 leus, Leitus, Arcesilaus, Prothenor & Clonius. Boeotiae
 autem populi sunt, qui incolunt Hyrien, qui petrosam
 Aulida, Schœnon, qui Scholon, qui Eteonon, qui The= spian,
 Græan, lateq; diffusam Nicaleson, qui Harma, qui
 Leison, Erythras, Eleon, Hyleon, Peteona, Ocalem, &
 insigne oppidū Medeona, qui Copas, Eutresim, & abū= dantem palumbis Thisben, qui Coronæam, herbosamq;
 Halarton, qui Plateam, Glissanta, Thebarumq; nobilis
 oppidi fines, Onchiston & Ameuim lucum, Posideon,
 & huberē uinis Arnen, Midean, Nisanq; oppidum mi= rum, & ultimam Anthedona. Harum urbium populi
 quinquaginta nauibus aduecti sunt, in singulis centeni
 ac uiceni uiri. Qui colunt Aspledona, & huberē ouibus
 Minyeum, triginta nauibus aduecti sunt, ducibus eorum
 fratribus geminis, scilicet Aschalapho & Ialmeno, Mar= tis & Astyoches filijs. Hæc quum adhuc uirgo in pater= na domo Actoris Ezide in coenaculum ascendisset, clam
 ibi à Marte compressa est. Phocensium duces fuerunt Phocenses,
 Schedius & Epistrophus, magnanimo Hiphito Naubo= lide geniti. Sub Phocensibus autem hi populi censemur,
 qui habitat Cyparisson et petrosam Pythona, Crissamq;
 insignem, Daulida, Panopea, Anemoriam, Hiam. Quicq;
 accolunt Cephison flumen, & Lilæam fontem caputq;
 Cephisi. Omnes quadraginta nauibus aduecti, qui Boeo= tijs quasi confoederatione quadam semper ad sinistram
 aderant. Locrensiū qui trans Euboiam incolunt, qua= Locrenses,
 draginta nauium dux fuit Ajax Oilei filius, in currendo
 pernix, cognomine minor, quia non tatus quantus Ajax

Telamoris filius erat, sed multo minor ex membris et uiribus. Verum peritia uibranda utendaeq; lanceae, inter omnes Graecos facile princeps. Locrenses hi sunt, qui in=

Eubolidi. colunt Cynon, Opoentia, Caliaron, Bessan, Scarphon, amoenasq; Augias, Tarphen, Thronion, et qui accolunt Boagrij fluenta. Qui uero habitant Euboiam, uiri magnos spiritus gerentes, quiq; sunt ex Calchide, Iretria, et uitibus opulenta Histiae, maritimaaq; Corintho, et Dicalto oppido, Carysthoq; ac Styre, quadraginta nauibus uecti, auspicia Elaphenoris Chalcodontiad securi sunt, ducis in primis strenui, et ipsi omnes bellatores, omnes

Athenienses. in pugna iaculandi peritiissimi. Athenienses cum quadrageinta nauibus uenerunt, populus magnanimi Erichthei, quem Minerua est rure, ubi natus erat, suscepit, educauit, et Atheniesi populo pro rege tradidit. Ideoq; annua illi solenia Athenienses in ea insigni urbe agunt, taurorum, agnorumq; sacrificijs. Huic populo tunc dux fuit Mnestheus Pethei filius, cum quo nemo mortaliu certare poterat industria, tam instructus armatusq; , et milites et equos ducendi in acie. Vnus tatum Nestor cum illo de hac laude certabat, pra longa etate, plurimisq; experimentis

Salamini. scientissimus. Ajax autem Telamonius, duodecim Salani=

Argui. niorum naues agebat. Qui uero incolunt Argos, Tiryntha mcnibus insignem, Hermionem, Asinam in reducto ad-

modum sinu positam, Troizen, Eionas, Epidaurum uinetis frequentem, Aeginam, ac Mastetam, cum octoginta nauibus duces habebant Diomedes et Sthenelum clarissimi gloria Capanci filium, et eximiae virtutis Euryalum Mecistei Thalaonide principis natum. Sed ceteris fortissimus Dio-

Mycenæ. medes imperabat. Eoru qui urbē egregiam Mycenam in= colunt, diuitiemq; Corinthon, et pulchram urbē Cleonas, Orniasq;

Orniāsq; & amoenam Arethyream, ac Sicyonam, in qua
 quondam Adrastrus regnauerat: Hypereion, & edito loco
 positam Goncessam, Pellenen, Aegeon, oramq; maritimā
 Pelopōnesi, & amplam Aēmp' helicen, centum naues fu-
 runt, quibus magnus Agamemnon Atrei filius praeirat,
 quem ob eximā in bellis fertitudinem militiamq;, egregij
 populi sequebantur, ita ut nullum alium principem plu-
 res: quemq; ob singularē uirtutē ipsi principes atq; he-
 roes sibi ducē delegerāt. Cuius fratrē Menelaū & ipsum
 forte ac strenuū sequebātur sexaginta instructæ sane atq;
 ornatae naues, corū qui piscosum incolūt I accedēmona,
 Pharen, Sparten, & huberē palumbis Messen, Amyclas,
 Helon, Laan, Tylon, Brysias, festiuasq; Augias. Hic est
 Menelaus belli autor, qui ceteros reges ira ac dolore
 stimulante exhortatus est, & qui audiissime omnū mole-
 stias mōroresq; Helenæ uxorū ulcisci uolebat. Senex au-
 tem Nestor equorū dōmitor, nonaginta duxit naues eo-
 rum, qui incolūt Pylon, amoenāq; Arenē iuxta Thryon,
 qui in Alpheū decurrit, qui bene muratū Aepy, qui Cy-
 pariscenta, qui Geniā, qui Pteleon, qui Helos, qui Doriō.
 Q[uo]d in loco musæ aliquādo Thamyrim Thracē cantādi
 usu priuauerunt. Siquidē ab Euryto Italeo ex urbe Ae-
 chalea hic forte rediēs, quū musas habuisset obuias, adeo
 scientiā cantādi gloriabundus sibi uendicauit, ut se illas
 affirmaret superaturū, si cum ipso de musica certare au-
 derent. Ad quam ita insolentē uocem illæ Iolus filiæ sto-
 machatæ, & modulationē qua præditus erat, & pulsan-
 dæ citharae peritiā, & omnino cōmunem hominis sensum
 abstulerunt. Arcadum uero qui incolunt altum Cyllenes Arcades,
 montem iuxta sublime bustum, ubi bellatores uiri sunt
 siti, qui incolunt Pheneonti, qui Orchomenon peccribus
 opununt,

opinum, qui Rhipen, qui Stratien, qui uetus am Enisphen,
qui Tegean, qui am nam Mantineam, qui Stympheion
atq; Parrhasiam: princeps fuit Agapenor Ancei filius,
cum sexaginta nauibus, uirorum quidem pugnatum in=
structissimus, sed quas à principe exercitus accepérat,
quod ipsius ciuitates, ut quae in mediterraneis locis habi=
tant, à studio absunt rerum maritimarum. Populi autem

Epi. Epi, qui ex urbe Buprasio sunt, & qui ex dia Elide,
Hyrmune, atq; ultimo Myrsino usq; ad Petram, Olenia
& Alision iacent, cum quadraginta plenis nauibus qua=
tuor duces sequebātur, singulos denis præpositos nau=bus,
Amphimachum, Talpiumq; illum quidē Cteati, hunc
uero Euryti Actorionis filium: & fortē Dorem, atq; ex=
cellenti corporis pulchritudine Polyxenum, alterū præ=

Dulichij. strenui Augei filium. Qui ex Dulichio erant, sacrisq;
Echinis insulis, quæ procul in mari Elidi respondet, horū
princeps cum quadraginta nauibus fuit Meges, Marti
ipso in prælio par, patre Phyleo equorum domitore, auo
Ioue: qui aliquando in patre indignatus, Dulichium cō=
migravit. Vlysses autē consiliū præstantia Ioui æquādus,

dux fuit Cephalenorū, cū duodecim rubricata prora na=
uibus eorū, qui incolunt Ithacam, Ncritonq; frondosam,
& Crocylia lapidosam, Egilipa, Zacynthon & Samon.

Aetoli. Aetolorū naues ficerūt quadraginta, ducē secutæ Thoā=tem Andromonis filium, incolentes Pleurona, Olenon,
Pylenen & maritimam Chalcida, Calidonaq; inditā pe=tris. In hunc idcirco imperiū Aetolorum reciderat, quod
& Oeneus ipse, & dius eius filius Meleager decesserat,
nec alia proles regia supererat. Idomeneus autem bello

Cretenses. inclytus, cum octoginta Cretēsium nauibus uenit, eorum
qui incolūt Cnosonta, Cortynāq; pulchris muris cinctā,
qui

qui Lycton, Miletō, Licastor, Phæstē, Rhition: alijq; populi, qui Creten centū urbibus atq; incolis frequente habitant. His unā cum Idomeneo præerat auriga eius Mēriones, ipsi Marti, Martis arbitrio comparandus. Clarus rebus bellicis Tlepolemus, longo latoq; corpore, cum nouem nauibus fortiū Rhodiorū, & capilli studiosorum, ex Rhodij. ipsa Rhodo uenit, eoru qui ē Rhodo sunt, ex Lyndo, ex Iclyssō, ex Camiro. Hūc Astyochē ex Hercule genuit, quā ille ex cognatis cōpluribus oppidis ab Ephyre & fluvio Selleente abduxerat. Verum simulac in domo paterna in iuuenile aetate adoleuit, Lycymnion patris germanū olim bello eximum, tunc autē iam aetate prouectum, intererunt. Sed cum cæteri Herculis filij nepotesq; ultiōne interfecti minaretur, cōparata ingēti comitum manu, classiq; quam festināter edificauerat, imposta, profugit. Tandē uarijs agitatus casibus, Rhodum peruenit: ibiq; imperiū Rhodiorū, qui in partes diuisi erāt, adeptus est, ita enim Iupiter deorū & hominū princeps, huic apud illos beneuelētiam cōciliauerat: suppeditauitq; eisdem ob hunc eundem mirificas opes, affluētesq; diuitias. Nireus ex Syme cum tribus tātum nauibus uenit. Nireus Charopci & Aglees filius, Nireus omnīū quidē Græcorū, qui ad Troiam nauigauerūt speciosissimus, infra tamen Achillem. Sed quia imbellis, pauci cum sequebātur. Eorum autem qui colunt Nisyron, Crapathon, Caffon, & Con Eurypyli urbem, Calydrias insulas, cum triginta nauibus, duces duo fuerūt Herculis nepotes, Thessali filij, Pheidippus & Antiphus. Qui colunt Argos Pelasgicum, & Alon, & Alopē, & Trechina, & Phitiē, & Hellada speciosis fœminis præditam, quos uocat Myrmidones & Hellenes et Achæos, Achilles hos regebat quinquaginta nauibus aduetos.

Sed

Nireus Græco
rum formosissi-
mus.

Sed is tunc mōrōre erēptæ Bryseidis (quam cum multis
 ærumnis in euertēdā Lyrnesso, euertēdus Thebis, mactā=
 disq; fortissimis iuuēnibus Eucenei principis filijs Myne=
 te et Episphropho, illinc deportauerat) in tētorijs se tene=
 bat, mox tamē in bellum ipse proditurus. Cuius tunc mu=
 lites, qui nullum ducē haberēt, in aciem non exierat. Qui
 incolunt Philacē, Pyrasōnq; floridā* ceteris, et matrem
 ouū Nitona, et maritimā Anchialon, et petrosam Pte=
 leon, horū dum ad Troiā cum quadraginta nauibus na=
 uigauerunt, dux fuerat Protesilaus. Nam nunc sub terra
 non superat, quē ex cunctis Græcis primū ē nauī in littorū
 incidentē, uir Dardanus interemerat. Cuius mors magnū
 Amphidriphē uxori, magnū desolatæ domui, magnū etiā
 bellaciōnū socijs, desideriū reliquit. Non tamē his tunc ad
 bellum dux deerat. Delegerat enim sibi Podarcē opulēti
 Iphicli filiū, bello quidē insignē, sed Protesilao fratre ut
 natu nūnorē, ita etiā uirtute. Qui incolūt Pheras, orānq;
 stagri Bœbēidos, qui Beben, qui Glaphyras, atq; eximijs
 montibus Iaolchon, his præerat cum undecim nauibus*
 Eumelem Admeto genitus et Alcesti filiarū Pelie formo=
 siſima. Qui incolunt Methonē, Thaumacien, Melibœā
 et salebrosam Olizona, horum dux erat Philoctetes, sa=
 gittādi peritissimus, cunctes habēs et ipsos sane specta=
 tos sagittarios, in singulis nauibus, que septē erāt, quin=
 quigenos. Verum tunc aberat in Lemno, ubi eum Græci
 recliquerat, uitam inuisam per cruciatus trahēs ex hydriæ
 letifero hulcere: cuius uitā neglecti, breui pōst alia ne=
 cessitate docēte, memores erant futuri. Eius certe conutes,
 cum semper aliās, tum uero illo die maiore in modū suum
 ducem requirebāt, licet ipsis dux non deesset, substituto
 in Philoctetis locum Medone Oilei filio, nato ex matre
 Rhena.

Philoctetes.

Rhena. Qui incolunt Tricen, & montosan^mPthomen,
 Oecaliemq; urbē^mEuritu Oecalei, horum triginta naues
 erant, duces uero duo, atq; ijdem fratres, ijdem arte medi-
 cinæ insignes, ijdem Aesculapio geniti, Podalirius &
 Machaon. Qui incolunt Ormenion, & qui iuxta fontem
 Hyperian, qui Asterion, albosq; Tetani uertices, his
 præerat cum quadraginta nauibus egregius Eumenonis
 filius Eurypylus. Qui incolunt Argissam, Gyrtonen,
 Orthen, Elonen, & Polinta usquequaq; cadentē, horum
 princeps erat clarus factis Menepolemus Pirithoi Ioue
 geniti filius, & Hippodamia: ea die cōceptus, quo pater
 cum hirsutis centauris depugnauit, eosq; ex Pelio fuga=
 uit atq; affixit. Neq; uero solus erat horū princeps Me= Menepole-
 neptolemus, sed cum exiūrio bellatore Leonteo, magna=
 nim Coroni filio: quorum amborum naues quadraginta
 fuerunt. Guncus autem præfuit duabus & uiginti nau= Guncus.
 bus ex Cypho cum bellacibus Peræbois atq; Euenibus,
 qui circa Dodoneam frigidissimis in locis habitant, quiq;
 anænum Titaresion accolunt, qui in liquidum & quasi
 argenteum Penei aninem influens, illius tamen aquis non
 cōfunditur, sed instar olei innatas excurrit. Manat enim
 ab ipsa inferna Styge, cuius fluuij apud deos sanctissi=
 mum iusurandum est. Magnetum autem princeps erat Magnetes,
 Prothous Tertridonis filius. Qui uero ad Pencon, & ad
 frondosam Pelion habitant, his præerat aliis Prothous
 bellator in primis strenuus, quorum amborū quadraginta
 naues fuerunt. Atq; hi quidē sunt Græcorū duces. Nunc Apostrophe ad
 autē musa dic tuo nati, quis inter omnes qui Agamēnonē
 Menelaumq; secuti sunt, præstítit, aut inter uiros uir, aut
 inter equos equus. Et equorum quidem Eumeli iugales, Eumelus,
 feminæ ambæ, ambæ unius æui, ambæ in cæteris una in=
 nitentes,

Podalirius.
 Machaon.

Eurypylus.

Menepole-
 muis.

Guncus.

Magnetes.

Apostrophe ad
 mutam.

Eumelus.

nitentes, multo erant præstantissimæ : ita ueloces, ut cum alitibus possent contendere: *honoremq; martium præ se ferentes, quas Apollo ipse, quum pastoritiam apud Phe= reum degeret uitam, paucarat, talesq; reddiderat. Ex uiris

Ajax. autem Ajax Telamonius longe præcipius, ex his duntaxat, qui in aciem descenderant. Nam Achilles, qui bello ob indignationem abstinebat, multo Græcorum fortissimus erat : cuius etiam equis dabatur pre ceteris palma: & ipse quidem assidue intra tabernaculum se continebat : comites uero eius, alligatis ad plena loti atque apij præsepio equis, iuxtaq; positis curribus, solebat se pater oram maris uario ludendi genere exercere, aut iaciendo disco, aut uibrando telo, aut sagittando, quum bella uiire fortissimum imperatorem desiderantibus non liceret, tantum huc atque illuc per castra quounque ferebat uoluntas, uagabantur. Igitur Græci omnibus rebus instructi, atq; in acies distributi, Troiam uersus pleno celeriq; gradu per medios euntes campos, speciem exhibebant, tum propter armorum lucem, longe lateq; omnia deuastantis incendij, tum propter pedum armorumq; sonitum, pertinacis cuiusdam tonitrii. Quale solet esse, quū Iupiter Typhoëum, cuius cubile Inarimes esse fertur, crebris ab alto fulminibus euerberat. Itaq; momento illam omnem planitiem transmiserunt. At Troiani proceres, Polite Priami filio, quem donis onerauerant, iam antea missa ad explorandum de summo tumulo Aesyre, renunciaduniq; Græcorum aduentum, tunc frequetes ante Priami fores de communibus rebus cōsultabant seniores pariter ac iuuenes: cum ecce Iris imperio Louis cœlo delapsa, imagine Polite, uoceq; sibi assumpta, cum attonito nuncio uenit, propiusq; accedens, Semper, inquit, te senex

Senex iuuat totos dies, ut pacis tempore solcas, cōsumere sermonibus, cum res ipsa ad ultimum discriminēt. Et tibi bellum ingruit, aduentantq; hostium copiae tales tantæq; quales quantasq; non uidimus, non numero hominum, sed foliorū arenarumq; comparandæ. Sed quid ego hunc? Hector, te ego iubeo negocium suscipias. Agendum cum præsto tibi sint intra muros tot linguarum nationumq; auxilia, præcipe ut suis ducum quisque popularibus det belli signum, eosq; armari imperet, et suas secum copias in aciem reducat. Hæc iris. Hector autem cognita deæ uoce, protinus consilium soluit, et ad arma concursum est. Pates factisq; omnibus portis, cum ingenti tumultu equites peditesq; sub armis muros egressi sunt. Est autem in ipso cōspectu, atq; in ipsa planicie prope urbem tumulus, utrinq; lata circunicta uia, quem tumulum homines Baticam, dij autem sepulchrum Myrincs appellant. Hic Troiani ac socij inter se copias suas, quæ illuc promiscue uenerāt, secernunt, suasq; principū quisq; in aciem instruit. Et Troianorū quidem dux erat magnus Hector Priami filius, hostiū terror. Cuius auspicia plurimi populi, ac strenuissimus quisq; sequebatur. Dardanis autem præerat formosus Anchisæ filius Aeneas, quem dea Venus in nemorosis Idæ collibus et concepit et peperit. Nec solus his præerat Aeneas, sed una duo Anthenoris filij Archilochus et Acamas rei militaris peritiissimi. Qui autem populi ad radicem Idæ et ad profundi Asopi flumen accedunt diuitijs affluentibus, horum imperator erat insignis Pandarus Lycaonis filius, quem arcu Apollo decorauit. Qui Adrestiæ et urbē Apæsi et Pityeā et excelsum Tries monte incoluit, his præerat Adrestus et Amphius, uterque Percosij filius, Percosij longe omnium doctissimi

Troianorum
catalogus.

scientia diuinandi futura. Verum neq; admiranda doctrina, neq; paterna solicitude subtrahere à morte filios potuit, cum eos retincre conaretur, ne ad bellum ubi perituri erant, proficiscerentur. Illi enim eentes (sic misera necessitas fati trahebat) nec parere imperio, nec credere consilio senis toties monentis uoluerunt. Qui Percoten incolunt, qui Praction, qui Seston, qui Abydon, qui diam Arisben, horum princeps erat uir eximius Hyrtacides Aius, ex Arisbe equis adiectus, fortuna cursuq; præstantibus, erant enim à flumine Selleente. Hippothous autem fortes Pelasgorū cohortes ex ampliuaga Larissa adduxerat. Quibus ipse, Pyliusq; frater bellator egregius, præerant, filij Lethi Teutamidae. Acamas uero & Pirous cum copijs Thracū uenerant, eisq; trans Hellespontū accolentium. Euphemus autē maximi Troëzeni filius, Cæde nepos, dux erat Ciconum bellatorum. Pyræchmes uero Peonum, reflexos arcus gestantū: gentes procul ab Amydone patria profectæ, atq; ab Axio flumine, licet spatioſo, tunen ad imum usq; lucidissimo, ut nullum in toto orbe terrarum speciosius. Paphlagonum solertiſsimus, Pylemeneus ab Enetis ueniens, ubi genus malorum agrestiū est. Paphlagones hi sunt, qui Cytoron incolunt, qui Sefamoni, & quorū egregias urbes alluit Parthenij fluuius, & qui Cromnam, qui Aegialon, & qui editos Erythines colles habitat. At Halisonū * Hodius & Epistrophus duces longe ex Alyba, ubi argenti fodinæ sunt, uenerant. Mysiorum principes erant Chromis & Enomus scientia augurali peritus, sed qua mortem auſfugere non potuit, apud flumen, ubi eum uelociſsimus Achilles cum ingenti Troianorū cede trucidauit. Phrygiorū principes erant Phorcus, & singulari forma Ascanius, usque ab Ascania anore

amore pugnandi profecti. Mæonijs, qui Tolon incolunt, præerat Meshles Antiphusq; fratres, patre Pylemenco matre Gigæa geniti. Carijs barbarū quiddam in loquendo sonantibus, qui Myleton incolut, nemorosumq; Ethicrum montem, qui fluenta Mæandri accolunt, quiq; Mycales mōtana inhabitant, Nastes & Amphimachus præerant fratres, Nomionis filij, uterque laude insignis: sed Amphimachus ritu puellæ comptus, & totus auro exornatus, quasi uero aurum ad uictoriam faceret, & ad subtrahendum neci denique pertinere. Id quod ipsi usu uenit insipienti simul & infelici. Nanque hunc Achilles in flumine, primum uita, dehinc cultu aurco priuauit. Sarcpedon autem & præstans Glaucus, usq; à Xanthi flexibus cum Lyciorum copijs aduenerunt.

ILIA DOS HO-

MERICAE LI-

BER III.



OSTQVAM igitur omnes copie sub suo queq; imperatore digestæ sunt, atq; in acies instructæ, aduentatibus iam Græcis, obuiam tendunt clamore ac clangore sublato, non secus ac grues solent, dum sidus hybernum fugientes, matutino tempore cum ingenti clangore cateruatim cœlo ferūtur, ad oceanumq; se conserunt, illaturæ dirum Fygmais ac mortiferum bellum. Græci uero clamore non reddito, sed tacita apud se ipsos ira frementes, uenire maturabant: id pressantes animo, quomodo & hostiē uincerent, & se suosq; tutarētur. Ad quorum properantem aduictum ac penè cursum, tan-

d 2 tus pul

tus puluis præsertim uento adiuuante excitatus est, ut ad similitudinem inuisæ pastoribus, amicæ nocturnis furibus nebulæ, quam austèr iugis montium infudit, uisum adi-
 meret, nec extra iactum lapidis prospicere sineret. Vbi ue-
 ro proximi facti sunt, & iamiam conflicturi essent, singu-
 lari Alexander pulchritudine ante omnes Trojanorum
 acies grandioribus passibus uadebat, prouocans ad cer-
 tamen fortissimum quenq; Græcorum. Gerebat autem pro
 paludamento pardi pellem, arcumq; cum pharetra &
 gladiū, manu uero duo fulgentibus spiculis iacula. Quem
 cum bellator Menelaus uidisset, audissetq;, comodo ga-
 uisus est, quo esuriēs leo, cum in grandem ceruū ibicem' ue-
 incidit, quem canes uenatoresq; insequuntur: ita cupi-
 ditate ac spe ulciscendæ iniurie, confessim (ut erat arma-
 tus) è curru desiliit, seseq; illi in cōspectum dedit, & cum
 infesto gradu pergit. At uero Alexander, uiso Menelaos
 obuiam ueniente, subito timore percussus, represso rela-
 toq; pede, ad suos sese recipiebat: qualis is qui per monte-
 num callem transiēs, ex improviso prope se dracone con-
 specto turbatur, pallescit, tremit, & penè præ formidine
 collabēs, retrofugit. Ad cuius rei spectaculum Hector ex-
 cindescens, ignominiosis in fratrem inuestus est uerbis:
 Disparis uere, nō Paris: forma insignis, sed amore in mu-
 lieres perditus: uerbis audax, rebus ignauus: quanto satius
 fuisset, atq; utinā fuisset, ut aut nunquam genitus fores,
 aut ineunte ætate mortem obiisses potius, quam tantum
 dedecus, & quidē sub oculis omnīū, admitteres? En uides
 quantum ex tuo facto cincinnati Græci cepere lætitiae?
 quippe qui opinabantur te ut inter ceteros pulcherri-
 mū, ita strenuissimū esse. Nunc intelligunt quod multo sis
 pulchrior quam fortior. nam decor membrorū tibi super-
 est, uires

Paridis teme-
ritas.

Paridis timor,

Hector in Pa-
ridem.

est, vires autem corporis & animi præstantia deest. Et tamen quum talis sis, ausus es cum delectis sodalibus, instruta ornataq; classe, profectus ad externum regnum, cum aliena uxore concubere, cuius mira specie captus essem, eamq; ex Peloponneso huc asportare, quum maritum haberet bellatorem, in perniciem patris, cuium, regni, nominisq; Troiani, & in iniuriorum gaudium, tuamq; ipsius extremam infamiam. O' dedecus. Non sustinuisti congregdi cum Menelao? Quid ita? quia nosti qualis bello uir, quantusq; sit ille, cui coniugem ademisti. At enim in hoc belli puluere nihil ad uictoriam faciunt citharæ cantus, dignitas forme, compti capilli, Veneris dona, cæteraq; huiusmodi. Itaq; si nescis, ecce omnes Troiani, qui tuorum scelerum defendendorū gratia arma sumperunt, ex tuo timore & ipsi territi sunt ad pugnandum. Ad quem respondens Alexander: Pro modo, inquit, exprobrare nubi ignauia Hector, non supra modū uisus esse Paris Hector, debes. nam tuū cor animusq; non magis fatigatur, nec magis ad cuiusquam trepidat occursum, quam robusta quædam securis, quam faber lignarius in scindenda materia exercet, cuius esset penetranti ac durabili acumine ad continuandum magis opus, mutatur. Neque nubi uituperationis loco obijcias Veneris dona. nā munera quæ in nos dij contulerunt, ea nec obijci debent, nec ad arbitriū hominis, sed ad ipsius dei collata sunt. Quod si me singulari prælio cū Menelao certare uis, iube Troianos omnes atq; Græcos cessare, ac circunsidere certamnis nostri testes, quod nos duo in medio cōmuttemus, quicrum uter uicerit, eius sit cum omni gaza Helena uxor, pro qua hoc conflatum est bellum. Cæteri autem cum sanctissimo iure iurando feriant fœdus, se postea domum reuersuros, Troianos

in Troiam, illos in Græciam. Hæc quum audisset Hector mirum in modum lætatus, protinus proceſſit in medium inter utrumq; exercitum: & uoce ac lancea, quam manu medianam tenebat, suas ceteras gradum ſistere iubebat. Et Troiani quidem statim imperata fecerunt. Græci autem pro ſe quisque in unum ſic inter ambulandum & sagittas & iacula & saxa iaciebant. Quam rem intuens

Agamemnon
d ſuos.

Agamemnon, ad ſuos, Deſinete, inquit, Argui, continete manus, inhibete iectus. aliquid enim (ut uideo) nobis cum tractaturus eſt Hector. Ad quam uocem continuo Græci deſtiterunt, tacitiq; quantum fieri poterat, ſtrepitū ſedato, attenti ad audiendum manserunt. Tunc Hector in me- dio ſtans, Audite, inquit, Troiani pariter & Græci, per me quid loquatur Alexander, cuius cauſa bellum cōflatum inter nos eſt: iubet Troianos Græcosq; depositis humi armis ad eſſe ſpectaculo, ſolos autem ſe ac Menelaū in medio uiribus armisq; decernere: quorum uter uicerit, ſua ſit cum omni gaza Helena uxor: ceteri autem cum sanctissimo iureiurando feriant foedus, ſe poſtea domum reuersuros, Troianos in Troiam, Græcos in Græciam. Sic Hector. Tunc alijs mutuum silentium tenetibus, egrius Menelaus ſic inuicē ad uniuersos prolocutus eſt: Au- dite uiciſſim me Græci Troianiq; cui præcipius inter omnes dolor neceſſitatē imponit, ut potiſſimum repon- deā. Placet mihi, & rite fieri ſentio, ut aliquando ab ærue mnis, quas tot tatasq; uos Græci mea, uos Troiani, Alexā dri cauſa pertulistiſ, per hanc tranſactionē diſcedatis, ut uter noſtrū in ſingulari certamine occumbet, occubuerit: reliqui uero mox domū ſuā ſine prælio redeāt. Afferte igi- tur huc agnū agnamq; illum album, hæc atram. marē, qui ſoli: fœminam, quæ Telluri immoletur. Tertiū afferemus, quo Ioui

Hectoris ora-
do.

Menelai ora-
do.

quo Ioui litemus. Et ante omnia sistite hic Priamum, qui
 foedera ipse feriat : ne quis forte malus dolus filiorum, ut
 sunt uentosi ex perfidi, haec omnia faciat irrita. Semper
 enim ingenia iuuenu sunt instabilia. Nunc autem si senior
 his foederibus affuerit, atque adeo praeuerit, profecto re-
 spiciens preterita, ac futura prospiciens, curabit ut rata
 sint : & quamprimum inter ambos exercitus, quod sane
 ambo bus expedit, pax fiat. Haec Menelaus quum dixis-
 set, tam Graeci quam Troiani exultuere letitia, speran-
 tes iam se mortifero bello quieturos. Igitur uterque exi-
 guo inter se diuisi interuallo, dispositis in continuam sec-
 ricm equis, descendunt a curribus : exuentesque sibi arma,
 humi deponunt. Hector uero propere duos praecones in
 urbem, Agamemnon autem Talthybiu ad naues ire iubet:
 hic, ut unus: ille, ut duo agni frateratur. præterea ut Priamus
 ad exercitus, foedera percussurus, accersatur. Praeconibus
 itaque, quomodo imperatum erat, ire festinantibus, Iris
 ad Helenam domum suam manentem uenit, nunciatura cer-
 tamen, quod erat committendum. Inducerat autem sibi spe
 cimen Laodices, Helenæ, Chloris filiarum Priami formo-
 ssime, uxorisque incliti Helicaonis filij Antenoris. Texe-
 bat autem tunc Helena purpuream telam, suam uidelicet
 pallam, spatiosam sane et amplam, in qua pleraque iam pro-
 pter se ad Troiam gesta, textilibus picturis descripsierat.
 Ad hanc Iris accedes, Veni, inquit, sponsa dulcissima, mira- Iris ad Hele-
 ficā rem uisura, que nunc inter Troianos agitur ex Gra- nam.
 cos. Qui enim in capis prius mutuae necis audiissimis co-
 rebant, in ijs nunc omisso prælio alteri alteris uicini cum
 silentio sedent, innixi scutis, hastis propter humi defi-
 xis. nam mox in medio Alexander cum Menelao dimicau-
 turus est, utri tu cedas in uxorem. Siquidem uictorie

ipsa propositum es præmium. Hæc dea dicente, dulce ilius pectori desiderium incessit pristini uiri, parentum, patriæ. Itaque festinanter amicta lucidum è lino uelamentū, grandibus per ora decurrentibus lachrymis, procedit è thalamo. Sequebantur autem eam duæ ministræ, Aethra Pythei filia, & decoris oculis Clymene. Atque ad portam Scæam quū properas uenisset, ascendebat iam eius porta turrim, in qua erat Priamus cum primoribus senatorum, Pantho, Thymoete, Lambo, Clytio, Hicetanoë: cumq; his Vcalegon atque Antenor, ambo arte militari ob se nium desueti, sed in curia, sed in senatu, sed in dicenda sententia utilissimū. Sedebant autem circa Priamum, quos dixi principes, & inter se colloquebantur in alta turri: similes cicadis, quæ opacis arborum ramis insidentes, suauem illum cantum exercent. Hi ubi uidentem Helenam in turrim confixerunt, aliud ad alium suppressa uoce dicebant, Profecto num indignum est, Troianos Græcosq; tot mala, tanto tēporis spatio sustinere, ob hanc faciem, quæ prorsus non humana, sed immortalis cuiusdam deæ uidetur? Ceterū et si tam diuina specie mulier est, tamen eam satius erit ad penates suos remittere, quam retinere, ne nobis postea sit liberisq; nostris causa calamitatis.

Priamus Helenæ. Hæc illi. Priamus autem Helenam ad se uocans, inquit, Huc ades dulcissima filia, atq; mihi hic asside, ut spectes pristinum uirū, pristinosq; affines atq; amicos. neq; enim putas me tibi hoc bellum referre acceptū, & tantam mihi lachrymarum causam, sed dijs ipsis qui me his cladibus uexandum censuerunt. Asside filia, ut indices quoq; mihi quis ille ex Græcis est, uir tam conspicuus, celso corpore & ampio? Etsi nonnulli alij statura eum superant, tamen nullum unquam uidisse uideor, nec ita decorū, nec ita uenerandū.

adeo

Vcalegonis &
Antenoris uer-
ba.

ad eo regiam quandam inter cæteros præfert dignitatem.
 Cui dea mulierū Helena respondens, Pudori, inquit, dul-
 ciſſime ſocer ac timori, tuus uel ſermo uel aspectus ſemper
 eſt mihi. utinamq; eo tempore tetram mortem oppetiſ-
 ſem, quando filium tuum ſecuta ſum, deſcrens coniugem,
 deſcrens neceſſarios, coætaneasq; deſcrens unicam natam
 meam. Neque enim tot mala accidiſſent, neque ego mi-
 fletu luctuq; maceraffen. Sed ut ad interrogata reſpon-
 deam, id quod cupis noſſe, hic eſt Atrides ille Agame-
 mnō, dupli ci laude eximus, qui & fortiſſimus bellator eſt,
 & optimus imperator, meus quondam leuir, ſi tamen nū-
 hi inſelici leuir fuſt. Tū ſenior miratus, O feliciſſime, in-
 quid, Agamemnō, & diuino quodam fate prædite, tua' ne-
 tot Achiae gentes auſpicia ſequuntur? utiq; plures opi-
 nione mea. & quidē quo die bellatrices ac masculæ Ama-
 zones uenerunt, dum in Phrygiam auxilio ueniſſe Otreo
 & diuino Mygdoni, cumq; his apud Sagerim amnem illis
 caſtris præſem, conſpexi tunc ibi plurimas Phrygū co-
 pias, plurimosq; populos ab his regibus belli gratia euo-
 catos: tamen ne quaquam tantus ille exercitus erat, quātus
 hic eſt. Intuens deinde Priamus Vlyſſem, Indica mihi, in-
 quid, iterū dulciſſima filia, quis ille eſt, Agamēnonc quidē
 ſtatura minus procera, ſed pectore humerisq; latioribus,
 qui armis humi depositis, ut uilloſus ille dux gregis (nā ei
 ſimilis mihi uidetur) copiosusq; candidas oues, ſic ipſe ca-
 teruas obambulat. Ad quem Iouis filia Helena reſpōdens,
 Iſte, inquit, eſt Laertiades Vlyſſes, quanquam in Ithaca
 mōtana quadā educatus, uir tamen ad omnes dolos, & ad
 omne conſilium uel excogitandū uel explicandū pruden-
 tiſſimus, ac mirus artifex. Tum maturus Antenor, Ita reſ-
 habent, inquit, mulier ut locuta eſt. Etenim eo tēpore, quo

Helena Pri-
mo.Priamus He-
lēnē.Helena Pri-
mo.Antenor o-
ratio.

Vlysses te repetitum huc cum Menclao uenisset, ambos
ego hospitio accepi, amiceq; tractavi. Ita utriusq; & cor-
poris dignitatem, & animi consilium & loquendi quali-
tatem annotavi. Cum erant ambo in Troianorū frequē-
tia commixti, celsioribus humeris Menelaus eminebat.
At quum sedebant, uenerabiliori Vlysses aspectu uide-
batur. Vbi uero tempus affuit exponendæ in concione
legationis, Menelaus celeri quidem & breui oratione
(erat enim natura breuiloquus) uetus est, sed ualde suauis,
& in qua, licet Vlysse minor natu esset, nihil reprehēde-
res. At postquam Vlyssis partes loquendi fecerunt, stetit
aliquādiu oculis in terrā defixis, immoto sceptro, uerecū-
do homini atq; imperito simulis. Dixisse eum iratū quē-
dam ac dementē. At post orationē illam uerborū tanquā
hybernarū niuiū, quā increbrescentē magna uoce edidit,
intellexi cum illo neminē neq; posse eloquio, neq; audere
cōtēdere: quo minus aspectū eius admirabamur, ita sumus

Priamus. admirati eloquentiā. Priamus autē tertio cum Aiaccē con-
spicatus esset, interrogat Helenā: Et ille alius quisnā Græ-
corum est, super omnes capite extas, omnesq; latitudine
Helenā. humerorū superas? Cui Helena, Hic, inquit, est Ajax ma-
ximus, magnus Achiouorū murus. Qui uero ad latus eius
stat, is est Idomeneus, quē Cretēses ut deū habent, quemq;
ceteri eiusdē insulæ principes sequuntur. Hunc frequēter
Menelaus Creta proficuum, in domum nostram hospitio
excepit. Sed cum omnes alios Græcorum principes re-
cognoscamus, quos uel nominatim queam recensere, duos
tamen desidero tantum, Castorem equorum dominorem,
& Pollucem strenuum cæstibus, germanos meos. Eos ar-
bitror aut non profectos huc esse cum ceteris: aut si huc
uenerunt, Lacedæmonia reuertisse, ne in re militari diutius
uersarentur.

Menelai ora-
rio qualis.

Vlyssis qualis
oratio.

Priamus.

Helena.

uersarentur, erubescentes tantum dedecus, tantam' que
 ignominiam, in qua ego sum posita. Et Helena quidem
 sic loquebatur. illi autem procul ab eo loco erant in pa-
 tria Lacedæmoni sepulti. Dum hi apud Priamum sermo-
 nes haberentur, interim præcones in urbem iam uene-
 rant, & quæ ad feriendum fœdus iussi erant ferre, iam
 sumpserant, duos agnos, ac uinum quod caprino utre
 portabant. Quorum Ideus auream pateram, aureosq; ca-
 lices gestans Priamum adjit, desertq; mandata his uerbis:
 Surge rex, & ueni festinus in campum, ubi principes Ideus Pelamo.
 Troianorum atque Græcorum, iusso me uenire accitum
 te, expectant, ut inter eos, sed non sine te, fœdera fa-
 cta feriantur. Pepigerunt enim, ut Alexander ac Mc=
 nelaus in medio utriusq; exercitus decernant ferro, utri
 eorum, qui uicerit, Helena uxor cum omni gaza addi-
 catur. Cæteri autem percuesso fœdere pacificati, nos Tro-
 iam incolamus, illi in Græciam reuertantur. His auditis,
 senex perturbatus sane animo, iussit comites iungere sibi
 currum, quo ueheretur, ubi expectabatur. Eo confessim
 iuncto & regaliter strato, cōscendit, habensq; cepit. Cui
 Antenor in currū & ipse ascendens, sc̄ comitē præstitit:
 amboq; porta Scæa egressi, in campum ubi uterq; exrci-
 tus erat, perueniūt. Ibi à uehiculo descendentes, in medū
 suorum atq; hostiū iuncti procedunt. Tunc Agamemnon
 atq; Vlysses, conspectis senibus, ipsi quoq; prodeunt: si= mulq; præcones pro more ornati, illatis quæ ad ferien= dum fœdus pertinent, adsunt. Principio uinum pateræ,
 postea aquam singulorum regum manibus infundunt.
 Hic Agamemnon educto cultro, qui ad uaginam ensis(ut Fœdus fertur.
 mos est) insertus erat, è uertice utriusque agni pilos dese= euit, quibus per præcones inter maximos quosq; Græco= rum Tro

rum Troianorūq; distributis , ipse supinas in cœlum ma-
 nus tollens, in hunc modum, ex audientibus cunctis , pre-
 fœdetis uer-
ba.
 cationum ac fœderis uerba concepit: Iupiter pater, qui
 huic loco ob montem Idæum præsides, cuius principatus
 præ cæteris plus dignationis ac iuris habet : et tu Sol,
 qui uniuersa et uides et audis, uosq; flumina, et tu ter-
 ra, ac uos inferi, qui post mortem fœdfragos homines
 supplicio afficitis, testes inuoco horum fœderum, oroq;
 ut ipsa uelitis esse sancta: Si Alexander Menelaum in ho-
 dierno certamine uita priuauerit, ipsius sit cuncta cum ga-
 za Helena uxor, nosq; ad penates nostros cum classe re-
 deamus: sin Menelaus Alcxadrum, reddant Troiani He-
 lenam cum ipsa gaza, simulq; remunerentur Græcos ho-
 norifico præmio, qualem congruens esse iudicetur, quod in
 posleros etiam nostros transferatur. Quid præmii si do-
 nare nobis, occiso Alexando, Priamus eiusq; filij nolue-
 rint, iterum et eosdem deos testor, me in ultionem rupti
 fœderis perfiditum, nec antè finem belli fakturum, quam
 aut à nobis, aut ab illis fuerit debellatum. His dictis, agnum
 agnamq; iugulauit, atq; ita sanguinates exanimesq; hu-
 mi deposituit. Alij mixtum pateræ uinum delibantes, effu-
 derunt, ac numinibus uota fecerunt. Eorū erat, qui in coe-
 lum intuens, ita precaretur: Iupiter deorū rex, omniumq;

Alecius è uul-
go oratio.

potentissime, reliquiq; cœlites uelitis, ut per utros stete-
 rit, quo minus haec fœdera sint rata, sicut uinū in terram
 defluit, sic suorum liberorum, sic eorum uxores confici-
 antur. Ita ille orabat. Iupiter tamen ad has preces non
 propicias, sed surdas aures habebat. Post haec Priamus
 Priami oratio. aducens cœtum, Audite me, inquit, Troiani et Achiui.
 Enim uero non sustinet oculi dulcissimum filium cum Me-
 nclao inspectare depugnarem. Ideoq; ne intersim, hinc in
 urbem

urbem redeo. ipse quidem Iupiter alijq; dij cognitum ha= bent, uter sit neci destinatus. Atque his dictis, impositisq; uehiculo agnis, ascēdit, habenasq; cepit Antenor, in uehi culum & ipse conscendens, se illi comitem præstítit. Qui bus in urbem redcuntibus, Hector ante omnia atq; vlys= ses idoneum pugnæ præfiniunt locum. Tum in galeam sortes, cui primus ictus deberetur, demittunt. Exercitus uero qui ad spectaculum aderant, solicii euentorum, su= blatis in altum manibus, uota faciebant: quorum nonnulli tam ex his quam ex illis, ita obsecrabant: Iupiter pater, qui Idaeis montibus præsides, idemq; deorum & digna= tione & potentia maxime, uter horū autor & causa ex= titit tantarum utriq; genti calamitatū, hunc uelis in hodi= erna pugna priuatū uita, ad inferos præcipite agi, nobis uero ceteris iniuiolata fœdera seruari, fidamq; amicitiam fieri. Hæc illi. Hector uero auerso uultu, galeam in qua sortes inerant, quatiebat. neq; id diu nam confestim fors Paridis, qui prior lanceam iacularet, exiliit. Tunc omnes eo ubi constiterat loco, iuxta equos atq; arma longo or= dine resederunt. Et Alexander sibi primum fidas ocreas, argentoq; distinctas, induit: secundo loco thoracem, non suum, sed Lycaonis fratriis, pectori tamē suo congruentē. Tum argenteis distinctum punctis gladium, à collo suspē dit. dehinc humeris scutum aptat, & ingens & ualidum. Tum galeā capiti imponit, terribili ex echini setis crista, & ad motū ipsum quasi miranti. Postremo præfixū luci= do spiculo pilum sumit ualidūq;, sed quo tamen in pugna commode uti posset. Menelaus diuersa ex parte simili ar= matura i: struebatur. Qui postquam armati in delectam certamini aream, hinc Troianis, hinc Graijs cingentibus, processerūt, atq; infestis armis, infestisq; passibus ac truci= bus oculis

Oratio vulgi.

bus oculis simul et animis alter in alterū uadere cœperūt,
 magnus omnibus qui spectaculo circunsidebant, pauor
 inceſit. Illi uero propiores effecti, ad medium ipsum a= =
 reæ tendentes, pila quatiunt, quo certiore manu in alte= =
 rum ac ualidiore contorqueant. Et Alexander, cuius pri= =
 ores erant partes, prior uibrato in Menelaum telo, scu= =
 tum illius ferit. Ad quem ictum magis spiculum replica= =
 tum est, quam chalybem, quo scutum uestiebatur, transfi= =
 gere quiuerit. Tum suo loco Menelaus in telum assur= =
 gens, hoc modo comprecatur: Da quæſo Iupiter rex, ut
 hic, qui mihi tanta inmerito mala inuexit, meritas poenias
 luat, & luat meis manibus uiictus, meoq; confossum ferro,
 ut & qui nunc sunt, & omnis posteritas quum hæc audi= =
 erit, hospitia ubi amice accipiuntur, polluere uereantur.
 Hæc dicens, libratam aliquadiu lanceam in Alexandrum
 emittit: que in medium illata scutum, non modo per il= =
 lius chalybem, corium, lignumq; adacta est, uerumetiam
 per thoracem, & intimam usque ad uestem, perforatura
 quoq; ipsum pectus, nisi in latus hic obliquanti deflexis= =
 set. E amissa & infixa, statim Menelaus educto ex argé= =
 tata uagina ense, reductoq; in altum, irruens cascidem A= =
 lexandri percussit ita uehementer, ut in multa frusta diſsi= =
 liens, fugeret manum. Quod Menelaus cernens, ingemuit

Menelaus in
 louem.

grauiter, suspiciensq; in cœlum, O Iupiter pater, inquit,
 profecto te deorum est nemo malignior. Ego quum te
 precarer, spem concipiebam, Alexandrum meis manibus
 poenias sceleratæ iniuriæ daturum. Nunc & gladius ad
 primum ictum diffractus est, & lancea in casum excussa,
 cum nequaquam illius membra perstrinxerim. His louē in= =
 cusans, in cascidem hostis cristasq; inuadit, apprehēsumq;
 ad socios trahereconatur. Et pertraxisset, uictoriae cōpos
 & gloriae,

Et glorie, eò quidem facilius, quòd dum ille per galeam
traheretur, strangulabatur mollis iugulus catenoso loro,
quo subter mentum galba ad fibulam substringitur, nisi
subito Iouis filia Venus, re animaduersa, lorum dirupi-
set, ut uictor pro homine, uacua tantum casside potiretur.

Paride Venus
liberat.

Quod et factum est. Namque dum abreptam illam con-
uersus ad suos, recipiendam proijcit, ut receperunt festi-
ni et audi, dum hastam colligit, dum reuerti in hostem
parat, Venus utpote dea, circu septum aurca nebula Ale-
xandrum, a pugna atque ab oculis hominum eripuit, et
in splendido odoratoq; thalamo, ubi lectus genialis rega-
liter stratus erat, collocauit: atq; eo illic relicto, ad accer-
sendam Helenam prodijt. Eam autem in editissima turri
reperit inter ingentem frequentia sceninarum. Ad quam
accedens, uestem leniter, ut secum pergeret, manu tra-
xit. Desumpserat autem sibi imaginem Greæ, que Helenæ
è Lacedæmoniæ secuta erat, grandis natu formina, lanifi-
cijq; doctissima, ac præter cæteras dominæ intima. Atque Venus Helenæ.
ita tenens uestem, Agedum, inquit, redi domum. ubi ex-
pectans Alexander, uocari te iubet. Est enim in cubiculo
iuxta lectu genialem, fulgentem stragula ueste, optimisq;
odoribus fragrantè, pulchrior ipse atq; radiatior, uel oris
ac totius corporis decore, uel uestiu credas cum non pu-
gnasse cum Menelao, sed aut in chorea iturum esse, aut à
chorea modo cessasse adhuc saltandi cupidū. Hæc Venus.
Que audiēs Helenæ apud se, * at ubi tā suāē colli amoeni-
tatem, tam amabilem pectoris gratiā, tam insuetum oculo-
rum fulgorem animaduertit, expauefacta ait: Dæmonia, Helenæ Veri.
quid istis captas fallere me uerbis? nunquid iterum abdi-
cere me procul uis in exterias urbes ac locupletes, aut in
Phrygiam, aut in Mæoniam, aut quò aliò, ubi principem
familarem

familiarem aliquem tibi habes? Quoniam uicto Paride
 Menelaus me miseram est reportatus ad lares, ideo tu;
 ideo falsa sub imagine uenisti, ut me deciperes ob tuam
 nimiam in Paridem benevolentiam. eò dum illi ades, dum
 illi studes, dum pro illo satagis, dum illum obseruas atque
 custodis, deorum commercium reliquisti, nec ad eos re=
 uersura es amplius. adeo, quātum suspicor, aut uxor eius
 efficeris, aut ancilla. Ego uero, quod ad me attinet, ire
 ad illam prorsus nolo, nec unquam in contubernium
 eius redire certum est. Quid ni enim, si hoc faciam, digna
 sum quam omnes uituperent? Et sane posthac uniuersæ
 me Troianæ execrarentur, ac maledictis omnibus & opa=
 probrijs laçerarent: que ego quum audire, nimio mecum
 moerore consumerer. Tunc irata in eam Venus, Noli me,
 inquit, infelix, noli irritare, & abs te alienare. Nā si per=
 gis, tam me inimicam senties, quām sensisti amicam, tan=
 tumq; Troianis pariter ac Græcis in te excitabo odium,
 ut tetricima pereas morte. Ad hanc orationem exterrita
 Helena, uelato ueste capite, tacite à cœtu mulierū (dæmo=
 nem enim sequebatur ducem) digressa est, & ad nitentem
 Paridis domum concepsit. Eò ubi peruenit, ancille statim
 ad locum opusq; quod reliquerat, redeunt. Ipsa cum dea
 in thalamum auratis laqueatribus fulgentē euntes, ad Pa=
 ridem intrat. Vbi Venus posita ante illum sella, Helenam
 iussit in ea sedere. In qua ubi resedit mulier, oculos à uul=
 Helena Paridi. tu Alexātri obliquans, loqui sic orsa est: Redijstī ne à pu=
 gna, ubi te interfectūris sciebas, nisi fugisses, iā superatus;
 iam captus à ualido hoste quondam meo marito? Atqui
 gloriari solebas, te Menelao antestare, tum viribus cor=
 poris, tum dimicandi scientia. i nunc, & prouoca illum ad
 singulare certamen. Quod si me audies, Menelaum stul=
 te pro


te prouocare desines, quin & illi in bello occurrere, ne forte si te compererit, pilo suo gladioq; confodiat. Cui respondens Paris, Noli, inquit, queso mulier tam molestis Paris Helenam incessere cōuicijs. equidem fateor nunc uicisse Menelaum Mineruæ beneficio. ego uicissim aliâs (nam & dij mihi adsunt) illum ipse superabo. Nunc quod reliquū est, rei coniugali operā demus. Nam ita in te nunc amoris ardor me tenet, ut nunquam tenuerit uehementius, ne tunc quidē, quum ex Lacedæmone te rapui, impositaq; in nauem, & in arduam insulam ducta, tecum primum concubui. Hec quum dixisset, in stratum regiæ genialem antecessit, eumq; Helena secuta est. Quibus ita in apparatiſſimo cubili cum oblectatione cubantibus, Menelaus interea instar rabida feræ huc illucq; uadebat, sicuti Paridem adipiscatur. Neque erat ex Teucris socijsq; Teucrorum quispiam, qui uisum à se, quum quereretur; illi posset ostendere, aut ubi foret indicare. Neque enim fuisset diſimulare ausus, uel propter foederum religionem, uel quia à se in unum omnes morte reiſcere uolebāt. Ad quos dehinc, inquit Agamemnon, Audite Troës Dardanijq; & qui istis auxilio uenistis, Victoria huius certaminis, ut agnoscitis, penes Menelaum est. Vestrum ergo nunc erit, Helenā cum omni gaza exhibere: nosq; remunerare honorifico præmio, quale congruens esse iudicetur, quod in nostros etiam posteros transferatur. Hæc

Agamemnon. Cuius orationem cæ-

teri Grei maxima cum
affensione exce-
perunt.

Agamemno-
nis oratio.

I L I A D O S H O-
M E R I C A E L I-
B E R I V I V .



NTEREA Dijs deaq; frequentes
aureo in pavimento loui aſidebant, in
ipſos exercitus urbemq; Troianam in-
tuentes. Quibus Hebe cum aureis pocu-
lis nectar pro ſuo ministerio muſcebat.
Illi ſumpta pocula, gradatim ſibi propinabant. Tunc Iu-
piter per cauam consultandi cum Dijs, nonihil de Iuno-
ne iocatus eſt. Quam ut ad irā acueret atq; eliceret, obli-
qua ac faceta oratione perſtingens, In hoc, inquit, ſin-
gulari certamine dij coelites, duæ deæ ſunt quæ Menelao
ſtudent, una quæ Paridi. ille quidem, Iuno & Minerua:
quæ, ut uidetis, nonnihil à coetu noſtro ſemotæ ſedēt, ple-
nae gaudijs ex ipſo rei geſte ſpectaculo. hæc autē, Venuſ:
quæ nunc abeſt, ſemper ſolicita pro Paride, quemq; nunc
ab impēdenti mortis periculo eripuit. Etenim ſine dubio
penes Menelaum uictoria eſt. nos tamen cōſultare decet,
quidnam hoc loco faciendum putemus, utrum hos popu-
los in atroc bellum, an in placidam concordiam dimittas-
mus. Quid si in concordiam, nimurum res grata omnibus
iucundaq; cōlinget: & Menelaus recipiet Helenā ſuam,
Troia uero à diſcrimine euerſionis liberata, ſuiſq; ciuibus
frequeſ. perpetuo incolumis erit. Hæc Iupiter. Iuno autē
ac Minerua, ut erāt unā ſedētes, ad hæc dicta tacito mur-
mure ſuſannarūt. malec enim Troians cogitabāt. et Mi-
nerua quidē, quāquā uehenetiſſima tum in patrē ira, tum
decepti uoti mæſtitia angeretur, tamen ſe intra ſilētū te-
nuit. At Iuno erumpente doloris impetū compescere non
ſufſi-

sustinēs, O' seuerissime, inquit, Iupiter, qualem tu locutus Iuno Ioui,
 es orationem: scilicet inefficaces inanesq; iubes esse labo-
 res, sudores, & ruminas meas: quibus me et equos meos de-
 fatigauit, huc illucq; discurrens, dum Græcos in arma so-
 licito, dum mare intrare hortor, dum ad Troiam perdu-
 co, quid petens? quò tendens? nempe, ut Priamus cum suis
 liberis ac ciuib⁹ postrema pateretur. Nūc tu hæc omnia
 irrita fieri uis. Verum age age ut libet, nō tamen nos cæ-
 teri dij isti tue sententiae assentiemur, tuumq; mutabūnus
 fastum. Cui Iupiter ab alto pectore suspirijs ductis, Dæ= Iupiter Iunon.
 monia, inquit, quid tibi tantum Priamus mali fecit? quid
 eius filij? quid reliqui ciues? ut ita inexpiabili in eos odio
 debaccheris, ut ipsos omnino destructos uelis, ut tam in-
 signem urbem ab imo euersam cernere cupias? E quidem
 opinor, si liceret, in ipsam Priani domum, deinde filio-
 rum ac ciuium rabidae intrares, eosq; uiuentes adhue dē=
 tibus lacerares, ac manderes, atque hac demum medicina
 animi tui uulnus satiatum iri existimares. Sed quid inter=
 est? facito ut uoluntas fert, nullum per me passura impedimentum. Certum est enim mihi, nequaquam in posterū ad=
 uersari tibi, ut neq; tu à me propter hāc rem obiurgatio-
 nis aliquid audias, neq; ego abs te. Cæterū hoc quod di-
 cam, reponas imis sensibus, & memori teneas niète. Quū
 & mihi quoq; infenso alicui dilectarū tibi urbium, libue-
 rit illam euertere, nihil esse ut iram meam reuocare tentes
 aut differre. Obsequar enim animo meo, nō precibus tuis.
 Nam istud* quod tibi gratificor, sed non libenter. Omniū
 qui sub sole ac stellifero cœlo sunt, urbium quidē insignis
 Troia: ciuitatū uero sapiēs Priamus cū populo suo, præ-
 cipue mihi est cordi. Apud quos ad aram meam perpetuis
 adoletur odoribus, sacrificijs, libanentis. Ad hunc Iuno Ioui,

respondens, Tres, inquit, urbes sunt maxime mibi cordi, Argos, Sparte & Mycenæ. Has tu quum infenso libuerit, non dico unamquamlibet, sed unamquamq; per me licet euertas. Neq; ego tibi, quo nunus id facias, aut opera, aut uerbo reluctabor. Quāquam si reluctari conarer, nihil proficiā aduersus te, qui es ex me & ceteris diis robustior. Verum enim uero indignū sit, ut tantam ego operam frustra cōsumperim: quippe quæ, ut tu deus, & ipsa dea sum, eisdemq; genita parentibus, & quidē natu grādior. Postremo etiam uxor tua, qui super uniuersos deos imperium obtines. Itaque par est, uterque inuicem gratificenur, ego tibi, & tu mibi, ceteris diis factum nostrum comprobaturis. iube quāprinū Pallada ad exercitus ire Græcorum ac Troianorum, introducturam Troianos ad uiolanda fœdera, quæ cum Græcis sanctissime percusserūt.

Jupiter Palladi. Hec Iuno. Quibus pater deūm atq; hominum Iupiter non abnuens, Pallada sic allocutus est: Ito statim Pallas ad exercitum Græcorum ac Troianorum, inducitoq; Troianos ad uiolāda fœdera, quæ cum Græcis sanctissime percusserunt. Pallas uero iandudum sua sponte ad hoc propæsa, huiusmodi uerbis animosior facta, se protinus ab olympo demisit in terrā. Et sicut Iupiter supernè uibato sidere, cū multa ac scintillanti face solet pectora nautarum exercituumq; terrere futuri alicuius mali præsagio, sic ipsa eiusdem sideris ex specie in se suscepta, & cursum imitata, quum in mediū delapsa est, utrumque exercitū huius spectaculi pauore percussit. Inter quos fuerunt qui, tam ex his quam ex illis, ad socios conuersi dicebant, Profecto Iupiter belli pacisq; arbiter, hoc portento significat, aut durum asperumq; inter nos prælium, aut concordiam & pacificationē fore. Atque illi ita dicebant.

Pallas

Pallas uero iterum transfigurata in formam strenui Lao-
dici Antenoris filij, intulit se in acies Troianorum: perq;
eas incedens, circuibat oculis, sicuti insignem Pandarum
inuenire posset. Quem ubi uidit, inuenitq; inter suorum
militum ceteras stantem, propius accedens, ita affata est:
Pandare uir fortis ac strenue, si quam mihi consulenti fi-
dem habendam putas, nunc profecto tibi opus est animo,
ut in Menelaum sagittam immittas, cōsecuturus hoc pa-
cto ab omnibus Troianis summam & gratiam, & glo-
riam, præcipueq; ab rege Alexandro, à quo etiam auge-
beris mirificis donis, si Menelaum tuo telo uiderit inter-
ceptum. Age igitur inuocato prius Apolline deo, & sa-
gittandi peritiſſimo, & tibi amico, nūcupatisq; illi uotis,
si domum redieris, sacrificium te ſibi ex primigenis agnis
effe fakturum, Menelaum confodito. Hæc Pallas. Quibus
ſtultus ille persuasus, arcum protinus ex corythro eduxit.
Erat autem hic arcus mira arte uisendus, ex cornibus ibi-
cis factus, quam è rupe quadam prominentem Pandarus,
ex insidijs percuſſo sagitta pectore, præcipitem deiecit,
eiusq; cornua ex octonis utring; ramis ad fabrum arcua-
rium contulit, iuſſitq; arcum ex illis quām optimum &
quāmpulcherrimū fieri, adiectis ex auro cuspidibus. Hūc
igitur arcum Pandarus eductum, recurvato osse conten-
dit, humiſq; deponit. Tum iuſſis socijs ſcuta opponere, ne
forte præuifa re, Græci prius excitato tumultu conſurge-
rent, quām ipſe iustum miſiſſet, depronit sagittas ē phare-
tra, ex hisq; unā elegit nunquam antea emiſſam, & inter
omnes pennis & hastili ferro maxime habile, et ad mor-
tiferum uulnus aptissimā. Quam ubi neruo imposuit, ada-
ptauitq; uota concepit, si domum redierit, sacrificium ſe

Pallas Pādarō
ſuadet iuptio-
nem ſedcrum.

Pandarus for-
duſ uiolar.

prehensum (ut sit) cum sagitta neruū retro trahens, quasi orbe factō (nam neruus papiilæ, ferrum uero arcui uicinum erat) neruum sagittamq; dimisit, sibilante arcu, sed apertius sibilante neruo. Itaque expulsa arcu sagitta, uolucri auras uolatu percurrens, Menelaum petit, plangam inferre atque exitium cupiens. Sed non immemores.

Apostrophe
ad Menelaum.

tui Menelaë dīj fuerunt, ut te intercipi illo sincent ictu, præcipueq; Pallas, quæ à te ita propè aberat, ut mater ab infante suo, quem grato sopore perfusum, ab improbo muscarum incursu dextræ uentilatione defendit. Itaque ueniētēm ictum in eam corporis partem detorsit, ubi aurea fibula zone committebatur, & ubi thorax uentri insidebat. Eò sagitta perlata, primum per ipsum fibule aurū, deinde per thoracem, postremo per laminam, quæ fidele contra mīstilia tutamen est, & maxima tutela tunc fuit, adacta, nonnihil perstrinxit è corpore, statimq; atcr crux è uulnere profluxit. ita quales habentur sunt, quas inducto super ebore albentes Mæoniæ mulieres atq; Cariae rubrica tingūt, easq; in thalamo reponūt, multis quidem equitibus concupitas, soli tamen regali curru deslinatas, unde & equi regij ornentur, & eorum agitator glorietur: talia tua erant Menelaë crura, calces, sanguine candorem formosorum artuum distinguente. At ubi atrū crux foras emanantem Agamemnon Menelausq; inspexerunt, uterque uehementer expauit: multo tamen uehementius Agamemnon, quum neruum extra uulnus & aculei tantum extremas pinnulas uidit extare. tūc apprehensa Menelai manu, profundo gemitu suspirans, quem gemitum socij pariter suspirijs exceperunt, ita cum alloquebatur: Ergo'ne charissime frater singulare certamen inisti, ut unus inspectantibus Græcorum copijs ista sustineres?

Agamemnon ad
Menelaum.

neres? ideo fœdera ego percusi, ut tu frater per illa occideris? ita n.e illi & te confisum iureiurando uulnerarūt;
 & fœdera tua solenniter ita concularunt. Prefecto non
 erit ipsis impune, & nos iureiurando confisos decepisse,
 & deos contemptisse. Nam et si non protinus de fontibus
 supplicium sumat cœlestis, tamē posterius sumit, & qui-
 dem multo acerbius. Dabūt itaq; pœnas fœdificagi Tro-
 iani suis uxorumq; ac liberorū capitibus. Nam mihi pro
 comperto est, quod aderit dies, quando insignis Troia cū
 Friamo atque omni populo excidetur. Siquidem Iupiter
 ab alto facta hominum æstimans, ob hanc perfidiam in-
 dignatus ipse, de Trojanis supplicium sumet: neque hoc
 quo minus futurum sit, illo pacto reuocari potest. Verum
 ut hæc ita sint, non tamen (me infelicem) hunc tantum do-
 lorem capere non possum. Si tu mihi Menelaë frater sub-
 ita morte eripieris, priuabor ego te frater suauissime, pri-
 uabor et gloria, redibo Argos sine te, redibo extrema no-
 tatus infamia, futurus opprobrio Græcis, futurus gaudio
 Trojanis. Omnes enim Græcos proceres, te extincto,
 capiet reuisenæ patriæ desiderium. ita qui Helenam à
 Trojanis recipere, tibiq; restituere cogita uoram, nō mo-
 do illam non recepero, sed te quoque Trojanis, decepta
 expectatiōc, reliquero. Iacebis ergo nobis hinc profectis,
 in hac hostili terra humatus. Ad cuius tumulum uenienti-
 bus nonnunquam superbiissimus Trojanis, cōsistētibusq;,
 erit qui dicat, Utinam in cæteris omnibus ardentis animi
 conatibus, ita compos uoti sit Agamemnon & auditati
 suæ satisfaciat, ut nunc fecit, qui re infecta frustraq; la-
 bore exhausto cum tanta Graiorum classe, quam huc por-
 tauerat, domum redijt, inclyto Menelao fratre hic re-
 licto. Hæc ille cum diceret, tunc optarim ima terra ad

Menelaus A- inferos me conditura dehisceret. Ad quē respondēs Menelaus, inquit, Et tu bono animo esto Agamēnon, nec populos ista oratione perterrefacias. neq; enim letaliter tellum penetravit in corpus, obstante fideli balteo, thorace, lamina, quae mihi saluti fuerunt. Utinā istud sit, respondit

**Agamemnon
Menelao.**

Agamēnon, quod aīs frater charissime. nāq; si ita est, medicus tentato exploratq; uulnere, pharmaca adhibebit, quibus dolores acerbi mitigētur. His dictis, fidū sibi p̄econē T althybiū iussit Machaonē diui Aesculapij filium, accersere, his uerbis: T althybi, quā primū huc siste Machaonē principē, ut Menelai sagitta icūm inspiciat. hoc enim ei uulnus quidam, siue Tros, siue Lycius, sagittandi sciētissimus infixit, adeptus sibi insignē gloriā, nobis uero ingentē luctū relinquens. Cuius dicto T althybius audieſ, abiit: circuſerensq; oculos sicubi, quē quārebat, agnosceret, Machaonē affixit inter suas copias stantem, quas ex Thrace adduxerat, fortū militū, eorūq; scutatorū. Ad hūc

**T althybius
Machaoni.**

proxime accedēs T althybius, Veni, inquit, accersit te Agamemnon, inspecturū Menelai principis uulnus, quod ei quidā, siue Tros, siue Lycius, sagittandi sciētissimus infixit, adeptus sibi insignē gloriam, nobis uero ingētē luctū relinquens. Hēc T althybius. Quibus auditis, mirū in modū Machaon perturbatus est: repenteq; una cum nuncio per medias acies illuc, ubi Menelaus constiterat, ueniuunt. Reperiūt autē illum stantem in medio multorum & iam maxima* cuiusq; procerū corona circundatum. Hic protinus Machaon primū ex balteo sagittæ hastile eximit, deinde ferreas pinulas amputat. tum zonā laminasq; disfolluit. dehinc uulnus quam alte descenderit, explorat. postremo expresso plaga sanguine, medicamenta ad lenendum dolorem, curādūm q; uulnus apposuit, miro artificio compo-

composita, quæ ipse à patre, ille uero à Chirone didicerat. Dum hæc apud Menelaum gerūtur, Troiani interim arma ceperāt, iamq; in aciem instructi procedebāt: et ex aduerso Græci arma sibi in duebāt, certamē animo uersantes. Ibi uideres Agamemnonē non dormitantē, non animo territū, ferentemq; moleste quòd res ad manū uocarentur, sed properantē, ut inita pugna ipse dimicaret. Igitur curru cataphratto equi, omis̄is cū Eurymedonte auriga Ptolemei Pirædæ filio, iussōq; illo etiā atq; etiam ut sibi postquā copias instruxisset, fesso cum curru præsto esset: ipse pedibus incedēs, acies ordinabat. Et quos accingere se ad præliū cernebat, ad hos aſſistēs, tali eos oratione exhortabatur: Agitedum uiri Argiui, ne quaqua cesseret uestrum robur, uester impetus, uestra rei militaris peritia, Ioue optimo maximo pro nobis pugnaturo contra foedi fragos periurosq; Troianos, quorū haud dubie corporibus aues ferēq; pascētur. Vxores aut̄ paruiq; liberī, urbe direpta, euersaq; à nobis, in Græciā portabūtur. At quos pugnā detrectātes uidebat, hos acerbiſsimis uerbis increpabat: O' Argiui nominis dedecus, indigni, militia, non pudet seducere uos pugnare? Quasi iā defēſi armis hucusq; deportādis, nec ultrā procedere audētes, in modū hinnulo rū timidiſsimū animalis, qui cursu defatigati, in medio cāpi subsistunt, nec in occursum tē dūt, sed in ſe occurrere permittunt. Nūquid ignauī eousq; expectatis, dum Troiani eō ueniāt, ubi naues subductae occupat littus, ut uideatis, an tunc Iupiter periclitatis uobis auxilietur, ab altoq; porrigat manū? Atq; hūc in modū Agamemnon hos exhortans, illos increpās, ad cateruas Cretensium peruenit, quæ ſe iuxta principē ſuū Idomeneū armabāt. Ipſe uero Idomeneus, ut ualidis uiribus, ſuos in prima acie curabat.

Agamemnon
ad strenuos.

Idē ad segmenta

Meriones autē auriga in postremis eos qui longius abe-
rant urgens, ut se armarent, ac duci praeſto eſſent. Quos
cum uididet Agamemnon, maiorē in modū latztus, pla-
cidis illum uerbis affatus eſt: Idomeneu, tu mihi inter o-
mnes Græcos præcipuo in honore haberis, quo eū* actū,
ſiuē domi ſiuē mulitiæ, quin in iſpis etiā tempeſtiuī con-
uiuijs, aut in populo, cui maximu quiq; Græcorū adhibē-
tur, quum ceteris bibere uolētibus ſemipleni calices, tibi
tamen uni, ut nubi pleniores apponuntur. Agedum igi-
tur, capesse prælium, & qualē te fore gloriari ſoles,
talem te hodie præſta. Ad quem reſpondens Idomeneus,
Ego uero, inquit, ſum me Agamemnon, quem adinodum
antē pollicebar, hic dies declarabit me tibi amieſſimum
eſſe. Sed tu quin potius alios exhortaris, ut quandoqui-
dem foedera facta, ſunt irrita, quamprimum pugnam ca-
peſſamus: manibusq; noſtris Troiani, per quos iuſiuran-
dum uiolatum eſt, mortem atq; omnia extrema patian-
tur? Sic locuto Idomeneo, Atrides abiit: plenusq; gaudijs
ambulans, ad phalanges utriusq; Aiaeis uenit. Eos au-
tem comperit iam armatos, iam galeatos, iam in procin-
etu ſtantes, longo eos à tergo peditum agmine ſequētes,
densis ſcutis, densisq; lanceis, & nigre nubis ſpeciem
præbēte: qualē ſupra mare ſonorize zephyri impulſu ue-
nientem imbribus grauem procul à montis uertice con-
ſpicatus pastor, consueuit raptim in ſpecum subducere
oues, pro ſe ac pro grege ſolicitus. Hos ita accinctos ad
bellum eſſe ſummopere gauiſus Agamemnon, ita allocu-
tus eſt: Enim uero uos ego inter Græcorū principes neq;
exhortari ad bellum debeo, neq; exhortor: quippe qui &
copiaſ uestrar imperio, & alienas exempla ad prælian-
dum adhortamini. Quod utinam tibi pater Iupiter, tibiq;
Pallas,

Idem ad Ido-
mencum.Idomenei ora-
io.Agamemnon
Aiacibus.

Pallas, tibiq; Apollo, liberet talem animum cæterorū pectoribus infundere, breui prefecto nosiris manibus expugnat Troia deleretur. Hæc dicens, processit ad alios, uenitq; ubi Nestor copias suas & hortabatur, & in aciem instruebat, præpositis suis legioni cuiq; ducibus, Pelago-
te, Alastore, Cromio, Aemone, Biantc. Et currus quidē in fronte, peditum aut optimos quosq;, ubi esset robur belli atq; subsidium, in postremis: imbecilliores uero in medio collocauerat. Quibus quasi atrinq; cōclusis, necesse esset uel nolentibus dimicare. Equitibus, quoru primæ partes erāt, præcipua præcepta dabat, inquiens: Primum memētote milites, suos unusquisq; moderari equos, ut in loco suo stent, & cum alijs non tumultuentur, ut nullus alteri sit impedimentum. Deinde, nemo uestrum aut aurigā peri-
tia, aut uiribus fretus, procedat longius à suis dimicandi gratia: uiciissimq; nemo retrorsum se recipiat. Sic enim infirmiores essetis, & magis iniuriae opportuni. Postremo, cū quis uestrum hostilem aggreditur currū, scitote multo satius esse, lacea pugnare quam gladio. id quod illi ueteres facilitabāt, qui hac disciplina, hoc more, hoc animo in bel-
lis usi, multas urbes, multaq; oppida expugnauerūt. Atq; in hunc modū senex priscorum bellorū doctissimus, suos milites ad bellum instruebat. Quem ita agentem Agamemnon cū uideret, gauisus, ita allocutus est: Optime senex, si qualis tibi mens, tale & corpus foret, uirtutiq; animi uires responderent. sed odiosa te senectus iam obruit. Quanto, dij boni, satius foret, ut translata in alium senectute, tu bona illius ætate fruereris, & more iuuenum posses in medio marte uersari. Ad quem respondens senior, Et ipse quoq; inquit, istud uelle Agamennō, ac maxime optarē reuerti ad meliorem ætatem, qualis tunc eram Nestoris oratione.

quum

quum diuum Ereuthalionem interemi. Verum quid facias? Non omnia pariter dij hominibus dare consueunt, nec mihi uolunt simul adesse senilem prudentiam, uiresq; iuueniles. Atq; ut tunc iuuenis eram ualens robore, ita nunc senior constitutus sum: nihil tamen minus sic quoq; inter equites in prælio uersabor modo, instigans. Hoc namq; seniorum ducum proprium officium est. Qui post me nati sunt, ac uiribus uigent, hi bella committant, manusq; conserant, sed mea tamen uoce gubernentur. Sic Nestor. Quæ audiens Agamemnon, impensius gauisus, ad alios duces ire perrexit. Inuenit autem Menestheum, unaq; Vlyssem, utrumq; stantem, utrumq; cum suis, hunc Cephalenorū illum Atheniensium copijs, & his & illis ad bella promptissimis. Et enim stabant expectantes, dum aliquæ cohortes Græcorū lacercent, & prælium priores inirent. Siquidem nondum ex alia parte uocē pugnæ commissæ exaudierat: sed tum primum excitatas hostium ac sociorum phalanges moueri uidebant. Hos ita stantes expectantesq; Agamemnon intuens, obiurgationibus abortus est: Et quid ita utrumq; te fili Petei regis, teq; doli uaframentiq; artifex, formido corripuit? qui sic semoti estis, qui aliorum auxilia expectatis, qui donec priores aliqui præliū capessat, remoramini? quos potius decebat inter primos in acie uersari, primosq; ueniētibus hostibus occurrere. Et sane uos primi estis, quos ad solēne conuiuiū uoco, uos prima loca in discubēdo obtinetis, uobis delicatius obsoniū, uobis nobilius uinū, et quotiescumq; uultis, apponitur. At nūc gratum scio uobis fuerit, si etiā decē cohortes aliorū ante nos pugnam incipiāt. Ad hunc

Vlysses in Agamemnonem.

Vlysses toruo intuens uultu: Qualis, inquit, Agamemnon ex ore tibi excidit sermo, ut diceres nos segnes esse ad bellum,

bellum, nec audere inter primos Trojanis ex aduerso uenientibus occurrere, sed alios priores expectare? Spectato (si tibi uacat, & si istud tibi curae est) Telemachi patre cū Trojanis in prima acie pugnantē, & Islam uaniloquā orationē missam fac. Tūc Agamemnon, quum indignatū cognouisset, arridēs, ut cōciliaret, ita affatus est: Noli nos ita locutos indignari, nobilissime ac sapietissime Vlysses. neq; enim tantopere te obiurgauī, neq; tibi præterquam quod animus fert, iubeo. Intelligo tibi cōsilia non tumultuosa & turbida, sed sedata & quieta esse amica. id quod mihi quoq; maxime placet. Tu modo ingredere prælium. nos autē, si quid in loquēdo peccauimus, id tibi postea sat is facere curabimus. dij̄q; faciat, ut tua in hoc bello uirtus nostrā in te reprehensionem superuacuam uanamq; fuisse ostēdat. Hec dicēs, ad alios profectus est: inueniēsq; magnanimum Diomedem cū eius auriga Sthenelo Capanei filio, iuncto currui insistentē, his uerbis increpuit: O facinus, quid ita terroris Tydei præstatiſſimi ducis fili? Quid ita expectas, ut alij tibi uiā faciant? Quid ita à parēte degeneras? Neq; enim ille ad hostium aduentū expauescerbat, sed primus inter socios semper, & solus se obuiū screbat, ut uniuersi frūt, qui simul cū illo militauerūt. nā ego hominē neq; notum habui, neq; uidi unquā, licet Mycenæ sine armis uenerit, hospitioq; familiariter receptus unā cū dio Polynice. Venerāt nāq; petitū auxilia ad bellum, quod ad Thebas eo tempore gerebant. obtinuissentq; auxilia quæ tantopere orabāt, ut iā decretū erat, ni Iupiter sinistris omnibus Myceneos deterruisset. Atq; cū Mycenis Tydeus moraretur, fama est neminē illi uiribus corporis potuisse & quari. At postquam rediens ad fluenta Asoapi uenit, cæteri cum Græci ad Eteoclem pro legato misserunt.

Agamemnonis
excusatio.

Agamemnon
in Diomedem

serunt. Ad quem cum iuisset, ingressusq; regiā, complures illic ciues comperisset (forte cū Eteocle in coniuvio erāt) non timuit & hostis & solus Thebanos omnes ad quod libet certaminis genus prouocare. Atq; ut animose prouo cauit, ita omnes (sic illi Pallas propicia erat) strenue uicit. Quāobrem Thebani dolore indignatiois accensi, reuersuro insidias tetenderunt, collocatis ad opportunū locum, quā T ydeus transiturus erat, quinquaginta iuuibus cum duobus ducibus, deorum immortalium robore similibus, Mæone Aemonis, & Lycophonte Authophoni filio. Eos T ydeus omnes ad ipsum locū occurrentes stravit, occiditq; freuis deorū, que sibi nūnistrabātur, augurij. unū tantum Mæonē cum tristi nuncio redire permisit, imò iuīsit. Et talis fuit T ydeus. At eius filius in cōcio ne quidē est patre præstantior, in bello autē multo inferior. Hæc Agamemnon. Cui Diomedes nihil omnino respondit, nō ausus talem uenerādi regis refellere orationē.

Sthenelus in Agamemnonē. Ibi Sthenelus sociū tacere uidens, Noli, inquit, Agamemnon, cū scias quid uerū sit, aliter loqui ac sentis. Nō me fallit, nos (ut sumus) hic uideri præstantiores nostris parentibus, teste mea cōscientia. * loquor equidem. Si in illo nos bello fuissimus, sacros Thebarū muros uel cū minore exercitu euertissimus, dummodo nobis nec deorū augria, nec Iouis benevolētia defuisse. Sed illi per nimūā pugnandi temeritatē occiderūt. Quāobrē caue ne cādē parentibus nostris laudē impertias, qualē filij meremur. Ad hunc Diomedes toruo respiciēs uultu, Sthenele uir præclarissimē, quin taces, inquit? Noli in istam sententiā plura proloqui, ac meo acquiesce sermoni. Ego uero Agamemnonē pastorem populorū, minimē culpandū censeo, urgētam. Græcos ad bellum capessendun: quippe quē & summum

sumnum decus sequitur, si uincimus: & extremum dederis, si uincimur. Eia igitur Sthenele, quod ad nos attinet, bellum adeamus: qualesque simus, rebus, non uerbis, ostenda mus. atque haec dices, ut erat armatus, è curru desiliit. Ad quæ saltu arma horrifico quodam fragore cōcussa strepuerūt, adeo ut etiā præstanti animo uirū cōterruissent. Igitur crebre undique Græcorū acies, urgētibus eas ducibus, in bellum pugnamque descendunt, tali specie, qualis undarum est ad gemētia littora zephyro procellente tendentium: quæ densæ, aliaeque post alias festinantes, primo per ipsa spatiōsissima maris terga tolluntur: mox uasto cum fremitu arenis illisæ, obstantes aggeres trascendere conātur, tenuem asperginē altius longiusque emittentes. Et Græcorum quidē, præterquā ducū milites adhortatiū, monentium, animantū, nullū clamorem, nullā uocem exaudires, quū tot tantæque copiæ essent. uerebatur enim suum quæque imperatōrē. Crederes elingues esse ac mutos. tantum immensam armorum lucem in illo exercitu uideres. At copias Troianorum infinitis ouium gregibus comparares, quæ intra prædiuitis domini septa conclusæ, quum à pastoribus mulgentur, auditis agnorum uocibus, assidue duos balatus exercent. Talis reddebat à Troianis, sed dissonus tum ac multiplex ululatus: tot populis, qui auxilio uenerant, sua singulis lingua ac suo more uociferantibus. Instigabat autem ad pugnam hos Mars, illos Minerua, utrosque terror, utrosque timor, utrosque peruicacia, mortiferi martis soror ac socia, quæ primo non ita multum erecta esse solet, nec uehementer assurgere: mox adeo attollitur, ut uertice ad cœlum proxime accedit, cum pedibus ingrediatur per humum. Namque audita tam acerbi spectaculi uenerat inimissa pectoribus uincendi

Contentione
descriptio.

Cōflictus Græ
orū cum Tro-
ania

cēdi rabiē, unde labor, gemitus, dolor, uulnera, mortesq;
nascūtur. Vbi uero ambæ acies in eundē campū descēde-
runt, ac sub iactū teli uenerūt, tunc iacula omni conatu in
hostes ac pila cōijciunt: dehinc scutis, sublato simul cla-
more, cōcurrunt, manusq; conserūt. Hic audiri uoces per-
cutientiū poterāt, & percussorū: illorum cū exultatione,
horum cū gemitu: hic uulnera cerni, sanguisq; per corpo-
ra & per solum fluens ac fusus. Atq; ut multi torrētes ab
altis iugis decurrētes, in unū simul gurgitē tanto cū so-
nitu commiscētur, ut eum procul ab edita rupe pastor ex-
audiat, sic duorū exercituū & cōflictus fiebat, & fragor
audiebatur. Primus autē Antilochus Thalyssiaden Eche-
polum fortissime in prima acie dimicantem interemit, ex-
cussa prius pilo buccula, celsisq; crīstis, deinde eodē pilo
in fronte defixo, & ad intima usq; ossa adacto. Ille ad
hūc iectum, mortis caligine oculus oborta, pronus tanquā
turris in mediū pugnantū corruit. Cuius collapsi corpus
inter infesta tela, Elephenor Chalcodontis filius, arrepto
pede strenue pertrahebat, cupiēs quām primum defuncti
hostis spolijs potiri. Verum hæc misero cupiditas maturæ
mortis attulit causam. Nāq; inter trahendū magnanimus
Agenor nudatū scuto latus lancea haurit, procumbereq;
illuc exanimem coēgit. Hic tum super amborum cadasuera
consurgit aspera & uehemēs inter utrosq; exercitus pu-
gna, omnibus ueluti lupis in hostes sese frētibus, & uno-
quōq; sibi quem interimat legēte. Ibi Ajax Telamonius
Simoision Anthemionis filium, cū eo congressus, occidit,
florentē ætate & adhuc cēlibē. Quemq; ideo Simoision
uocauerāt, quōd eum mater, quum ab Ida descēdens, pe-
cora ad parētes reuisenda dederet, ad ripam Simoēntis
peperisset. Sed hic miseriis parentibus alimenta ac uicem
pietatis

pietatis persoluere non potuit, intra tam breue etatis sue
spatium hostili telo interemptus. Ajax enim obuiam ue-
nienti, pectus ad dextrā papillam ita uehementi ictū per-
cuſit, ut lancea per humerum extaret: & hic non aliter
rueret, & quantus erat porrectus iaceret, quām celsa po-
pulus pingui solo adulta, manu ferroq; carpentarij cæſa
ruit, & ingēs ad ripam fluminis currilibus rotis destina-
ta proſternitur, atque illic relicta exarēſcit. Quod uidens
Antiphus Priami filius, bello strenuus, in Aiacem iaculum
contorquet, quod non ipsum Aiacem, sed Leucum Vlyſſi
ſidiſſimum comitem perculit. Is enim inter confertos pu-
gnantes ac socios Simoision cum ingenti strepitu trahes-
bat. Sed accepto ictu, mortuum manu remisit, pariter ex-
iuxta procubuit. Cuius nece Vlyſſes in furorem accensus,
ad primos pugnātes proceſſit: & quāmmaxime poterat,
collato cum hostibus pede, librato telo, circunſpectans in
quem illud potiſſimum torqueret. Troiani autem, ut in ſe
quisq; dirigi ictum cernebant, ſeſe loco ſubduebant. Ta-
men licet ſparsos palantesq; ob metum uideret, nō incas-
ſum uibravit ictum, percuſſo Democoonte nothro Priami
filio: qui ex Abydo uenerat, ubi equos uelociſſimos patris
cuſtodiebat. huic Vlyſſes, ut dolor uires dabat, lanceā per
utrūq; tempus exegit, ita ut alterum haſta, alterum ſpicu-
lo teneretur. Eo ad terram cum uasto armorū ſonitu col-
lapſo, Troianorum primi pugnatores, atq; adeo ipſe He-
ctor, pedem referre cœperunt. Tum Graij ingenti clamor-
re trahere cadauera ac ſpoliare, longius procedere, insta-
re cedentibus, in apertam fugam illos compulſuri, niſi A-
pollo cuncta è Pergamo proſpectans, indigne hanc rem
animo ſrens, Troianos ad reintegrandum prælium ani-
masset, exclamās, Inſerte gradum Troiani equites, ne ce-
den-

Apollo Tro-
ianis.

dendum in bello putetis. Neq; enim lapidei sunt aut ferreis membris, ut uestro inuicrone confodi nequeant. Quin & Achilles Thetidis filius ab hoc prælio abest, sedens intra tentorium, in socios Grecos uehementer iratus. Sic Apollo abhorrendis uocibus Troianos incitabat. In uicem Achiuos Pallas adiens, quoscumque cessare animaduerterat. Tunc Diori Amarychidæ fatalis hora admota est. Ei namque Pirus Imbrasides Thracum princeps, ex Aeno patria prosector, dextrum crus prope talum molari percussit, neruosq; utrosq; fregit, atque ossa contriuit. Rursusq; non contentus illo uulnere, collapsum retro, & manu fuiente iam spiritu ad fidos socios tendentem, accurrēs ad umbilicum scripsit: statimq; illi omēta perfoſſa sunt, tenebræ eternæ oculis obductæ. Ceterum in hunc se recipientem, telum dextra Thoantis Aetoliū contortum, pectus ei subter papillam transfixit, atque in alto pulmone defixum est. Quod illico accedens Thoas ē pectorē eduxit, & gladio quem distinxerat, medium uentreū amputans, emori illum citius coēgit. Non tanen ipsius mortui exuījs potiri licuit, circum se fundentibus undique Thracibus, & in unum tela intendentibus, ut ea à defuncto supremam contumeliam propulsarent. Itaque Thoas, quamuis magno ut corpore, sic robore usuīq; bellandi, relinquere impoliatum cadaver coactus est. Interea dum hæc ad hunc locum geruntur, plurimi quoque alij & hie & alibi casabant: adeo quidem, ut horū operam uituperaturus non fuerit, si quis per medium se tulisset, nullo eum neq;
 gladio neque telo præstringente, quē manu Pallas ipsa circūduxisset, in uiocabiliemq; ab omni telorum cursu præstitisset.

83

ILIA DO SHO-

MERICAE LI-

BER V.



ALLAS autem, ut preter ceteros
Graios bellatores Diomedē faceret, tum
in certamine insignem, tum ex certami-
ne compotem gloriae: illius animo maio-
rem impetu, corpori maiores uires, ar-
mis quoque maiorem splendorem dedit. nam ex galea, ex
scuto, ex humeris igneus splendor emicabat, instar autu-
mnalis stellæ, quæ ex oceano lota consurgens, sereno ce-
lo preter ceteras fulget. Huic similem Diomedem, illoq;
animi ac corporis robore præditum, eò Pallas immisit,
ubi plurimus strepebat belli tumultus. Erat autem Dio-
medes pedester, cui uenienti Phegeus atque Idæus eodem
in curru stantes, in occursum tèdūt, iuuenes in omni bel-
landi genere scientissimi, fratresq; Troiano Dærete ge-
niti, uiro admodum locuplete & optimo, Mulciberi sa-
cerdote. Et tendunt ex diuerso, alter quidem pedester, al-
ter uero equester. Qui ubi propinquî facti sunt, Phegeus
lanceam prior in Diomedē contorsit: que supra sinistrum
delata humerum, sine ictu præteruecta est: quod non fe-
cit lancea Diomedi. namq; in medium adacta Phegei pe-
ctus, interq; papillas defixa, iuuenē occidit, cumq; è cur-
ru præcipitem dedit. Quod frater uidens, uiribus suis dis-
fusus, desiliit: relictoq; curru, à fratre fugam cepit: non ta-
men euasurus, nisi Mulciber futurâ sensis miseratus orbi-
tatem, obducta nube, fugientem iuuenem ab oculis fugatis
admisset. Illo fugâ erecto, Diomedes equos cù curru pre-
hensos, socijs tradidit ad naues deducendos. At Troianos,

f 2 ubi

ubi alterum ex Daretis filijs trans fossum iacere , alterum
 ægre fuga liberatum cognouerūt, in gens formido perua=
 Pallas Marti, sit. Hic Pallas prehensa Martis manu ; ita illum allocuta
 est: Quid agimus Mars, Mauors crue te ac sanguinarie? Non
 sincrus Troianos Græcosq; per se , ac sine nostra
 ope pugnare, eosq; uincere, utris Iupiter optimus maxi-
 mus uictoriam dederit? Nos (michi crede) à bello superse-
 deamus, nec Louis indignationem uelinus incurrere. Hæc
 quum dixisset , à pugna Martem seducens , apud ripam
 Scamandri in herboso sedili collocauit. Et Troianis iam
 omnibus in fugam uersis, in sequentibusq; Græcis, singuli
 principum aliquem ex hostibus interficiebant. Quorum
 primus Agamemnon summus Graiorum princeps, Odion
 Alizonum ducem, ingentis corporis uirum , iaculo inter
 humeros ultra pectus infixo, de curru deiecit , cum uasto
 tum corporis, tum armorum fragore. Inclytus autē Idō-
 meneus Phæustum Meonis Mori filium , ex fertili Carna
 proscutum, pilo longo apud dextrum humerū percussit: è
 curruq; , in quem modo ascéderat, ruere moribundum co-
 égit, ac spoliandum Cretensibus suis reliquit. Scamādrius
 uero Menelaum in sequētem fugiens, tergo iaculum illius
 accepit , imò & pectore. Nanque & pectus transfixum
 est. Atq; ut currebat, pronus collabēs, ruina corporis atq;
 armorum immensum sonitum dedit. Qua ruina ac sonitu
 conterriti equi, resilientes fugam capesserunt, relicto do-
 mino , quem & spiritus animusq; reliquerant. Filius hic
 Strophi fuit, uenādi sagittandiq; solertiissimus: quippe ab
 ipsa Diana institutus. Sed tunc ei neq; peritia sagittandi,
 qua in percutiendo omni ferarum genere tantopere præ-
 stabat, neque Diana auxilio fuit, quin telo Menelai occi-
 deretur. Erat inter fugientes Phereclus quidam, illius Ar-
 monidis

monidis filius, quem precipuo quodam amore Minerua dilexerat, ideoq; nihil eum fugit, quod fabrili arte effici posset. Is inter alia quæ fabrefecerat, naues illas Alexandro edificauit, quæ fuerūt omnium malorum caput: perniciousas atq; mortiferas ut cæteris Troianis, ita ipsi edificatori, quia deorum monita non intellexissent. Huius filium Meriones quum fugientem affecutus esset, dextrūq; lumbum telo confodisset, adacto inter ossa usque ad uesticam ferro, in genua cum gemitu procumbit. Statimq; obortis ad lumina tenebris, extinguitur. Mege autem Phœrides ex ipse quum propè accessisset Pedæo, occiput eius pilo hausit, transfoſſa ceruice, ubi fons neruorum est, dentes mento affixos execuit. Quo ex uulnere moriens ille, humuſprocubuit. Fuit autem hic filius Antenoris, nothus quidem, à Theano tamē nouerca, maritalis obsequij gratia non aliter educatus, quam si legitimus, quam si unus ex ipsis liberis fuisset. Eurypilus quoque diuum Hipſenora intererunt, filium magnanimi Dolopionis, qui erat sacerdos Scamādri, in tanto honore habitus, ac si deus quidam esset. Nam fugientem ab eo affecutus, manum cum toto lacerto ense præcidit: qua humi delapsa cum multo sanguine, ipse quoque Hipſenor, caligantibus dura morte oculis, expirauit. Interea quum hæc apud alios geruntur, Diomedem non dignoscas, utra ex parte, aut cū quibus, Troianis'ne an Græcis, dimicaret: ita iam in medium hostium mediumq; campi penetrauerat, torrēti fluvio similimus, qui immensis repentinisq; imbribus aductus, ac præcipiti impetu euolutus, non solitis ripis, non aggeribus in tutelam hortorum agrorumq; extractis, cohiberi potest: sed omnia tamen scindens, dissipansq;, ac pontes ipsos soluens, letas segetes ac pinguis late agricolarum

Diomedes uul- culta deuastat. Sic Diomedes, quamuis dēsas, quamuis for-
teres Troianorum phalanges, nemine resistere sustinente,
turbabat. Quem ubi tam hostilia agentem Pandarus Ly-
caonis filius animaduertit, protinus in eum directo arcu,
assurgentem in uulnus strit, infixa apud thoracis oram in
humero dextro sagitta, & in contrariam usque partem

Pandarus Tro-lans.**** adacta. Quo uulnere conspecto, Pandarus, et late sanguinante thorace, proclamat: Inferte nunc pedem Troiani, nunc ingruite animosi equites in hostes Græcos. quorum præstantissimus ita meo telo ictus est, ut rear diu incolumē esse non posse, si me nō frustra Apollo huc uenire ex Ly- cia iussit. Haec gloriabūda uoce Pandarus. Diomedes au- tem magno, sed nō letali uulnere affectus, relato pede, ad currum suum, quem non procul Sthenelus ducebat, se se recepit. ibiq; sistens gradum, ad aurigam suum inquit:

Diomedes Sthenelo. Propere queso amantissime Sihenele descende de curru, ut hāc euellas, que me cruciat, ex humero sagittam. Quo audito, Sthenelus festinanter è curru desiliit: accedensq; ad humerū, de uulnere telum euulsit. Tunc ingēti ui sanguinis statim effusa, et per arma affatim desluēte, his uer-

Diomedes bis Pallada obsecrabat: Tritonia magni Iouis filia, si quando te aut patri, aut mihi studiosam exhibuisti in bellis, nunc queso exhibeas: tribusq; ut & incolumis sim ex hoc uulnere, & uirum illum qui me percussit, meis manibus meoq; telo adortus occidam, qui gloriabundus ad suos dixit, fore ut non diu iucunda hac solis fruerer lu- ce. Sic orationem Pallas exaudiens, ad hominem accessit: & immisso in illius manus, lacertos, crura, pedes ac cæte-

Pallas Dio-mede.**** ra membra agili robore, sic cum allocuta est: Bono animo esto Tytides, nec dubites pugnare cum Teucris. En im- misi in tuum pectus uim illam paternam, qua semper Ty- deus

deus in pugna intrepidus fuit. Quin et nubem tibi, qua
mortales oculi teguntur, amoui, ut homines deosq; discer-
nas, ne forte per errorem certares cum dijs, pro hoste pu-
gnatibus: cum quibus haudquaquam uelim te in bello cō-
serere manus, una tantum Venere excepta: que si in pug-
nam descenderit, ne utique dubites eam ferro restringe-
re. Hæc quum dixisset Pallas, abscessit. At Diomedes tum
geminatis triplo quam antea fuerat, viribus, tum admo-
nitis deæ facilius animosior, ad primos continuo pugnato-
res processit, in morem leonis, quem in agresti ouile insi-
lientē pastor clandestino telo sauciauit, nō occidit. Eoq;
uulnere irritata scra, non ausus gregem suum tutari, pre-
sertim solitudine loci territus, foribus abdit sese, ac paui-
das oves, et præ formidine se condensantes turbantesq;
derelinquit. Leo autem custode submoto, uictor è stabu-
lo prossiliit. eodem Diomedes animo in Troianos, et ea-
dem ferocitate inuasit. Atque hic primum interemit duos
principes, Asty noun et Hypinora: illum quidem iaculo
subter papillam defixo, hunc autē brachio cum toto hu-
mero machæra amputato. Deinde his relictis, fertur in A-
batem et Polyidum, eosq; obtruncat, filios Eurydamæ-
tis interpretis somniorum: qui tamen filijs in bellum pro-
ficisentibus, sonnia non est interpretatus. Post hos inua-
dit interimitq; duos fratres Xanthū et Thoona Pleno-
pis filios, prater quos nec habebat alios pater, nec habi-
turus erat, extrema cūfectiæ iam ætate. Quos Diomedes
occidens, immēsum luctum perennesq; lachrymas misero
seni reliquit, non amplius liberos è bello reuersos uisuro,
alienisq; patrimonium, filijs suis destinatum, relicluro.
Tum duos Priami filios eodē in curru stantes, Echemona,
et Chronion interemit. Ut leo in armētu boum pascētū

impetu facto, taurum uaccam' ue ceruice correptam, sicut
nit humi ac lacerat, sic Diomedes interemptos fratres,
præcipitatosq; de curru, armis exuit. Quas exuuias cum
equis & curru comitibus tradit ad tentoria deducendas.
Huc itaq; dissipatē ita suorū globos ut uidit Aeneas, pro-
pere, ubi pugna uehemens & plurimus tumulus erat, se
cōfert, explorans ubinam strenuū fortēmq; Pādarum in-
ueniat. Quem cum inuenisset, adiūsetq; ita est allocutus:

Aeneas Pan- Pandare, ubi tibi arcus ac sagittæ? ubi illa gloria? ubi illa
daro. sagittādi peritia? qua se tibi nemo, neq; in Lycia præfer-
re, neq; hic conferre audebat. agedum sublatis ad Iouem
manibus, immitte in hunc telum, quicunq; est, tam ualidū
tot tantorumq; Trojanorum confectorem: nisi quis deus
est, qui tantam nobis perniciem infert, iratus Trojanis ob-
fraudata sacrificia. Dura autē res est deorum ira. Cui re-
spondens Pandarus, Aenea, inquit, fortium Trojanorum
princeps, equidē hunc Diomedem esse, ut aspectus decla-
rat, existimo. Agnosco clypeum, agnosco cum cono &
buccula galeam, agnosco equos: non tamen plane dijudi-
co, deus' ne sit, an homo, & is quem rebar Tydeo natum.
quippe tanta que facit, sine deo non facit. nam deorū im-
mortaliū quispiam nube conteclus hic adest, iustumq; in
corpus eius euntē, aliò retorsit. siquidē modò apud tho-
racis oram dextrum' ue humerum sagitta percussit, trāse-
gitq; ut cum spem conciperem, eum hoc uulnere ad inse-
ros descensum ire, uana tamen spē frustatus sim, aliquo
mibi (ut opinio fert) irato deo, quum præsertim equi cum
curru mibi præsto non sint, quos ascendam, & ex quibus
dimicare possim. Omnes domi relicti. undecim nanq; cur-
rus sunt mibi in Lycia recenter instructi, decorisq; peplis
Babylonicas stragulis circundati. singuli cum binis equis,
qui

Pandarus
Aenea.

qui sedula cura delicateq; aluntur. Eos senex pater multo
me uerbis uenturum hortabatur, ut ducerem, & ex bi-
gis cum hoste pugnare, uirtutemq; equestrem inter Tro-
ianos principes ostenderem. Quod ego, ut erat multo sa-
tius, facere nolui, parcens equis, ne forte ob nimiam bello-
rum curam, qua uos impliciti estis, no haberent hordeum
aueniamq;, unde ex consuetudine pascerentur. Itaq; illis
relictis, ad Troiam pedibus ueni, arcu sagittisq; fatus,
que tamen domi profutura non erant. Namq; quos duos
egregios in primis hodie percussi, & quidem graui uul-
nere, eos non occidi, sed ad prælium magis irritavi: ad-
uersis nimirum fatis illo die, quo suspensos ad paxillū hos
arcus sagittasq; desumpsi, uenturus ad Troiam, ut operā
in bello nauarem, qua gratificarer quum cæteris Troia-
nis, tum præcipue dio Hectori. Quòd si digresso hinc
mibi cōtingat reuiscere patriam, penates, uxorem, nisi eos
meis manibus confringam, igniq; imponam, protinus ho-
stium aliquis caput mihi detruncet: adeo frustra meū in-
cassum hic attuli. Ad hunc respondens princeps Aeneas,
Noli, inquit, Fādere ita loqui. imò nihil prius erit, quām
ut aduersus hunc in hac munitissima biga experiamur
occurrere. quare agendum hic ascende, ut noscas, quales
equi Troianorum, quām in campis experti, quām uel in-
sequēdo fugientes, uel fugiendo insequentes, sunt perni-
ces, atq; in quodlibet flectendi se latus agiles: quibus sa-
lutem nostram, si Diomedi affuerit contra nos Iupiter,
fugiētes urbem uersus tueri possimus. Cape tu igitur hæc
uerbera frænaq; & aurigare. Ego uero descendam, ut cū
illo conseram manū. Aut tu Diomedem excipias, & ego
currum equosq; moderabor. Cui Pandarus, Tu uero, in=

Aeneas Pa-
dato.

Pandarus Ae-

f 3 melius

melius assueto parebunt aurigæ, quam insueto: ne forte si Diomedem iam uictorem uoluerimus effugere, hi uocem meam aurigationemq; extimescentes, tuam desiderantes, recusent è prælio excedere, occasionemq; præbeat hosti, ut & nos trucidet, & ipsos captiuos abducat. Tuos igitur equos, tuamq; bigam moderandam tibi relinquens, ipse uenientem hominem hoc pilo excipiam, Hæc cū dixissent, currumq; ascendissent, immusis equis in Diomedem strenue ferebantur.

Sthenelus Dio-
nedi.

Quos quum eximius Sthenelus Capanei filius inspexisset, continuo sociū his uerbis affatus est: Charissime mihi Diomedes, en in te infesto animo properates uideo duos fortissimos optimosq; bellatores, Pandarum Lycaonis filium, sagittiferū unicum, & Ae neam magno Anchisa deaq; Venere genitū. paulum itaq; cum curru retrocedamus, neq; ita mihi in medios hostes progredi uelis, ne nimia animositate incautus occumbas,

Diomedes Sthenelo. Ad hunc toruo Diomedes intuens uultu, Desine tu, ait, mihi istis consilijs timorem fugamq; suadere. Non enim persuadebis, quum minime generosum sit ac decorū mihi, aut retrocedentem pugnare, aut aduentante hoste terrori. Et nubi quoq; ualide uires adjunt, usq; adeo currum ascendere contemno, nec opperiar eorum aduentum, sed ipsis obuiā pergam, modo mihi armipotens Pallas sit auxilio, in spem adducor, ut horum qui in me uno in curru inuehuntur, si non uterq; saltem alter, retro non reuehantur, manu mea interfectus. Idq; quod dico trade memoriæ, si Pallas mihi palmarum amborum concederit, nulla in te mora sit, quin insiliens in Aeneæ equos, à curru fræna corripias, & biga ad nostra tentoria abducas. Sunt enim ex eo genere equoru, quos Iupiter pro adempto Gany mede filio, Troi donauit, præstantissimos inter omnes quā

qui sub sole sunt, ac sub aurora. Ex quibus princeps Ancheses furtim Laomedonte inscio suppositis equabus, qua tuor sustulit pullos, apudq; se maiore cum cura educauit. Ex his duos (ut cernis) feroces, Aenee filio ad belli præsidium cōtulit. Quos si ceperimus, & prædam, & egreciam sane laudē retulerimus. Cum hæc inuicem Diomedes & Sthenelus colloquuntur, iam Aeneas & Pandarus incitato equoru cursu affuerūt. Et prior Diomedē Pandarus est allocutus: Dire Tytide, non te cōficit, que te percussit sagitta. Tentabo nūc, an cū iaculo ad te interimēdū felicior sim. Hæc locutus, ualidū iaculū uibrat: eoq; ictu cū scutū Tytidæ adusq; thoracē penetrasset, exclamat: Nunc certe ad intimū percussus es uentrē, nec te diu arbitror in columen fore, sed datur um mihi morte tua exi-
miam gloriā. Cui Diomedes minime territus, Pādare, in= Diomed. Pa
quit, & opinioe & ictu deceptus es, nec me tuū perstrin= dato.
xit (ut ait) iaculū: quod secus in uobis eueniet, quos nō pri
us dimittam, quam alter uestrū sanguine suo, meū imbuat
telum. Hæc dicēs, telum iaculatus est, quod in uultū Pan
dari Pallade dirigente illatū, perfoſſo super oculos naso,
superioribus cōfractis dentibus, excisa lingua, per ipsam
quoq; ceruicem ligno tenus emicuit. Ad quē ictum Pan
darus è curru prolapsus est, armisq; uerſicoloria & latē
lucentia æra, & ingentem fragorē reddentibus. Ea ruina
ac fragore conterriti equi ac resilientes, sese auerterunt,
cum anima iam atq; animo relinquent. Hic heros atq;
hominum princeps Aeneas, ueritus ne iacentis amici cas
dauer hostes eriperent, uiribus confisus, leonis ritu pro
filiit: terribiliq; clamore uociferans, obiecto clypeo
atq; hasta mortuum protegebat, paratus occidere, qui
cunque se ei obuium ferret. Huic Diomedes, arrepto
dextra

Pandarus Di
med.

iomedes ac dextra ingēti saxo, facileq; sublato, quod duo, quales nūc
 eam vulnerat. homines sunt, ferre nequeāt, coxam percussit: confractāq;
 carne, atq; utroq; resciſſo neruo, uertebrum soluit, homu-
 nemq; offusis ante oculos tenebris procūbere, & manu,
 qua cadens in genua se exciperet, atq; inniteretur assur-
 gens, terrā contingere coēgit: forsitan occisurus, nisi re-
 statim cognita, Venus mater currēs lucidum peplum, quē
 gerebat, illi, ne quis eū hostium confoderet, ueluti propu-
 gnaculum contra tela duplicem prætendisset: candidisq;
 lacertis dulcissimum complexa filiū, è prälio subduxisset.
 Ibi Sthenelus non immemor socij mandatorū, equos qui-
 bus insistebat, inhibet, à turbaq; seducit. ibi cum eos sta-
 tuisset, in equos Aenee inuadit: ac per si ena apprehēsos,
 abducēdos in tentoria sua Deiphilo tradit, uiro amicissi-
 mo, & in primis induſtrio, quemq; inter & quales maximi
 faciebat. Ipse rursum consenso suo curru, sumptisq; ha-
 benis, Diomedem strenue est consecutus. Ille uero in Ve-
 nerem infesto telo ferebatur, non nescius eam non esse ex
 illarū numero dearum, quae præsident bellus, & in qua-
 rum arbitrio uirorum est sita uictoria, ut Minerua atq;
 Bellona, sed imbellē & sine uiribus deam: quam inter fre-
 quentiam bellantium secutus propere atq; assecutus, per
 ambrosium peplum, quem ipse Charites elaborauerant,
 immissa lanceæ cuspide percussit, extremitatēmq; teneræ
 manus facile ad uolam usq; trāsfodit. quo ex uulnere cœ-
 lestis sanguis humorq; qualis è diuinis corporibus solet,
 emanauit. quippe nec fruge uescuntur dij, nec uinum po-
 tant, eoq; exangues sunt, & immortales nominantur. Ve-
 nus autē simulac percussa est, uehemēter ciulans, filium à
 se, ut manibus gestabat, prä dolore dimisit. Quem tamen
 destitutum Apollo suscepit nube, ne quis hostium ei telum
 in pectore

Venus à Dio-
mede vulnera-
tur.

in pectore desigeret, obducta, Diomedes uero abeuntem
 Venerem etiā clamoris conuicijs prosecutus est, Abi, in= Diomed.
 quiens, abi ē pugna & bello, et si filia Iouis es, Venus
 ignaua. An non satis habes corruptelis tuis expugnare
 muliebrem sexum eneruem & mollem, nisi etiam inter
 prælantium uirorum coneris arma uersari? Quod si ite= neri.
 rum facere tentabis existimo, fore, ut malo tuo edoctam,
 etiam prælium adiisse te pigeat. Hæc Tydides. Illa autē
 fœdante speciosa membra sanguine abibat, gemens, ex= animata, doloris impatiens. Sed eam uelociſſima Iris ex= cepit, & à tumultu certaminis eduxit, ad Martemq; de= duxit: quem ad sinistram pugna in nube equis collocatis
 & hasta, sedentem offendunt. Ad cuius pedes in genua
 procidens Venus, supplicibus oculis molliq; uoce, atq; his Venus Marti
 uerbis eum est comprecata: Suscipe me frater suauissime,
 commodaq; mihi parumper equos tuos, ut in cœleste do= micilium deorū pergam. Atroci nāq; cruciatu conficiar,
 faucia ferociſſimi Diomedis manu, qui etiā (que sua au= dacia est) cū Ioue ipso pugnaret. Sic locuta, exhortatisq;
 equis, mœſtitia grauis in currum ascendit: & aurigante
 Iri, equosq; sua ſponte rapidos, etiam uerberibus adde= re curſum cogente, in uastum olympum continuo perlata
 est. Ibi currū Iri ſiftente, ſolutisq; equis ambrosiam appo= nente, Venus quum descendifſet, ſuper matris Dionae ge= nua procubuit. Illa amplexata filiā, mox eius manū pre= Dione Veneri
 hendens, Quis te, inquit, deorū lepidiſſima filia tam in= digne multauit, tanquam facinoris alicuius manifestam?
 Cui respondens Venus, Vulnerauit me, inquit, ferocx Ty= Venus Dionae
 dides, conatam ſurripere ē prælio Aeneam meum, quem Anchise genui, dum boues paſceret, inter omnes filios
 mihi longe chariſſimum. Omnia iam non cum Troianis
 certamen

certamen est, sed cum dijs. Huic respondens dia deorum
 Dione Vener. Dione, Perfer, inquit, filia ac tolera istam, et si acerba
 tibi est, offendonem, & noli te afflictare, imitata alios
 deos cœlites, quorum multi graues acerbosq; cruciatus,
 ut ipsi hominibus intulerunt, ita uiciissim ab illis illatos
 pertulerunt. Pertulit graues cruciatus Mauors, arbiter
 ille decorū, à fortibus iuuenibus Aloei filijs Oto & Ephi-
 alte, arctis uinculis alligatus, & in olla erea retrusus, illuc
 propediem fortasse periturus (Nam tredecim menses du-
 rauit, forti iam illo corpore atq; animo exhausto) nisi eum

Dij ab homini-
 bus vulnerati, Mercurius admonitu precibusq; Etribœ & noucrea fur-
 tim liberasset. Pertulit graues incredibilesq; cruciatus &
 Juno ex uulnere, quod ei Amphitryonis Iouis ue filius
 apud dextram papillam trigona sagitta inflixit. pertulit
 deniq; magnus quoq; Pluton, & ipse simili telo ab hoc
 eodē uiro peroussus in humero apud Pylon inter strages
 occisorum: atq; ita percussus, ut eo ictu periturus fuerit, si
 immortales perire possent. ita eum conficiebat dolor atq;
 cruciatus, sed cū in ecclum uenisset ad domicilium Iouis,
 ibi Pœon mitigatorijs uulneri medicamentis appositis en-
 curauit. Insfelix igitur, qui sic peccat, qui sic despicit, ut
 deos offendere & sauciare sagittis nō reformidarat. Dio-
 medem autē, si nescis, ut in te inuaderet, cōsilijs suis Pal-
 las cōmouit. Insipiens qui non intelligat, eos qui aduer-
 sus deos certare uolunt, nō utiq; posse esse longæuos. eoq;
 propter hanc offensam, nulli filij à bello sibi reuerso ad
 genua blandientur. Quin etiā atq; etiam consideret, et si
 tantopere uiribus pollet super cœteros Graios, ne quis
 tamen te præstantior dimicet secum: ne'ue Aegiala uxor,
 Adrasti filia, non ita multò pōst in tenebris è somno ex-
 citata, domeslicos ac necessarios in maritalis desiderij so-
 latium

Latium uocet. His dictis, Dione utraq; manu telo è pal-
mæ Veneris expresso, sanauit uulnus acerbitate doloris
sedata. Pallas autem & Iuno hæc inspectantes, facetis
dictis apud Iouem inuidiam quandam Veneri consolare
conabantur. Itaq; Pallas inquit: Iupiter pater, nunquid ^{Pallas Ioul.}
ob id quoddicant, succensibis mihi? En Venus quandam
Græcarum foeminarum subornatam ad Troianos, quoru[m]
studiosissima est, adducens, molliculam manum porrexit
ad auream fibulam baltei illius, cum eam souet, eiq[ue] blan-
ditur. Ad hæc uerba subridens Iupiter, ac uocata Vene-
re, inquit, Non est, mea filia, munera tui tractare res bel-
licas, sed uxorias amatoriaq[ue]. Ideoq[ue] tu cole amores,
amplexus, oscula: pugnas uero et res bellicas, fortis Mars
ac strenua Minerua meditabuntur. Hæc inter se cum dij
fabularentur, interea Diomedes infesto in Aeneam telo
ruebat, nequaquam reuerens Apollinem, tam magnum
tamq[ue] præsentem deum, à quo sciebat Aeneam in manus
esse suscep[t]um. tanta occidēdi atq[ue] spoliandi hominē au-
ditate tenebatur. Ter itaq[ue] in Aeneam occisurus irruit,
ter ab irato deo represuſſa pelta inhibitus est. Quarto
autem cum idem demoni similis insiliret, tunc in cum nu-
nabundo terribiliq[ue] clamore Apollo ita effatus est: Cer- ^{Apollo Dio-}
ne quid agas Tydide, retroq[ue] cede, nec ita desipias, ut medi-
æquandum te sentias esse nobiscum, mortalem cum im-
mortalibus, hominem cum dijs: in terris habitantem, cum
bis qui cœlestes incolūt domos. Tydides autem indigna-
tionem dei deuitandem sibi existimans, nonnihil retror-
sum sese recepit. Ille Aeneā ex acie sublatū, in augustam
Pergamum detulit, in magnoq[ue] adyto templi numini suo
dicati depositus, Latone matri ac sorori Diana curandū
ac roboran[d]um: substituto interim i[n]ani idolo, quod ad
imaginem

imaginem corporis armorumq; Aeneæ effinxerat, circa quod Troianorū Græcorumq; certamē cruduit, scutis, clypeis, peltis ambarum partium inuicem confligētibus.

Apollo Marti. Neq; uero hanc rem fecisse Apollo contentus, Martem etiam allocutus est; Nunquam' ne, inquiens, tuis manibus Mars, Mauors bellorū præses, inuades abigesq; à prælio T y diden hunc, qui etiā cum Ioue (ea hominis temeritas est) certare auderet? nā primum Venerem in uola percussit, deinde in me irruit, non homini, sed dæmoni simulis. Hæc ubi Apollo dixit, ipse in excelsa Pergamo consedit.

Mars Priami-dis. Mars autē ingressus Troianas acies sub Athamatis specie fortissimi Thracū principis, his uocibus Priami filios hortabatur: O filij regis, o filij Priami, quo usq; tandem ciues sociosq; uestros ab hostibus trucidari tolerabitis? nūquid dum ante muros Troie, & ante portas Græci prælientur? En Aeneas magnanimi Anchise filius, quem in eodem habemus honore quo Hectore, iacet ab hoste percussus, deq; eo auferendo inter utrasq; acies summa ope certatur. Quare agitedum uniuersi, ab hoc tumultuoso discrimine uirū sane egregium atq; amicum vindicemus. Hæc dicens, animum audaciamq; singulorum excitauit.

**Sarpedon He-
ctori.** Ibiq; Sarpedon Hectorem adiens, durioribus cum uerbis incusauit, inquiens, Hector, quò tibi abierunt illi spiritus, illæ uires, quum solebas prædicare, sine ciuibus, sineq; auxilio sociorum, te solum cum fratribus atq; affinibus urbem contra Græcos posse defendere? Nūc eorum quibus confidebas, nullum in pugna uidere, nullum possis dignoscere. Omnes à Diomede perterriti tanquam canes à leone diffugerunt, nobis socijs periculum relinquentes: qui certe perstamus in pugna, non cedimus. Atqui ego non ciuis uester sum, sed socius: nec meas fortunas, meaq; pignora

pignora in hac urbe collocata habeo, ut pro his tutandis
necessse mihi sit in aciem descendere. longe enim hinc mihi
absunt in Lycia, festiuissimus filius, amantissima uxor,
opes immenses, & cuius, qui tanta non habeat, optabiles.
Quæ omnia, ut uobis gratificarer, reliqui, & tanto ter-
rarum tractu profectus sum. Nunc quoq; pro uobis in
acic sto, ut contra Diomedem dimicem: & uobis dantibus
terga, tamen persisto, meosq; comites sedulo ad certamen
exhortor: qui quām non metuo tanta amittere quanta uos
Troiani, tam non spero adipisci quanta Græci. Tu uero
Hector hic stans, ocium tenes: nec iubes populares tuos
pro charis coniugibus pignoribusq; persistere in acie,
atq; pugnare: ne forte, nisi suppetias fratris, ipsi mox ue-
lut reti quodam circunuenti ab hostilibus copijs, occi-
dione occidamini, præclara urbs uestra expugnata euer-
tatur. Quod te Hector diebus ac noctibus cogitare opor-
tet, & duces sociorum obsecrare, ut longinquā expedi-
tionē toleret, ut bella fortiter gerant, ut in laboribus pe-
riculisq; perseveret, nec eis te acerbius increpādi præbe-
re materiā. Hæc Sarpedon. Cuius oratione Hector uelut
morsu quodam perstrictus, protinus (ut erat armatus) è
curru desiliit: duoq; iacula manu gestas, rediit in pugnam:
& ubi cunq; suos aut fugere, aut cessare cernebat, repe-
tere prælium hortabatur. Cuius imperio illi parentes, in-
festis telis in Græcos stare coepérunt, aurigis quoq; à fuga
in hostes conuersis, & cursum equorum incitantibus. Ad
quorum aduentum, Græcorum (nam hi nequaquam territi,
sed se condensantes, impetum expectabant) non aliter op-
pleta sunt corpora puluera nube, pedibus equorum exci-
tata, & in altum uolitante, quād dum messores ad aream
frumenta uentilabris purgant, si iniquior aura ingruat,

purgamenta ipsa, quod acus uocant, longius copiosiusq; proiecta, culmine palcarum cumulos complēt, candidioresq; efficiunt. Hic itaq; exorto aspero prēlio, utrinq; armatas manus multo eum robore conferebat. Sed eorum oculis Mauors caligine offusa, hic atq; illuc discurrebat, adiuuans exhortansq; Troianos, ut mādata Apollinis exequeretur, qui & ipse ubiq; Troianis aderat, cum uideret inuicem Mineruam uersari in bello, ferentem auxilia Græcis. Insuper Aeneam, uigore animi ac corporis recepto, ex augusto adyto cedulum, pugnæ restituit. Qui ubi in medio suorum conspectus est, non uiuens modo, uerum etiam in columnis atq; acriter pugnam ciens, mira omnes socij exultaure lœtitia: cupidi etiam percontandi hominem, sed id per laboriosissimas pugnæ occupationes facere non licebat, in quas uocabantur deo Apolline, deo Marte, dea Peruvicia, quæ semper insatiata certamunc est, certamen accedente, & ipsis sp̄cim uictoriæ ostendēte. Graios autem duo Aiaces & Ulysses ac Diomedes ad pugnam urgebāt, sua alioqui sponte animatos atq; creatos. Quippe neq; ad clamorem Troianorū territi sunt, neq; ad ualidam impressionem gradu dimoti, in eodē quo insliterant uestigio permanebāt: tanquam nubes ad editissimcrū montium uertices, quum aquilo atq; alijs uenti, qui fūscas nubes spiritu suo diffūlunt, uolente Ioue non spirant. At Agamemnon inter suos uadens, non desinēbat hortari: Nunc socij estote uiri, nunc animosi, nunc fortes, reverentes inuicem, ne quid indignum uobis cōmittatis, tum decoris, tum salutis causa, nam eorum qui in bello hunuliter agere erubescunt, plures incolumes sunt, quam intercidunt: contraq; fugietium ut decus animum non excitat, ita corporis uires clanguescunt. Hæc fatus, strenue

Agamemnon
Græcis.

strenue iaculum in Deicoonta contorsit, socium Aeneæ,
 ac Pergasi filium: quem ob singularem in bello præstan-
 tam, Troiani æque ac Priami filios uenerabantur. Huius
 scutum, baltheusq; thoracis, ictum inhibere non potuit,
 quin ferrum ad intimum uentrem usq; penetraret, mori-
 bunduniq; iuuensem cum vasto corporis armorumq; fræ-
 gore prosternret. Hic uicissim magnanimus Aeneas duos
 longe præstantissimos uiros & in omni genere bellandi
 peritissimos intererunt, Crithona atq; Orsilochum, Dio-
 cleo patre genitos, qui habitabat in Phœra, loco sanci-
 signi, uiro rebus omnibus ad uitam idoneis circunfluo, ac
 genus ducente ex fluvio Alpheo, qui lato gurgite terram
 interfluit Pyliorum. Siquidem Alpheus genuit Orsilo-
 chum, qui magni populi princeps fuit. Orsilochus genuit
 Diocleum, Diocleus ipse geminos genuit, Crithona &
 Orsilochum: qui gratificates Agamemnoni Menelaoq;;
 uniuersum illis alijsq; principibus ad Troiā nauigauerat:
 ad Troiam pariter, & in uno occubituri horæ momento.
 Sic enim Aeneæ manibus interempti sunt, ut duo leones
 in arduis nemorosisq; mōtibus sub matre leæna educati,
 confici ab his pastoribus solent, quorum stabulantes tau-
 ros ouesq; ipsi diripuerant. Menelaus autem cum hos fræ-
 tres in modū sublimum abiectum collapsos uidisset, dolens
 illorū uicem, cù ubi iacebat, ad primos pugnatores pro-
 cedit, fulgenti circundatus armatura, ac librans dextra
 telum (dabat autem sibi hanc mentem Mars insidians
 uite illius, quo per audaciā manibus Aeneæ occideretur)
 Huic Antilochus sic in occursum Aeneæ imparibus ui-
 ribus eundi timens, ne quid mali pateretur is, qui pro
 ceteris labori consueuerat, & ipse ad primos procedit.
 Iam Aeneas ac Menelaus infestis hastis alter in alterum

uadabant, at ubi Antilochus aduenit, proximusq; Mene-
lao stetit, nō expectauit Aeneas : nec cū duobus illis mu-
tuo auxilio subnixis, et si bellator eximius erat, dimicam-
dum sibi putauit. Itaq; eo cedēte, Menelaus Antilochusq;
ubi cādauera infeliciū fratrū ad suos pertracta, in ma-
nus sociorū dederūt, ad primos pugnatores reuersi sunt.
Ibi Pylæmena Faphlagonum duccm, eiusq; aurigā My=
dona Arymni filium interimunt, utrungq; uirum insignē:
Pylæmena Menelaus, Mydona Antilochus : alterū ante
currusstantem, alterum in curru: illum lancea infixā, ubi
humeri ceruixq; cōnuttuntur: hunc iam auertentē equos,
ingenti apud medium cubitum saxo: quo ictō quū fræna
ebore distincta, ē manibus humi decidissent, insiliens An=
tilochus, tempus gladio hausit. Mydon uero animā cum
singultu agens, in caput & in humeros ruens, statutoq;
in alta arena uertice, diu præposterus mansit, donec equi
ab Antilocho agitante uerberati, dum abirent, prostra=
runt. Hector quum oculos per acies circunfulisset, ani=
maduertissetq; quid Menelaus Antilochusq; egisset, cum
uociferatione protinus in eos impetū facit. Quem uadē=
tem Troianæ phalanges cōsecutæ sunt, duce Bellona ac
Marte : illa immanem tumultum ferente, hoc terribilem
gestante hastam: quā manu quatiens, nunc anteibat He=
ctorē, nunc subsequebatur. Hunc deum quum cognō=
uisset Diomedes, eo terrire obstupuit ac retrocessit, quo
quis rerum imperitus, cum ex urbe iter per campum in=
gressus, in rapidum flumē & spumosos in mare uortices
agens incidit, subsistere solet, ac se se retrorsum fuga re=
cipere. Igitur ad socios clamans, O' amuci, dicebat, mura=
mur tam fortē ac strenuum esse Hectora, tam audacem
bellatorem: Id causæ, huic quispiam deus aſidue adest,
qui

qui cum à morte tueatur. Et nunc ille qui sub humana
ſpecie Hectorem conutatur, ipſe Mars eſt. Quocirca ne
temerarias cum deo manus conferamus, auerti, non ad-
uersi, hostibus cōcedamus. Hæc Diomedes. Troianis pro-
pinquis iam admodum factis, Hector duos egregios in re
militari uiros (erant enim in codē curru) interimut. Quo-
rum misertus Ajax Telamonius, illato pede, ac proxime
ad Amphium accedēs, ualidam ac lucenti p̄fixam ferro
hastam in illum coniicit, ac traecto baltheo in imo utero
demergit. Erat autē is Selagi filius, perquā diues, quum
agrestibus p̄redijs, tum uero omni alio genere facultatū,
tristi fata. Epheso patria proſectus, ad auxilia Priamo cū
filijs Priamu ferenda. In hunc cum ſonitu collapſum pro-
currenti Aiaci, ut cum pulchris ſpoliaret armis, Troiani
resiftunt, crebraq; proiecte tela, impedimento ſunt, quo
ſcrius ad cadauer accedat. Ille nihil munus, multis con-
ſoſo telis ſcuto, in genti insiliens gradu, impressoq; ſupra
iaceſtem pede, hastam quam contorſcrat euellit, non ausus
etiam ſpoliare occiſum, quod frequentibus & undiq; ue-
nientibus hostium nuſilibus obruebatur. Circuſiſtebant
nanq; uirū infeſtis mucronibus, infeſtisq; uocibus & plu-
rimi, & optimi quiq; Teucrorum, cumq; licet tam exel-
ſum, tam generoſo animo, tam forte, tamē timere, & gra-
du deieciū retrocedere coēgerunt. Interea quum hæc
ad hunc locum geruntur, alio in loco Tlepolemum, pro-
cerò ampioq; corpore uirum, ut Herculis filium poffis a-
gnoscere, dirum fatum commouit ad pugnandum cum
Sarpedone, nepotem cum filio Iouis: qui cum alter in al-
terum tendentes, iam uicini eſſent, Tlepolemus ad Sar-
pedonem inquit: Que tandem Sarpedon Lyciorū prin-
ceps tibi neceſitas eſt, ut ad oppetendam mortem huc

Tlepolemus
Sarpedoni.

uenires homo imbellis, & rei militaris ignarus? Etenim qui te filium Iouis aiunt, haud sincera fide tecum agunt, quum procul absis à uirtute priscorum, qui sunt progeniti ex Ioue, ut Hercules, qui mihi pater fuit, qualis fuisse celebratur intrepidus, ualens, & qui hoc aliquando cum sex denum nauibus pauculisq; comitibus equoru, Laomedontis causa proscutus, & urbem euertit, & ciuitatem omnem exhaustus. Tu uero imbecillis es, & præ tua imbecillitate passim tui comites trucidantur: quos cum tutari nequeas, quo modo te sufficer tutari posse Troianos, quibus ex Lyci auxilia deportasti? eos te etiam si uali-
dissimus sis, nihil tamē adiuturū puto: sed meo telo inter-
emptum, ad infernas portas esse descensurum. Cui respon-
dens Sarpedon, Tlepolyne, inquit, pater quidē tuus au-
gustum Troiam excidit Laomedotis regis iniustitia, qui
illi pro benefactis maledicta persoluit, recusans equos
reddere, quorū gratia Hercules à longinqua regione ue-
nisset. Tibi autē non idem quod patri cōtinget, sed morte
adesse denūcio, nec licere hinc meas euadere manus, uerū
hoc iaculo confossum, mihi quidem gloriam, in frēno autē
animam esse traditurum. Hæc cum dixisset, ambo rū lan-
cae simul reductæ, simul manibus excusæ, simul in alte-
rum illatae sunt, uulnusq; ambæ fecerunt. Et suo Tlepo-
lymus uulnere extinctus est, suo Sarpedō Iouis beneficio
extinctus non est. Namq; illi spiculum huius, ligno tenus
in media ceruice: huic, illius in sinistro timore atque in
ipso osse defixum est. Vt trunq; fideles accurrentes socij,
inter manus, mortuum Græci, uulnratum Lycij, in di-
uersum è prælio transportarunt, nec uacabat Sarpedo-
nis socijs per trepidationem qua festinabant, eum tollere
in currum, telum educere, quod ille ucheinenti cum cru-
ciatu

Sarpedon Tle-
polymo.

ciatu trahebat. Hec Vlysses ubi agnouit, Tlepolenum occisum, Sarpedonemq; abeuntem ægre ferens, magno secum animo deliberabat, utrū Sarpedonē insequeretur, an illo prætermisso, complures ex comitibus trucidaret. Et sic ambigēti, Minerua, ut conites potius quād domīnum inuaderet, animum induxit. Neq; Vlyssi fatale trax, illum uita priuare. Igitur omisso Sarpedone, in Lyrios uadit, ex hisq; intermit Coeranum, Alastora, Chremum, Alcaudrum, Halion, Noēmona, & Prytanum: plures adhuc fortasse interempturus, nisi re statim cognita, Hector radiantibus armis circundatus, ad primos pugnatores procurrisset, terrorem inferens Græcis. Ad cuius adventum lētatus Sarpedon, cum proximus ipsi fuisset Hector, ita cum uoce præ cruciatibus uix sub sequente affatus est: *Hector, noli queso me iacentem relinquere hostiis,* futurum eorum prædam: sed auxilio mali sis, ut hinc creptus, in urbemq; perlatus, illuc moriar, quandoquidcm hoc uulnere moriturus sum, nec reuersurus ad dulcē patrīam, ut suauissimam uxorem, paruulumq; filium uoluptate implerem. Hæc Sarpedon. Ille uero nihil respondēs, raptim se proripuit, ut quād primum in Græcos prorum perceret, illinc uerteret in fugam, & eoru non paucos trucidaret. Eo abeunte, Sarpedonem socij sui subter dicatum Ioui sagū collocant, & ab eius femore uir egregius idēq; amicissimus Pelagon lanceam eduxit: qua educta, Sarpedon doloribus defectus, tenebris ad oculos obortis, aliquandiu anima destitutus est: dehinc resipiscens uentulo, quem seduli socij faciebant, recreabatur. Interea quum Græci ad impressionem Hectoris Martisq; terga darent, neq; se obuios ferrent (acceperant enim, Martem adesse Troianis) retrocesserunt. Quem ibi primum, aut quem

Sarpedon Hectoris.

postremum Hector intermit? Marsq; Theutrantē cxi= mūm, & domitorē equorū Orcstem, & Trechum inter Actolos egregiū bellatorē, & Aenomaum, & Helenum Oenopi filiū, & insignē Orcbium, qui ἐν οὐλῇ habitans, circunfūete Cephisi lacu inter diuites lautosq; Bœotios fuerat cumulandarū opum studiosissimus. Hos interēptos

Iuno Miner-
ua. conspicata Iuno, ad Mineruā cōtinuo inquit: O indignū facinus Iouis filia Tritonia, si tātoperc Martē insanum scuire permittimus, profecto in nihilum recidet sponsio, quam fecimus Menclao, cum Troia cuersa in patriā reuersurū. Agedū igitur ipsæ quoq; nostras experiamur, si que in bello sunt, uires. Sic locuta, assentiēte huic cōsilio Minerua, ad equos aptādos se cōtulit. Quos cum aptaret, Hebe rotas strenue currui iunxit, diuina tū materia, tum arte mirabiles. Erant enim auro cinctæ, & desuper ærea cinctura reuinctæ, octonis etiā ex ære radijs, chalybeo axe: orbe, in quo radij affixi sunt, & axis uersatur, argēteo: sella ipsa currus duplici munita ambitu, argēteis aureisq; loris erat intenta: ē medio protēdebatur argenteus temo, cuius in summo alligauit aurcum iugum cum decoris capistris, auroq; distinctis. Iuno ex altera parte quum equos adornasset, iugo iunxit, properās quāmpri- mum ire ad belli tumultum. Minerua autem deposito su- per pavimentum Iouis discolori amiculo, quo uelata erat, quodq; ipsa suis manibus artificiose neuerat, texuerat, sarcinauerat, tunicā & arma sibi induit, quibus Iupiter pater circūdatur, cum uult prodire in bellū. Tum ægida humeris accommodat trilicem, horredam, & undiq; ter- rore redimitam. In ea robur, in ea contentio, in ea munax uociferatio, & atrox clamor, in ea deniq; inest gorgo- nium caput, dirum, terribile, & quo nullum nouit Iipi- tcr

ter horribilius monstrum atq; portetum. Deinde imponit capiti galeam auream, tribusq; cristis insignē, ac tot capitū humanorum capacem, quot milites centū urbium habent. Postremo sic armata, leui saltu in currum ascēdit, ac lanceām corripit ingentem, ualidam, grauem, qua he=roum cateruas (ut plane filiam Tonantis agnoscas) irata prosternere solet. Cui Iuno sociam se gnauiter præbens, equos ut cursum capesserēt, uerberibus urgebat: & cum ad cœli portas, quas Horæ scruant, uentum est, immenso sono ipsæ sua sponte patefactæ sunt portæ. His ingentis cœli olympiæ cura cōmissa est, ut altera nigratæ imbre nubes rebus inducat, altera reducat. Per has igitur por=tas Iuno & Pallas, uolitatibus equis exeuntes, inueniunt principē deorum Iouem, seorsum ab alijs diis in uertice lucentissimi olympi sedētem. Atq; illic Iuno equos fissēs, ante Iouem stetit, illumiq; huc in modū affata est: Iupiter pater, non tibi indignū uidetur, quod ita immaniter agit Mars? qui tot iam talesq; ex Achiuorū exercitu intere=mit, nihil penſi habens, dum Veneri & Apollini gratum faciat? à quibus, ut hæc ageret, persuasus est: qui nunc ociosi, & tali ſpectaculo, & ſuo confilio, & meo etiā do=lore paſcuntur. Quare Iupiter pater, nunquid mihi ſuc=ceſſebis, ſi iusto dolore commota, hunc ſtolidum, & nullū ius nullumq; dignoſcentem, graui aliqua poena coēr=citū, abigā a pugna? Huic respondens Iupiter: Imò po=tius iuſtiga Mineruā ad iſtud faciendū, affuetā iam cum acerbis afficere ſupplicijs. Sic locuto affensa Iuno, equos ut irēt, quāuis eundi audios, flagello uerberās, per liqui=dum aērem ſcrebatur, tantum ſuſpensa à terris, quantum quis ex edita ſpecula in latum mare proſpicere potest. Hoc enim interuallō inter cœlum & terrā equi deorum

Iuno loui.

Iupiter Iunoci.

cursum tenere consueuerunt. Vbi uero ad Troiam deueniunt, ubi Simois Scamanderq; miscentur, Iuno equos fissit, à curruq; disiungit, ac densa nebula, ne quis eos cernere possit, obducit: quibus Simois pubescentem ambrosianam, qua uescerentur, ex humo produxit, deinde ambae uelut genua columbae incedentes, ad exercitum tendunt festinabūdæ, ut quamprimum auxilio Græcis essent. Et cum perrexissent eò, ubi & plurimi & præstantissimi quiq; Græcorum circa Diomedem in acie stabant, sanguinariorum leonum aut ferocium aprorū ritu pugnantes, hic Iuno subsistens ab imagine magnanimi Stentoris, cuius tantus erat uocis sonus, quantus aliorum quinq; quaginta, exclamat, O' pudor, o dedecus Argivi principes, nomine tantum appetituq; principes, re autem indigni, sed qui contumeliosa qualibet appellatione nomine mini. Quam diu Achilles uersabatur in bello, nunquam Troianis fidutia fuit è portis pedem effiriendi, ita illius ualidā lanceā reformidabant. Nunc quia abest, iam longe à muris, atq; apud ipsas naues audacissimi pugnant. Hæc dicens, animum erexit, ardoremq; singulorum. Minerua autem Diomedem adiens, inuenit stantem apud equos & currum, deposito scuto, notas crassi cruoris à baltheo abstergentem, sudore perfusum, fessum ex onerosi scuti gestatione, assiduoq; labore dextrae, & se refrigerantem, oscillantemq; à dolore vulneris, quod ei * Aragula Pandari inflixerant, quodq; baltheo scuti premente exhalcerabatur. Ad hunc dea, iugum manu contingens, sic inquit: Omnino parē sibi Tydeus filii simile gennit. Fuit enim ille quidē parua statura, sed bellator, & talis bellator, ut me quoque uectante, & ne in ancipitem nimis dimicacionem descendret, admononente, tamen dimicare uellet.

et
alis

Sætoris uocatis.

Minerva cum
Diomede.
Tydeus quo-
dis.

alia sileantur, talis fuit, qui solus ab Argivis Thebas pro
caduceatore dimissus est. Quò quum uenisset, & cum
renuentem interessc conuiuio Thebani iure hospitij coe-
gissent, non est passus ocium illud generoso ipsius ani-
mo inimicum. Nam hospites ad certamen prouocauit: &
ut magnifice prouocauit, sic facile uicit, mea opera
confisus, adiutusq;. Tibi uero ego sedula adsum, custos
adisto, iubeo, hortor, ut me autore dimiccs cum Tro-
ianis: nec quicquam proficio, quoniam neque laborem
corpus, neque animus perferre periculum potest, pari-
terq; mens tibi ac membra languescunt. Itaque posthac
nec magnanimi Tydei te dixerim filium. Ad quam re-
spondens Diomedes, Aguasco te, inquit, dea magni Diomedes
Iouis filia, eoq; ingenuo tecum loquar, nihil aut simu-
lans, aut dissimulans. E quidem dea neque timor ullus
me, neque ignavia tenet: sed tua, que memori mente cu-
stodio, mandata: quibus me uetusisti ferro inuadere ali-
quos deos, qui hic in bello ex aduerso uenirent, nisi
unam Venerem. Nunc agnosco Martem in hoc prælio
uersari, ducemq; se hostium præsidemq; præbere, iccir-
co & ipse cedo ab hoc deo, & idem alios facere iubeo.
Cui Minerua respondens, Tydides, inquit, mihi iucun-
dissime, neque Martem, neque alium deum extinueris,
fretus præsidio meo, quin in hunc quem uerbaris, im-
mitte equos: neq; ulla te sui reuerentia retineat, quo mi-
nus eum, quo minus ferias * dum insanum animi, malignū
caput, uentosum atq; uarium. Siquidem hodie prima luce
multis uerbis mihi atque Iunoni fidem dedit, pugnatu-
rum se esse pro Græcis contra Troianos. En suæ pro-
missionis immemor, à Troianis stat in acie cōtra Greco.
Hæc quum dixisset, Sthenelum à tergo prehensum, ut à

curru descenderet, retraxit. Cumq; ille confessim desiliisset, in locum eius dicto citius ipsa successit: sumptisq; habenis, ac uultu galea clauso, ne posset à Marte dignosci, equos recta in illum ducit, gemente grauiter curru obstanti uiri ac tanti numinis pondus. Mars autem hos ut uidit, relicto humi (quem proxime obtruncauerat) Periphante Chesi filio, duce Aetolorum, uiro longe prestatissimo, screbatur in Diomedem, qui & ipse in cum sese firebat. Qui cum ex aduerso sub iactum teli uenissent, prior Mars, utpote Diomedis occidendi audius, lanceam uibrat, quam super iugum habenasq; equorum uenientē, Pallas manu raptum, subter currum irrito ielu detorsit.

. Secundo loco Diomedes suam lanceam, sed non irritam

Martem uulne uibrat: ac medium Martem, ubi laminis circundatur bal-
tra Diomedes,

teus, ferit: transactisq; armis (Pallas enim adiuuit ictum) ac sauciato intimo utero, telum educit. Quo uulnere accepto, Mars tam ingenti uociferatione præ dolore exclamauit, quanta nouem decem' ue nullium hominum pugna incuntium esset: ita, ut Graeci simul ac Troiani territi contremiserent: nihilq; moratus, ascendit in coelum. Ac talis inter eundum uisus est Diomedi esse, qualem uidemus esse aerem ex æstiva aliqua nube & æstum hominibus inferente, quum oborta serena aura, obscura discedit. Atq; ubi ad olympum deorum domicilium uenit, impatiens uulneris, Ioui assedit: illi q; plagam crux manatem ostendens, luciu uerba dictante, inquit: Iupiter pater, non

Mars Ioui, tibi uidetur indigna haec? Semper' ne tu deos mutuo odio inuicem graxsari sustinebis? & quin mortalibus gratum facere uolunt, inter se bella committere? Quasi non tua causa ad ferenda hominibus auxilia in aciem descendamus. Quippe genuisti filiam uesperianā, perniciosa, & cui nihil

nihil est curæ, nisi ut aliquid sceleris agat. Atq; alij quidē
 dij, duntaxat qui cœlū incolimus, tibi semper & paremus
 & parere compellimur. Hanc uero unam, nunquam tu
 neq; factō, neq; uerbo coerces, cuncta sibi indulgens, ob
 id tantum, quod ex te progenita est. Ab ea namq; hodie
 Diomedes impulsus furiosas dijs inferre manus, prius ve
 nerem uulnerauit in uola, deinde in me ueluti dæmon in= Iupiter Marti.
 siliens, hæc fecit quæ uides. Quod nisi pedes mihi auxilio
 fuissent, diutiusq; mansisset, et si non occidisset, quia im=
 mortal is sum, certe inter mortuos iaceti plurimas plagas
 inflixisset. At hunc torue Iupiter intuens, respondit: De=
 sine me aliquando querelus tuis, quum mihi assides, toties
 obtundere. Nam ut scias, inter omnes cœlites mihi Mars
 es maxime iniuisus: quem nihil iuuat, nisi rixæ, nisi pu= Iupiter Marti.
 gnæ, nisi bella, uere reddes ingenii lunonis, Mars, ferox,
 uastum, cōtumax ac malignum, quæ necesse habeo uerbis
 assidue castigare, ut existimem te filium illius consilio (ita
 namq; peruersa est) ista esse perpessum. Cæterum non su= Iupiter Marti.
 stineo diu te in isto dolore uersari, quū sis è genere meo,
 atque ex mea uxore. Quod si ex alio deo genitus essem,
 tam sœuum numen atque opprobriosum, profecto ue= Iupiter Marti.
 lim iam apud tartara essem, Titanibus inferior. His dictis,
 Aesculapio, ut hunc curaret, imperauit. Ille mitigato= Iupiter Marti.
 ria medicamenta apponens, non tardius sanauit, quam li= Iupiter Marti.
 quidum lac inter manus ducentis caseum opilionis con= Iupiter Marti.
 crescit. Citius enim dij sanantur, quia eorum copora
 sunt immortalia. Sic ergo sanatus Mars, ab Hebe primū
 ablutus, deinde honoratioribus indumentis uestitus, iu= Iupiter Marti.
 xta Iouem hoc honore letatus confedit. Iuno autem &
 Pallas postquam Martem à pugna fugarunt, ad ædes
 Iouis decorum principis reuerterunt.

purgamenta ipsa, quod acus uocant, longius copiosiusq; proiecta, culmine palcarum cumulos complēt, candidioresq; efficiunt. Hic itaq; exerto aspero prēlio, utrinq; armatas manus multo eum robore conserebat. Sed eorum oculis Mauors caligine offusa, hic atq; illuc discurrebat, adiuuans exhortansq; Troianos, ut mādata Apollinis exequeretur, qui & ipse ubiq; Troianis aderat, cum uideret inuicem Mineruam uersari in bello, ferentem auxilia Græcis. Insuper Aeneam, uigore animū ac corporis recepto, ex augusto adyto eductum, pugnæ restituit. Qui ubi in medio suorum conspectus est, non uiuens modo, uerum etiam incolmis atq; acriter pugnam ciens, mira omnes socij exultauere lētitia: cupidi etiam percontandi hominem, sed id per laboriosissimas pugnæ occupationes facere non licebat, in quas uocabantur deo Apolline, deo Marte, dea Peruicitia, quæ semper insatiata certamē est, certamen accedente, & ipsis spēi uictoriæ ostendēte. Graios autem duo Aiaces & Vlysses ac Diomedes ad pugnam urgebāt, sua alioqui sponte animatos atq; creatos. Quippe neq; ad clamorem Troianorū territi sunt, neq; ad ualidam impressionem gradu dimoti, in eōdē quo insliterant uestigio permanebāt: tanquam nubes ad editissimoru montium uertices, quum aquilo atq; alijs uenti, qui fūcas nubes spiritu suo diffūllunt, uolente Ioue non spirant. At Agamemnon inter suos uadens, non desinēbat hortari: Nunc socij estote uiri, nunc animosi, nunc fortes, reverentes inuicem, ne quid indignum uobis cōmittatis, tum decoris, tum salutis causa. nam eorum qui in bello hunuliter agere erubescunt, plures incolumes sunt, quam intercidunt: contraq; fugietium ut decus animum non excitat, ita corporis uires clangescunt. Hæc fatus,

strenue

Agamemnon
Græcis.

strenue iaculum in Deicoonta contorsit, socium Aeneam,
 ac Pergasi filium: quem ob singularem in bello prestantiam,
 Troiani æque ac Priami filios uenerabantur. Huius
 scutum, baltheusq; thoracis, ictum inhibere non potuit,
 quin ferrum ad intimum uentrem usq; penetraret, mori-
 bunduniq; iuuem cum vasto corporis armorumq; fræ-
 gore prosterneret. Hic uicissim magnanimus Aeneas duos
 longe prestantissimos uiros & in omni genere bellandi
 peritissimos intereredit, Crithona atq; Orsilochum, Dio-
 cleo patre genitos, qui habitabat in Phera, loco sanci in-
 signi, uiro rebus omnibus ad uitam idoneis circunfluo, ac
 genus ducente ex fluvio Alpheo, qui lato gurgite terram
 interfluit Pyliorum. Siquidem Alpheus genuit Orsilochum,
 qui magni populi princeps fuit. Orsilochus genuit
 Diocleum, Diocleus ipse geminos genuit, Crithona &
 Orsilochum: qui gratificates Agamemnoni Menelaoq;,
 uniuersum illis alijsq; principibus ad Troiam nauigauerat:
 ad Troiam pariter, & in uno occubituri horæ momento.
 Sic enim Aeneam manibus interempti sunt, ut duo leones
 in arduis nemorosisq; mōtibus sub matre leæna educati,
 confici ab his pastoribus solent, quorum stabulantes tau-
 ros ouesq; ipsi diripuerant. Menelaus autem cum hos fra-
 tres in modū sublimum abiectum collapsos uidisset, dolens
 illorū uicem, cù ubi iacebat, ad primos pugnatores pro-
 cedit, fulgenti circundatus armatura, ac librans dextrā
 telum (dabat autem sibi hanc mentem Mars insidians
 uite illius, quo per audaciā manibus Aeneam occideretur)
 Huic Antilochus sicut occursum Aeneam imparibus ui-
 ribus eunti timens, ne quid mali pateretur is, qui pro
 ceteris labori consueuerat, & ipse ad primos procedit.
 Iam Aeneas ac Menelaus infestis hastis alter in alterum

uidebant, at ubi Antilochus aduenit, proximusq; Mene=
lao stetit, nō expectauit Aeneas : nec cū duobus illis mu=
tuo auxilio subnixis, et si bellator eximius erat, dimicam=
dum sibi putauit. Itaq; eo cedēte, Menelaus Antilochusq;
ubi c. idauera infeliciū fratrū ad suos pertracta, in ma=
nus sociorū dederūt, ad primos pugnatores reuersi sunt.
Ibi Pylæmena Faphlagonum duccm, eiusq; aurigā My=
dona Arymni filium interimunt, utrungq; virum insignē:
Pylæmena Menelaus, Mydona Antilochus : alterū ante
currus stantem, alterum in curru: illum lancea infixā, ubi
humeri ceruixq; cōnuttuntur: hunc iam auertentē equos,
ingenti apud medium cubitum saxo: quo icto quū fræna
ebore distincta, ē manibus humi decidissent, insiliens An=
tilochus, tempus gladio hausit. Mydon uero animā cum
singultu agens, in caput et in humeros ruens, statutoq;
in alta arena uertice, diu præposterus mansit, donec equi
ab Antilocho agitante uerberati, dum abirent, prostra=
runt. Hector quum oculos per acies circunfulisset, ani=
maduerti setq; quid Menelaus Antilochusq; egisset, cum
uocifratione protinus in eos impetu facit. Quem uadē=
tem Troianæ phalanges cōsecutæ sunt, duce Bellona ac
Marte : illa immanem tumultum ferente, hoc terribilem
gestante hastam: quā manu quatiens, nunc anteibat He=
ctorem, nunc subsequebatur. Hunc deum quum cognos=
set Diomedes, eo terrire obstupuit ac retrocessit, quo
quis rerum imperitus, cum ex urbe iter per campum in=
gressus, in rapidum flumē & spumosos in mare uortices
agens incidit, sublistero solet, ac se se retrorsum fuga re=
cipere. Igitur ad socios clamans, O amici, dicebat, mira=
mur tam fortē ac strenuum esse Hectora, tam audacem
bellatorem: Id causæ, huic quispiam deus assidue adest,
qui

qui cum à morte tueatur. Et nunc ille qui sub humana
specie Hectorem comutatur, ipse Mars est. Quocircane
temerarias cum deo manus conseramus, auersi, non ad-
uersi, hostibus cōcedamus. Hæc Diomedes. Troianis pro-
pinquis iam admodum factis, Hector duos egregios in re
militari uiros (erant enim in eodē curru) interimit. Quo-
rum misertus Ajax. Telamonius, illato pede, ac proxime
ad Amphium accedēs, ualidam ac lucenti p̄fixam ferro
hastam in illum coniicit, ac traictto baltheo in imo utero
demergit. Erat autē is Selagi filius, perquā diues, quum
agrestibus prædijs, tum uero omni alio genere facultatū,
tristi fata. E pheſo patria proſecuſ, ad auxilia Priamo cū
filijs Priamu ferenda. In hunc cum sonitu collapſum pro-
currenti Alaci, ut eum pulchris ſpoliaret armis, Troiani
reſiſtunt, crebraq; proiſcētes tela, impedimēto ſunt, quo
ſcriuſ ad cadauer accedat. Ille nihil munus, multis con-
ſoſo telis ſcuto, ingenti inſiliens gradu, impressoq; ſupra
iacētem pede, haſtam quam contorſcrat euellit, non auſus
etiam ſpoliare occiſum, quod frequentibus & undiq; ue-
nientibus hoſtium muſilibus obruebatur. Circuſiſtebante
nanq; uirū infeſtis mucronibus, infeſtisq; uocibus & plu-
rimi, & optimi quiq; Teucrorum, cumq; licet tam exel-
ſum, tam generoſo animo, tam forte, tamē timere, & gra-
du deieclum retrocedere coegerunt. Interea quum hæc
ad hunc locum geruntur, alio in loco Tlepolemuſ, pro-
cerò ampleq; corpore uirum, ut Herculis filium poſſis a-
gnoscere, dirum fatum commouit ad pugnandum cum
Sarpedone, nepotem cum filio Iouis: qui cum alter in al-
terum tendentes, iam uicini eſſent, Tlepolemuſ ad Sar-
pedonem inquit: Que tandem Sarpedon Lyciorū prin-
ceps tibi neceſſitas eſt, ut ad oppetendam mortem huic

Tlepolemuſ
Sarpedoni.

uenires homo imbellis, & rei militaris ignarus? Etenim qui te filium Iouis aiunt, haud sincera fide tecum agunt, quum procul absit à uirtute prisorum, qui sunt progeniti ex Ioue, ut Hercules, qui nūhi pater fuit, quālis fuisse celebratur intrepidus, ualens, & qui huc aliquando cum sex decimū nauibus pauculisq; comitibus equorū, Laomedontis causa profectus, & urbem euerit, & ciuitatem omnem exhaustus. Tu uero imbecillis es, & prae tua imbecillitate paſsim tui comites trucidantur: quos cum tutari nequeas, quo modo te suspicere tutari posse Troianos, quibus ex Lycia auxilia deportasti? eos te etiam si ualiſſimus sis, nihil tamē adiuturū puto: sed meo telo interemptum, ad infernas portas esse descensurum. Cui respōdens Sarpedon, Tlepoleme, inquit, pater quidē tuus augeſtā Troiam excidit Laomedōtis regis iniustitia, qui illi pro benefactis maledicta persoluit, recusans equos reddere, quorū gratia Hercules à longinqua regione uenisset. Tibi autē non idem quod patri cōtinget, sed morte adesse denūcio, nec licere hinc meas euadere manus, uerū hoc iaculo confossum, mihi quidem gloriam, inferno autē animam esse traditurum. Hęc cum dixisset, amborū lanceae simul reductae, simul manibus excussae, simul in alterum illatæ sunt, uulnusq; ambæ fecerunt. Et suo Tlepolemus uulnere extictus est, suo Sarpedō Iouis beneficio extictus non est. Namq; illi ſpiculum huius, ligno tenus in media ceruice: huic, illius in ſinistro timore atque in ipso osse defixum est. Vtrunq; fideles accurrentes socijs, inter manus, mortuum Græci, uulneratum Lycij, in diuersum è prælio trāsportarunt, nec uacabat Sarpedonis socijs per trepidationem qua festinabant, eum tollere in currum, telum educere, quod ille uchementi cum cruciatu

Sarpedon Tle
polemo.

ciatu trahebat. Hæc Vlysses ubi agnouit, Tlepolemum occisum, Sarpedonemq; abeuntem ægre ferens, magno secum animo deliberabat, utrū Sarpedonē insequeretur, an illo prætermisso, complures ex comitibus trucidaret. Et sic ambigēti, Minerua, ut comites potius quam domum inuaderet, animum induxit. Neq; Vlyssi fatale erat, illum uita priuare. Igitur omisso Sarpedone, in Lycios uadit, ex hisq; intermit Cœranum, Alastora, Chremum, Alcandrum, Halion, Noëmona, & Prytanum: plures adhuc fortasse interempturus, nisi re statim cognita, Hector radiantibus armis circundatus, ad primos pugnatores procurrisset, terrorem inferens Græcis. Ad cuius adventum lætatus Sarpedon, cum proximus ipsi fuisset Hector, ita cum uoce præ cruciatibus uix subsequente affatus est: Hector, noli queso me iacentem relinquere hostibus, futurum eorum prædam: sed auxilio mihi sis, ut hinc creptus, in urbemq; perlatus, illuc moriar, quandoquidem hoc uulnere moriturus sum, nec reuersurus ad dulcē patriam, ut suauissimam uxorem, paruulumq; filium uoluptate implerem. Hæc Sarpedon. Ille uero nihil respondes, raptim se proripuit, ut quamprimum in Græcos prorum pererit, illinc uerteret in fugam, & ecrū non paucos trucidaret. Eo abeunte, Sarpedonem socij sui subter dicatam loui sagū collocant, & ab eius femore uir egregius idēq; amicissimus Pelagon lanceam eduxit: qua educata, Sarpedon doloribus defectus, tenebris ad oculos obortis, aliquandiu anima destitutus est: dehinc resipiscens uentulo, quem seduli socij faciebant, recreabatur. Interea quum Græci ad impressionem Hectoris Martisq; terga darent, neq; se obuios ferrent (acceperant enim, Martem adessē Troianis) retrocesserunt. Quem ibi primum, aut quem

Sarpedon He-
ctoris.

postremum Hector intercmit? Marsq; Theutrantē cxi=um, & domitorē equorū Orestem, & Trechum inter Aetolos egregiū bellatorē, & Aenomaum, & Helenum Oenopi filiū, & insignē Orcibium, qui ἐν ὑλῇ habitans, circumfūete Cephisi lacu inter diuites lautosq; Boeotios fuerat cumulandarū opum studiosissimus. Hos interēptos

Iuno Miner- confīcata Iuno, ad Mineruā cōtinuo inquit: O indignū
uz. facinus Iouis filia Tritonia, si tātopere Martē insanum
ſeuire permittimus, profecto in nihilum recidet ſponsio,
quam fecimus Menelao, cum Troia euersa in patriā re=
uersurū. Agedū igitur ipſae quoq; noſtras experiamur, ſi
que in bello ſunt, uires. Sic locuta, aſſentīte huic cōſilio
Minerua, ad equos aptādos ſe cōtulit. Quos cum apta=
ret, Hebe rotas strenue currui iunxit, diuina tū materia,
tum arte mirabiles. Erant enim auro cinctæ, & desuper
ærea cinctura reuinctæ, octonis etiā ex ære radijs, chaly=
beo axe:orbis, in quo radij affixi ſunt, & axis uersatur,
argēteo:ſella ipſa currus dupli ci munita ambitu, argēteis
aureisq; loris erat intenta: ē medio protēdebat ur argen=
teus temo, cuius in ſummo alligauit aurcum iugum cum
decoris capiſtris, auroq; diſtinctis. Iuno ex altera parte
quum equos adornasset, iugo iunxit, properās quāmpri=
mum ire ad belli tumultum. Minerua autem deſpoſito ſu=
per pauimētum Iouis diſcolori amiculo, quo uelata erat,
quodq; ipſa ſuis manibus artificioſe neuerat, texuerat,
ſarcinauerat, tunicā & arma ſibi induit, quibus Iupiter
pater circūdatur, cum uult prodire in bellū. Tum ægida
humeris accommodat trilicem, horrēdam, & undiq; ter=
rōre redimitam. In ea robur, in ea contentio, in ea minax
uociferatio, & atrox clamor, in ea deniq; in eſt gorgo=
nium caput, dirum, terribile, & quo nullum nouit Iupi=
ter

ter horribilius monstrum atq; portetum. Deinde imponit capiti galeam auream, tribusq; cristi insignē, ac tot capitū humanorum capacem, quot milites centū urbium habent. Postremo sic armata, leui saltu in currum ascēdit, ac lanceā corripit ingentem, ualidam, grauem, qua he=roum cateruas (ut plane filiam Tonantis agnoscas) irata prostertere solet. Cui Iuno sociam se gnauiter præbens, equos ut cursum capesscrēt, uerberibus urgebat: & cum ad cœli portas, quas Horæ seruant, uentum est, immenso sono ipsæ sua sponte patefactæ sunt portæ. His ingentis cœli olympiæ cura cōmissa est, ut altera nigratæ imbre nubes rebus inducat, altera reducat. Per has igitur portas Iuno & Pallas, uolitatibus equis exeentes, inueniunt principē deorum Iouem, seorsum ab alijs dijs in uertice lucentissimi olympi sedētem. Atq; illic Iuno equos fisses, ante Iouem stetit, illumq; hūc in modū affata est: Iupiter pater, non tibi indignū uidetur, quod ita immaniter agit Mars? qui tot iam talesq; ex Achiuorū exercitu interemit, nihil pensi habens, dum Veneri & Apollini gratuam faciat? à quibus, ut hæc ageret, persuasus est: qui nunc ociosi, & tali spectaculo, & suo consilio, & meo etiā dolore pascuntur. Quare Iupiter pater, nunquid mihi succensebis, si iusto dolore commota, hunc stolidum, & nullū fas nullumq; ius dignoscetem, graui aliqua pœna coer= citū, abigā a pugna? Huic respondens Iupiter: Imo potius infliga Mineruā ad istud faciendū, assuetā iam cum acerbis afficere suppicijs. Sic locuto assensa Iuno, equos ut irēt, quāuis eundi audios, flagello uerberas, per liqui= dum aërem strebatur, tantum suspensa à terris, quantum quis ex edita specula in latum mare prospicere potest. Hoc enim interualllo inter cœlum & terrā equi deorum

Iuno lusi.

Iupiter lunoni

cursum tenere consuerunt. Vbi uero ad Troiam ducuntur, ubi Simois Scamanderque nesciunt, Iuno equos sifistit, a curruque disiungit, ac densa nebula, ne quis eos cernere possit, obducit: quibus Simois pubescentem ambrosiam, qua uesperentur, ex humo produxit, deinde ambae uelut genua columbae incidentes, ad exercitum tendunt festinabundae, ut quamprimum auxilio Graecis essent. Et cum perrexissent eum, ubi et plurimi et præstantissimi quaque Graecorum circa Diomedem in acie stabant, sanguinariorum leonum aut ferocium aprorum ritu pugnantes, hic Iuno subsistens ab imagine magnanimi Stentoris, cuius tantus erat uocis sonus, quantus aliorum quinquaginta, exclamat, O pudor, o dedecus Argivii principes, nomine tantum appetituque; principes, re autem indigni, sed qui contumeliosa qualibet appellatione nomine muni. Quam diu Achilles uersabatur in bello, nunquam Troianis fidutia fuit eis portis pedem effirendi, ita illius ualida lancea reformidabant. Nunc quia abest, iam longe a muris, atque apud ipsas naues audacissimi pugnant. Hæc dicens, animum erexit, ardoremque singulorum. Minerua autem Diomedem adiens, inuenit stantem apud equos et currum, deposito scuto, notas crassi cruoris a baltheo abstergentem, sudore perfusum, fessum ex onerosa scuti gestatione, absiduoque labore dextrae, et se refrigerantem, oscillantemque a dolore vulneris, quod ei a stragula Pandari inflixerant, quodque baltheo scuti premente exulcerabatur. Ad hunc dea, iugum manu contingens, sic inquit: Omnino pare sibi Tydeus filium simile genuit. Fuit enim ille quidem parua statura, sed bellator, et talis bellator, ut me quoque uetante, et ne in ancipitem nimis dimicacionem descendret, admonente, tamen dimicare uellet.

Sætoris voca-
litas.

Minerva cum
Diomede.

Tydeus quo-
d.

alia

alia sileantur, talis fuit, qui solus ab Argiuis Thebas pro
caduceatore dimissus est. Quò quum uenisset, & cum
renuentem interesse conuiuio Thebani iure hospitij coe-
gissent, non est passus ocium illud generoso ipsius ani-
mo inimicum. Nam hostites ad certamen prouocauit: &
ut magnifice prouocauit, sic facile uicit, mea opera
confisus, adiutusq;. Tibi uero ego sedula adsum, cuſlos
adſiſto, iubeo, hortor, ut me autore dimicē cum Tro-
ianis: nec quicquam proficio, quoniam neque laborem
corpus, neque animus perferre periculum potest, pari-
terq; mens tibi ac membra languescunt. Itaque posthac
nec magnanimi Tydei te dixerim filium. Ad quam re-
ſpondens Diomedes, Agnosco te, inquit, dea magni Diomedes
Iouis filia, eoq; ingenuę tecum loquar, nihil aut simu- Palladij.
lans, aut diſsimulans. E quidem dea neque timor illus
me, neque ignavia tenet: sed tua, que memori mente cu-
ſtudio, mandata: quibus nū uetusisti ferro inuadere ali-
quos deos, qui hic in bello ex aduerso uenirent, nisi
unam Venerem. Nunc agnosco Martem in hoc prælio
uersari, ducemq; se hostium præſidemq; præbere, iccir-
co & ipſe cedo ab hoc deo, & idem alios facere iubeo.
Cui Minerua reſpondens, Tydides, inquit, mihi iucun-
diſſime, neque Martem, neque alium deum extimueris,
fretus præſidio meo, quin in hunc quem uerebaris, ini-
mitte equos: neq; ullate ſui reverentia retineat, quo nu-
nus eum, quo minus ſerias * dum inſanum animū, malignū
caput, uentoſum atq; uarium. Si quidem hodie prima luce
multis uerbis mihi atque Iunoni fidem dedit, pugnatu-
rum ſe eſſe pro Græcis contra Troianos. En ſuæ pro-
miſſionis immemor, à Troianis ſtat in acie cōtra Græcos.
Hec quum dixiſet, Sthenelum à tergo prehendit, ut à
curru

curru descenderebat; retraxit. Cumq; ille confessum desiliisset, in locum eius dicto citius ipsa successit: sumptisq; habenis, ac uultu galea clauso, ne posset à Marte dignosci, equos rectâ in illum ducit, gemente grauiter curru obstanti uiri ac tanti numinis pondus. Mars autem hos ut uidit, relicto humi (quem proxime obtruncauerat) Periphante Chесij filio, duce Aetolorum, uiro longe prestansissimo, strebat in Diomedem, qui et ipse in cum sese strebat. Qui cum ex aduerso sub iactum teli uenissent, prior Mars, utpote Diomedis occidendi auditus, lanceam uibrat, quam super iugum habensq; equorum uenientē, Pallas manu raptam, subter currum irrito ielu detorsit.

Secundo loco Diomedes suam lanceam, sed non irritam

Martem uulne uibrat: ac medium Martem, ubi laminis circundatur bal-

ras Diomedes, teus, ferit: transactisq; armis (Pallas enim adiuuit ictum)

ac sauciato intimo utero, telum educit. Quo uulnere accepto, Mars tan ingenti uociferatione pre dolore exclamauit, quanta nouem decem' ue nullum hominum pugna incuntium esset: ita, ut Græci simul ac Troiani territi contremiserent: nihilq; moratus, ascendit in coelum. Ac talis inter eundum uisus est Diomedi esse, qualem uidemus esse aerem ex aestiu aliquia nube et aestum hominibus inferente, quum oborta serena aura, obscura discedit. Atq; ubi ad olympum deorum domicilium uenit, impatiens uulneris, Ioui assedit: iliq; plagam crux manatem ostendens, luctu uerba dictante, inquit: Iupiter pater, non

Mars Ioui, tibi uidetur indigna haec? Semper' ne tu deos mutuo odio inuicem grassari sustinebis? et quin mortalibus gratum facere uolunt, inter se bella committere? Quasi non tua causa ad screnda hominibus auxilia in aciem descendamus. Quippe genuisti filiam uesanā, perniciosaam, et cui nihil

nihil est curæ, nisi ut aliquid sceleris agat. Atq; alijs quidē
 dij, duntaxat qui cœlū incolimus, tibi semper & paremus
 & parere compellimur. Hanc uero unam, nunquam tu
 neq; facto, neq; uerbo coērces, cuncta sibi indulgens, ob
 id tantum, quod ex te progenita est. Ab ea nāq; hodie
 Diomedes impulsus furiosas dijs inferre manus, prius ve
 nerem uulnerauit in uola, deinde in me ueluti dæmon in= Iupiter Marti.
 siliens, hæc fecit quæ uides. Quod nisi pedes mihi auxilio
 fuissent, diutiusq; mansisse, et si non occidisset, quia im=
 mortal is sum, certe inter mortuos iacēti plurimas plagas
 inflixisset. At hunc torue Iupiter intuens, respondit: De=
 sine me aliquando querelis tuis, quum mihi aſſides, toties
 obtundere. Nam ut scias, inter omnes cœlites mihi Mars
 es maxime inuisus: quem nihil iuuat, niſi rixæ, niſi pu= Iupiter Marti.
 gne, niſi bella, uere reddēs ingeniuū lunoris, Mars, feroci,
 uastum, cōtumax ac malignum, quē necesse habeo uerbis
 aſſidue castigare, ut existimem te filium illius consilio (ita
 nāq; peruersa est) ista esse perpeſsum. Cæterum non fu= Iupiter Marti.
 stineo diu te in iſto dolore uersari, quū ſis ē genere meo,
 atque ex mea uxore. Quod si ex alio deo genitus eſſes,
 tam ſæuum numen atque opprobriofum, proſecto ue= Iupiter Marti.
 lim iam apud tartara eſſes, Titanibus inferior. His dictis,
 Aesculapio, ut hunc curaret, imperauit. Ille mitigato= Iupiter Marti.
 ria medicamenta apponens, non tardius sanauit, quam li= Iupiter Marti.
 quidum lac inter manus ducentis caseum opilionis con= Iupiter Marti.
 crescit. Citius enim dij sanantur, quia eorum copora
 ſunt immortalia. Sic ergo sanatus Mars, ab Hebe primū
 ablutus, deinde honoratioribus indumentis uestitus, iu= Iupiter Marti.
 xta Iouem hoc honore letatus confedit. Iuno autem &
 Pallas postquam Martem à pugna ſigarunt, ad ædes
 Iouis deorum principis reuerterunt.

I L I A D O S H O-
M E R I C A E L I-
B E R V I .



ELICTA igitur Trojanis Græcisq; pugna, inter ipsos sine dcorū præsidio gerēda, nullis iam cedētibus, magno ardore acies conflixerūt: ac plurimis telis ultro citroq; uolatibus, diu anticipi marte dimicatum est. Pugnabat autē in campo, quē cingunt Simois et Xanthi fluenta. Prūnus ibi Ajax Telamonius, Achiuorū propugnaculū, interēpto uiro procerō ac alto Acanante Eussoři filio, inter Thracas præstantissimo, in hostium phalangē prorupit, et socijs ad uincendū quasi lumen ostendit. Hunc autē interemuit, lancea coniecta in locum, ubi sublimes crista capiti affiguntur, et cuspide per galcā in oſean frontē molleq; cerebrū adacta. Diomedes uero et ipſe interemuit una cum eius auriga Galeſeo Axilon Teuthrani filium, hominē per quam beatum omnibus quae ad uictum mortaliū pertinēt. Hic insigni Arisbæ agēs omnes qui illac iter ingrediebātur, qua crat benevolentia, humanitate, clementia, excipiebat hospitio: quorū nunc nemo succurrēs, ab atroci eum morte petuit cripere. Euryalus autē interfectis prūnū Dreso et Ophel tio, in Acespon et Pedasum fertur: quos et occidit, et armis exuit. Fratres hi et gemini erant, furtim geniti ex egregio Bucolione, maximo filiorum Laomedontis, cum oues pasceret, ex nymphā nomine Abarbarea. Menepo-lemus quoq; occidit iaculo Astyllon, Vlysses Pidyte Per-cessioñ, Teucus Aretona, Antilochus Ableron, Agamēmon Elaton, Satnioēntis latē fluētis accolā, ad cuius ri- pam

pāt patrī suā loco excēso posita est: Leitus Philacon,
 sed in fugā uersum: Eurypylus Melāthion, Menelaus
 Adrestum non occidit, sed cepit. Namq; inter si. gae trepi-
 dationem, et qui impactum myricinis currū, ijsq; hæren-
 tem, cum domino effundentes, fractoq; temone relinquē-
 tes, urbem uersus abierant, quō ceteri Troiani datis ha-
 benis forebantur. Sic humi in faciem præcipitatus Adre-
 stus, quum sibi* manifesto telo Menelaum præsto esse ui-
 disset, amplexus eius crura, his uerbis obsecrabat: Cape
 me, & in columnē scrua Menelæ, accepturus pro mea
 salute mirificam redemptionem: habet enim meus pater
 domū repositas omnium generum copias: aurum, argen-
 tum, ferrum, æs: unde tibi complura munera mittet, si
 penes te filium suum acceperit in columnē esse. Quibus
 persus Menelaus, iamq; erat famulo traditurus de-
 duccendum ad naues, sed obuiā Agamemnon adueniēs,
 & nomine suo compellans, his uerbis factum fratri in-
 crepuit, O' indignum facinus Menelæ, quid ita tibi cura
 est de Troianis? num quia domū tuæ, quum fuerunt illic
 hospitiliter accepti, de te optime meriti sunt? imò taliter,
 ut nemo, qui in nostras peruererit manus, debeat præsen-
 tem effugere mortē: nec modò corum qui capti in pugna
 sunt, uerum etiam qui ē pugna fūgerunt: ac nemo pror-
 sus, qui mas sit, uel si in ipsa alio lateat matris. Sed o-
 mnes Troiani unā cum Troia, sine uenia, sine misericordia,
 sine respectu extinguantur. Ad hæc uerba tan-
 quam ad salubrius consilium mutata sententia, Mene-
 laus quum à se manu Adrestum reieciisset, Agamemnon
 hunc graui lancea in uentre percussit: deinde in pectus
 collapsi pede impresso, telum eduxit. Nestor autem uoci-
 ferans * admonebat, O' socij, o' Danai heroēs uiri fir-
 tissimi,

Adrestus Me-
nclao.

Agamemnon
Menclao.

Nestor Gra-
cis.

tissimū, nemo uestrū interpellet uictoriæ cursum, nemo tec-
rat tēpus in exuendis cadaucribus hostium, quo plurima
opima spolia & gloria retro frerat. Interimite hos
prius, mox per ocium interēptos, ubi relicti à nobis fue-
rint, spoliabitis. Sic dicens, animū accēdit, ardoremq; sin-
gulorū, ita ut Troiani à Græcis superati, nusquā repressa
fuga urbem ascēdissent, nisi Helenus Priami filius idēm q;
augur longe optimus, Aeneā Hectorēq; adiens, ita fuisse
allocutis: Aenea Hectorq;, quoniā uobis omniū fortissimis
& prudentissimis hæc moles imponitur, ut pro ceteris
Troianis ac Lycijs curān laboremq; subeatis, subsistite
hic: lustrātesq; undiq; hic ante portas, copias omnes co-
gitc, easq; ad pugnam exhortamini, priusquā inter uxo-
rum amplexum ab exultantibus insultantibusq; Græcis
trucidentur. Nos interim et si dura in conditione, tamen
quia necessitas urget, impetum hostium sustinebimus. Tu
quoq; Hector ingressus urbem, cōmuni amborum matri-
dices, ut coactis amplissimis quibusq; foeminis, & dem Pal-
ladis, quæ in summa arce est, adeat: opertoq; templo, pe-
plum, quem illa in penatibus pulcherrimū, honestissimū,
preciosissimum habet, palladio induat numini, spōdeatq;
duodenos, qui nondum iugum subierint, boues se quo-
tannis codem in templo immolaturam, si misera nostræ
urbis, misera uxorum, misera parvulorum liberorum, à
muriis arceat Diomedē suum, terribilē bellatorē, quemq;
fortissimum ego inter omnes Græcos existimo. Neque
enim unquam Achillem, quem dea genitum dicunt, uiri-
bus corporis omnium longe principem tantopere exti-
muimus, quātum extimescimus Diomedem, cum quo ne-
mo audet cōferre manus. Ea ferocitate dimicat, atq; adeo
furit. Hec Helenus. Cuius consilio acquiescens Hector
frater,

Helenus Aeneas
& Hectori.

frater, protinus, ut erat armatus, è curru desiliit: ac p̄fixa ferro iacula manu quatiens, omnes ubique copias obibat, & eas animabat ad pugnam. Ad cuius imperium instauratum est pr̄leum, Græciq; omissa cæde, quam defugientibus faciebant, non nihil retro sese dederunt, censes ea re Troianos à fuga in bellum esse repente conuersos, quòd aliquod eis auxilio numen cœlitus descendisset. Hector autem uociferans, ita suos admonebat: O' magnanimi ciues, ac uos magnanimi socij qui ad longin= Hector Troia
nis.
 quam expeditionem uenistis, nunc operas fortibus uiris dignas edite, nunc strenuum animum sumite, nunc in acie state, dum ab urbe redeo, quòd pergo denunciatum primarijs foeminijs, nostrisq; uxoribus, ut dæmonibus suppliant, eisq; solennia sacrificia spondeant soluenda, si illi ipsas exaudiant. Hæc cum dixisset abiit, nigro corio, quod oras scuti circuibat, ceruicem talosq; uerberante. At Glaucus Hippolochi filius, ac Tydides in medio amborum exercituum, ut inuicem confligerent processerūt: qui cum iam propinqui essent, ad iectum se utriq; aptantes, prior Tydides Glaucum ita affatus est: Quis tu es tandem fortissime mortalium, qui ex aduerso tam longe à cæteris procedis? (Neq; enim te unquam antehac in acie uidi) tibiq; tantopere confidis, ut mecum cōgredi audeas, quod quicūq; sunt facere conati, ipsorum morte miseram parentum senectutem reddiderint? Post quos cum tu similia tentes, homo an deus aliquis à cœlo delapsus sis ambigo. Quòd si deus es, certiorcm me fac. Nam uon est mihi sententia pugnare cum dijs, ut Lycurgus Driantis filius fecit, fortis alioqui uir: sed postquam cum superis contendū sibi putauit, non diu postea uixit. Hic enim aliquando apud sacrum montem Nysæ nactus temulētas Bacchi

Glaucus Dio-
medes.

comites, eas est infecutus, nec ut Bacchus reveritus, sed ut
uaccas urgens, prout quanque furioso cursu assequebat-
tur, stimulo pungebat, & omnes humi abiecere thyrso-
coegerit. Bacchus quoque timore perterritus, immani cum
clamore urgentem Lycurgum cum aliter uitare non pos-
set, in maritimis fluctibus se abdidit: quem pauidum, ex-
animatum, trementem, nec adhuc securum, Thetis in
suum sinum recepit. Ea propter dij immortales in Ly-
crugum uehementer irati sunt, eumq; Saturnius Iupi-
ter perpetua cæcitate affecit, nec ita multo post (ut dixi)
extinctus est, dijs omnibus ipsi infensis, quod mortalis-
cum immortalibus dimicasset. Huius ego exēplo non com-
mittam ut tecum pugnem, si ex numero es deorū: sin ue-
ro ex hominum, hoc est, unus eorum qui non ambrosia &
nectarē, sed frugibus uictitant, procede, ut & tu meis ma-

Glaucus Dio-
medi.

Homines fron-
dibus ac folijs
similes.

nibus sicut cæteri oppetas mortem. Cui respondens Glaucus,
Quid, inquit, à me Diomedes natales meos sciscita-
ris? Eiusmodi est hominum genus, cuiusmodi et frondi-
dium, ut quemadmodum illarum alias uenti autumnales
executiunt, alias iterum sub uernum tempus arbor grana-
da producit, assiduoq; tenore primæ queque occidunt, re-
centesq; succrescant: sic hominum alijs obeuntibus, alijs
nascuntur. Quod si te iuuat, qua quisq; familia oriundus
sit cognoscere, referam tibi natales meos, & quidem ita,
ut plane cognoscas. Sunt enim ualde illustres & celebres.
Est oppidum Ephyra in mediterraneis Argeos posita,
ubi habitauit Aeoli filius Sisyphus ille cunctorum homi-

Bellerophon -
tis fabula.

num locupletissimus, qui genuit Glaucū. Ex Glauco na-
tus est Bellerophontes, uir munere deūm eximij tum robo-
ris, tum decoris. Hunc Proctus omni Græcia rerum poten-
tissimus, sub cuius manu Iupiter Bellerophontem esse uo-
lucrat.

Lycurgus
dijs excaca-
sus.

lucerat, quomodo ad mortem mitteret, machinatus est. Cer-
 te ut à patria sua abesset, effecit: neq; id sua sponte, sed au-
 tore antea uxore, quæ falsam detulit ad uirum querelam.
 siquidem ubi continētissimum iuuenem ad furtiuum cum
 ipsa concubitum allicere non potuit, sóns insontem apud
 regem accusauit, inquiens, Prœte, aut tu morere, aut Bel-
 lerophontem interime, qui me de stupro compellauit, &
 nolenti uim uoluit inferre. Quæ cum audisset rex tam
 obscœna, tam fœda, ingeuti in illum indignatione com-
 motus est. Veritus tamen iur. & familiaritatis offendere, non
 putauit sibi fas esse, ut suis manibus & domi suæ de homi-
 ne supplicium sumeret: sed satius, alteri hoc ministerium
 iniungere. Itaq; in LyCIAM ad Rheuntēm sacerum mittit
 cūm compositis codicillis, quos multis ad mortem perti-
 nentibus exaratos ob-signatos q; dederat ignaro perfer-
 re, per quos iubebatur occidi. Qui ubi in LyCIAM perue-
 nit, & ad fluenta Xanthi, non sine deorum tutela miro-
 cum honore à rege LyCIORUM exceptus est, & nouem die-
 bus hospitaliter exceptus, immolatis per singulos dies, in
 ipsius aduentus letitiam singulis bobus. At postquam deci-
 mis illuxit dies, rex à Bellerophonte, num quid literæ
 rum à genero afferret, quæsiuit, ac dari poposcit. Qui-
 bus acceptis, apertis, lectis (continebant autem & crimen
 Bellerophontis & pœnam) principio imperat ut Chimæ-
 ram expugnet atque occidat, animal indomabile, inexpu-
 gnabile: neq; humano, sed diuino genere ortum: anterius
 quidem leonem, posterius uero draconem, medio autem ca-
 pram: atq; terribiles ex ore flammarum globos cum spi-
 ritu effudentem. Hanc Bellerophontes omnibus deo-
 rum fretus auxilijs interimit. Secundo loco iussus est cer-
 tre cum pugnacissimis Solymis: quorum certamen so-
 h z lebat

lebat ipse narrare, quām accerrimum fūisset. Tertio con-
gressus cum fortibus Amazonibus, eas intercrevit. Postremo
aliud genus doli, quomodo hunc perimeret, ex cogitat. Ho-
minum robustissimorum ad fontem Lyciae insidias collo-
cat, ut reuerterentem aggressi obtruncarēt. Sed ipsi ē con-
trario nūquam domum reuersi sunt, ad unum omnes ob-
truncati. Hanc tantam uirtutis indolem rex admiratus,
atq; ex deo oriundum ēsse cognoscens, non dimittendum
aliō, sed illic statuit detinendum, statimq; filiam cum di-
midia & regni & dignitatis portione dedit uxori. Quin
ipsi Lycij exīsum quendam agrum partim consitum,
partim aruum, quem peculiariter coleret, eidem partiti
sunt, quem postea erraticum ab erroribus incolentis no-
minaerūt. Ex ea coniuge Bellerophontes tres sustulit li-
beros, Isandrum, Hippolochum, & Laodomiam, quæ ex
compressu Iouis grauida dium Sarpedonem genuit. Post-
quam autem dijs factus inuisus est, in suo agro errabat,
consortia hominum fugiens, & solitariā ac moerore ple-
nam uitam agens. Nam Isander quidē dum aduersus So-
lymos pugnauit, à præside bellorum Marte occisus est.
Laodamie uero Diana irata mortem attulit. Hippolochus
autem qui ex tribus supererat, me genuit, & huc ad bellū
Troianū dimisit, multis uerbis iubens, ut niteret semper
ad optima, & inter ceteros existerem eminentissimus, ne
alioqui genus meum dedecorarem, degeneraremq; à ma-
ioribus: quos cōstat ex omnibus, qui uel in Ephyra, uel in
Lycia fuerunt, longe fuisse eminentissimos. Et hoc est meu
genus, & ex hac familia me ortum ēsse præ me fr̄o. Hæc
Diomed. cum audisset Tydides, letatus defixa humilancea; Glau-
Glauco. cum benigna oratione affatus est: Enī uero tibi mecum
uetus hospitium est iam inde à nostris maioribus, quip-
pe ab

pe ab aeo meo Oeneo audiui à se domi nostræ uiginti diebus dium Bellerophontem auum tuum iure hospitij habitum, ambosq; se mutuis donasse muneribus: Oeneum quidem fulgenti Phœnices operis baltheo, Bellerophon tem uero aureo poculo ac fabrefacto, quod ego huc proficiscens domi reliqui. Nam de Tydeo patre meo, an patri tuo familiaris fuerit, per etatem audire non potui, qui adhuc cum ille à nobis discessit ad Thebas, ubi cum alijs regibus populisq; Græcorum occubuit, paruulus eram. Quare necessitudinē hanc inter nos custodire debemus, & domi tuæ sit hospitium mihi, & tibi meæ, quoties aut me in Lyciam, aut te Argos uenire continget: simulq; huius necessitudinis in bello memores uterque ab altero, si obuij fuerimus, declinemus. Non enim parū multi sunt alij Trojanorum sociorumq; quos ego, uel deo uolente oblatos, uel pedibus meis fugientes asscutus, occidam causa Græcorum: quos, si tuæ uires ferent, poteris occidere. Atq; ut quemadmodum ambo præ nobis ferimus inter nos hospitij necessitudinem intercedere, ita cæteri intelligent, armaturā inuicem permuteamus. Hæc ubi dixerunt, de sua uterque biga descendit: consertisq; manibus, Diomedis & Glauco permuto-

lapide quinquaginta thalami, longa serie cohærentes, in quibus filij regis cum uxoribus: è regione, duodecim in star horum, in quibus filiæ regis cum uiris cubabant. Hoc in loco mater cum Laodicen filiarum pulcherrimam ui-

Hecuba seret, fit obuiam filio: prehensaq; illius manu, Quid tandem fili, inquit, relicto nunc ancipiti prælio, huc te confers? num ibi ex summa arce supplicaturus, quoniam supra muros execrandi Græci palantes Troianos fugant atq; interimunt? Mane igitur paulisper dum uirum tibi offero, quo primum patri Ioui libes, ceterisq; diis immortibus: deinde te recrees. Nam me miseram, ut defatigatus, ut exhaustus es? Tu pro uniuersis ciuibus ac socijs sollicitudinē geris ac pugnas. Recreabit autem te (mahi credere) potus. Hominis namq; defatigati ac defecti suaui uino mire & animus excitatur, & robur exurgit. Cui magnus

Hector **Hecuba.** Hector respondens, Noli, inquit, afferre uinum ueneranda mater, ne me potius enerues, animusq; mihi ac robur elangescat. Et nefas censeo ac piaculum, illotis manibus sanguine ac sudore concretis, Ioui supplicare. Tu mater, tu potius, coactis primarijs foeminis, cum libamentis atq; odoribus pergas ad inclytæ Minerue tēplum: & peplū, quæ in penatibus preciosissimum, amplissimum, speciosissimumq; habes, palladio induas: numiniq; spōdes duodenos, qui nondū iugum subierūt, boues quotannis te eodē tēplo immolaturā, si miserta nostræ urbis, miserta nostrarū uxorum, miserta paruolorum, à muris Troianis arceat Diomedem, sæcum terribilemq; bellatorem. Tu itaque mater illuc ibis, ego uero ad lares Paridis pergam, ut accersam cum ad prælium, si me tamen audire uoleat: cui utinam statim terra dehisceret, eumq; ego in ipsam telluris ueraginem uiderem ire præcipitem, quem Iupiter in Pri-

mu filio

mi filiorumq; eius ac Troianorum perniciem ali uoluit, amentem, cæcum, & nullum (ut arbitror) sensum suorum malorum habentem. His dictis, regressa illa domum, ancillas arcessitum ire ex tota urbe primarias fœminas iubet. Tum descendes in thalamum odoratum ac fragrantem, scrinia adit, aperitq; in quibus pepli doctissimis Sidi-
niarum fœminarum elaborati manibus, repositi erant. Quos ex Sidone speciosus Alexander attulerat, ea nauigazione, qua ad Trojan rediit, Helena abducta. Ex his Hecuba eum elegit, qui ultimo loco sedebat, speciosissimum, amplissimum, & in similitudinem astri micantem: atq; hoc sumpto inter numerosum confluentium fœminarum comitatum ad templum Mineruæ, quod erat in summa arce, se contulit. Quo cum uenisset, insignis Theano Cisseio genita & summu Antenoris coniunx, quam Troiani sacerdotio Mineruæ præfecerant, ualvas aperuit. Atq; cum cæteræ ingressæ passis manibus ante numen orantes, templum omne muliebri uociferatione implerent, ipsa de manibus sumptum peplum Palladio induit, deinde Pallas da his uerbis obsecrabat: Armipotens, & alma Iouis filia dia dearum Pallas, excute illud tremendum feri Diomedis telum, cumq; prorum ante portas Scæas solo sterne, ut tibi uoti cōpotes, & nūc duodecim qui iugum nondū subierunt boues, & quotannis totidē in hoc tēplo immolemus, miscræ huius urbis, Trojanorumq; matronarū, ac parvolorū liberorū. Sic illa precabatur. Pallas uero & huius, & aliarū preces abnuebat. Interea cū id mulieres agunt, Hector gerens manu decē cubitorum pilum, fulgenti spiculo cū circulo aureo præfixū, ad ædes cōcessit Alexadri, quas ille sibi in summa arce iuxta Priamū atq; Hectorē, thalamo, domo, aula præclaras edificauerat, adhibitus præstatis

Preces Troianarum fœminarum ad Palladium.

simis quibusq; qui in Troia essent, & architectis & fabris. Has ingressus, offendit in thalamo fratrem instruendo, ornandoq; scuto, thorace, arcu occupatum, Helenam quoq; stantem, & ancillis quomodo scientissime operarentur, præcipiem atq; iubentem. Eum à ianua Hector intuitus, fœdis in hunc modum increpuit uerbis: Dæmonie, quid hic te contines? profecto non probe tantam contraxisti animo indignationem. Tua causa tantum belli incendium conflatum est, tua causa ciues socij q; ad muros in acie stant, præliantur, occumbunt. Tua causa iam urbs cincta à uictoribus Græcis est, ac clamor bellantum sonitusq; armorum undiq; ex urbe exauditur. & tu domi ocium tenes? Qui si in prælio adesses, alij quoque si quos cessare cerneret, & ipsi pugnarent, & nisi facerent castigares. Tolle igitur moras, egredere in bellum, ne forte hæc urbs

Paris Hectori. concidat incendio conflagratura. Ad hūc respondes formosissimus Alexander, Quandoquidē, inquit, ex æquo me Hector increpasti, non præter æquum tecum ita loquar, ut uelim te meis uerbis aures accommodare atque attenderem. Ego uero nequaquam tantopere, quemadmodum tu existimas, iratus sum atq; succenso, ut propterea intra cubiculum manendum mihi putarem, sed acerbitate animi mei cōpescere uolebam. Nunc uero uxor blādis me affata sermonibus, ad repetendū bellum me induxit. id quod et mihi uidetur satius fore. Nā uictoria in hominibus altera res est: & ut modò uictus sum, ita rursus uincere potero.

Quare age, dum mihi arma circundo, paulisper expecta: aut abi, & ego in uia te assequar. Hæc Alexāder. Cui nihil respondentे Hectore, Helena mitibus eum sic allocuta est uerbis: Leuir mi, si te leuirum meum mihi appellare fas est catellæ misere atq; infelici oportebat quidē, quod uti

nam

nam fuisse, ut quo die primum me parens in lucem edidit, eo die infastus aliquis uentorum turbo aut in desertum montem, aut in mare nos fluctus asportasset, ubi demersa essem, priusquam ista quæ fuit, contigissent. Verum quando consilium dcorum fuit, ut in hæc mala inciderem, debueram certe meliorem sortiri maritum, cui è tanta uerborum factorumq; contumelia ab omnibus hominibus atq; ignominia doleret, & qui probra more hominum intelligeret. quod hic non facit, nullum neq; habens neq; habiturus hominis sensum. Quo magis reor ab omni eum negocio cum dedecore discessurum. Sed eia age milieuir, ingredere queso, ut sedeas parumper in hac sella. Tu enim es, quem præcipua rerum agendarum cura solicitat atq; angit, & qui plus laboris sustines propter nos duos, me catellam, & hunc improbum qui me adduxit, ambos infasto genitos fato, & à loue infandæ morti destinatos, ac post mortem apud omnem posteritatem futuros fabulam atque cantilenan. Ad hanc respondens Hector, Noli me, inquit, Helena, et si amatissimo facis animo, inuitare ad sedendum. Non enim acquiesca, solitus ut quamprimum redeam ad auxilium Troianorū, qui magno mei absentis desiderio tenentur. potius istum, ut maturet, hortare. ipse quoq; sibi hortator sit, quo me adhuc intra urbem consequi possit. Nam antequā muros egredi, ibo domū, uisurus domesticos meos, ac charam uxorem cum paruulo filio. Neq; enim scio an è prælio amplius ad conspectum eorum redditurus sim, an in acie Græcorum manibus confectus occubam. Hæc locutus Hector, abiit, & ad insignes lares suos perrexit. Ibi non inuenta intus Andromacha (exierat enim illa, & in turri stebat cum ancilla & filio plorans, & lachrymis madens)

Hector Hele-
nx.

Hector pedis- projecturus erat: & cum ad ostium uenisset, subsistens ad
sequis. pedissequas inquit: Agedum famula, sine mendacio mihi
respondeatis, quoniam ē domo Andromacha profecta est?
ad aliquam ne aut glorum, aut nutricum, an ad Palladis
templum, ubi aliæ fœminæ immanem deam placare nituntur?
Pedissequa He tur? Cui propere respondens præposita familiæ, Quoniā,
etori. inquit, Hector tam impense nos cogis ueritatem loqui, illa
neq; ad aliquam uel glorum uel nutricum, neq; ad Palladis
templum, ubi aliæ fœminæ immanem deam placare nituntur, sed una nutrice comite, quæ puerum gestat, ad alteram murorum turrim profecta est, properans, attonita, & insaniens simulma, quod audisset uchementer urge
re Græcos, profligari Troianos. His auditis ex illa, He
ctor egressus domo abibat, qua uenerat uia, per mediæ ur
bis insignes plateas tendens ad Scæam portam, qua erat
in campum proditus. Ad quam aduentanti ac iamiam
egressuro uxor rapido cursu obuiam fertur. Hæc est An
dromacha Ectionis filia, qui apud opulentas Thebas
agens, Cilicensibus imperauit. Comitabatur autem eam fa
mula, eademq; nutrix cum alumnio suo Hectoris & An
dromachæ filio: quem ad sinum baiulat, paruulum, tene
rum, festuum oculis, & toto ore sidereo, cui pater Camā
drio imposuerat nomen, sed eum cæteri Astyanactem uo
care maluerunt, quod solus illius pater urbem tutaretur.
Hoc conspecto arridens Hector, tacitos in eo oculos desig
ebat. Tum Andromacha, ut erat soluta lachrymis, acce
dens, manumq; uiri prehendens, inquit: Daemonie, tua ista
te ad interitū precipitabit audacia. Crudelis, non te mise
ret paruuli filij, non te miscret mei, quæ infelicissima pro
tinus, si egredieris, futura sum uidua? Continuo nāq; omni
bus in unum ingruentibus Græcis trucidabere, ut mihi
ante

Andromacha
Hectori.

antequam hoc uidcam , utilius sit ab ipsa tellure sorberi.
Quod enim muscræ, si te aruitam, superest gaudium? quæ
uoluptas? quæ uitæ iucunditas? Quid nisi assiduus dolor?
continuus mœror? perpetuæ lachrymæ? An oblectarē eti-
tem meā cū altero uiro? An uero sustinere possem alijs me
ullis cōmittere amplexibus? An parētum contubernio ute-
rē at illi mihi crepti sunt. An fratrū solatio animū tormē-
ta mitigarē? at eos, qui mihi septē crāt, uno die emnes ami-
si, omnes crudelissimus Achilles, cū armēta boū atq; ouū
greges pascerēt, interemit. Idē illorū meūq; parētum uita
priuauit, euersa prius pulcherrima ædificijs & frequētis-
sima populis urbe Thebana, ubi pater regnauerat, ubi ex-
orta sum, ubi nunc circa sepulchrum patris consitis ulmis
nymphæ Oreades Iouis filiæ habitant. Neq; hūc postquā
uita exuit, exuere etiam armis uoluit (religiosum nanq; id
sibi putauit) sed armatum combussit, eiq; bustū fecit. Idem
matrem meā cū uniuersis regni opibus abduxit, quā immē-
sa summa redemptam Diana apud ædes paternas commo-
rātem sagittis interfecit. Nunc mi Hector unus mihi reli-
ctus es, tu mihi es omnia. Idē pater es idē mater, idem mihi
iucundissimus es maritus. Quare miserere quæso huic mi-
seræ, ne orbata uiro fiat miserior. Miserere cōunis filij,
ne infantē pupillū pater uiduc matri relinquas. Mane hic
apud turrim, ac cæteros coge ad caprificum, ut hinc urbē
defendāt, ubi muri minus ardui sunt, & quā urbs maxime
à discurrentibus hostibus circumiri, inuadi, & expugnari
potest: quā etiam fortissimi quique Græcorum, ducibus
utroq; Aiace, utroq; Atrida, Idomeneoq; ac Diomede,
ter irrumperet tentarūt, siue admonitū alicuius auguris se-
cuti, siue sua spōte inducti, suisq; uiribus aut sua audacia
freti. Cui respōdes Hector, ista quidē, inquit, omnia uxori
que

que connumerasti, et mihi cure sunt: eadem ipse cogito,
 eisdē moneor. Sed Troianos Troianasq; erubesco, si ue-
 lut imbellis quidā eminus à cæteris subterfugiam pugnā.
 Et nihilominus non patitur animus ignauie sibi esse con-
 sciens, et ne mihi dissimilis sim, qui consucui semper gna-
 uiter agere, et in primis strenue pugnare, ut et mihi et
 patriæ magnæ gloriæ essem. I am uero non me præterit,
 fore, ut aliquando illustris Troia cum sapientissimo Pri-
 amo alijsq; Troianis excindatur à Græcis. Qua ex calamī
 tate ego non tantopere dolco uicem aut meorum ciuium,
 aut germanorum, qui et complures mihi sunt et egre-
 gij, hostilibus manibus mactandi, inhumatiq; relinquē-
 di, aut Priami patris, aut Hecubæ genitricis: quantum tu-
 am, quod in alicuius hostium manus captiuua peruenies,
 quod flens ac lugens in Græciam transportabere, quod
 ibi inter gregem ancillarū texes: quod aquam seruilem in
 modum, nunc prima luce, nūc meridie feres: inuita tu qui-
 dem, et quantū in te erit, renitens: sed acerba seruitij ne-
 cessitate cogeris. Atq; erunt qui tunc dicant, cum tantum
 uim lachrymarū decurrere per uultus tuos intuebuntur:
 En uxoris Hectoris, qui in bello Troiano præstantissimas
 inter suos operas edidit. Hæc illi cum dicent, uulnus dolo-
 ris tui iterum rescindetur desiderio huiusmodi mariti, et
 qui si uiueret, te posset à tristi seruitute liberare. Verum
 tunc subter humū luce uiduus lateam potius, quam uiues
 tuam captiuitatem tuasq; lamentationes, aut per me, aut
 per alium audiā. Sic locutus Hector, utranq; manū filium
 amplexatus extendit. Ille auersans patrem, atq; exclamans,
 in sinum sepe nutricis infudit. Expauerat enim clau-
 sam patris galea faciem, mucantemq; ferro bucculam, ter-
 ribilemq; super conum, et motu ipso minaces cristas. Ad
 quam

quam formidinem pater ac mater cachinnos sustulerunt. Mox Hector, dempta capiti galea, humiq; deposita, filium iam nihil timentem postquam osculatus est, atq; in manus sumpfit, his uerbis louem aliosq; deos precatus est: Iupiter pater, uosq; alij dij, uelitis meum hunc filium in Hector lou. hac urbe regnantem, ea uirtute in tutanda patria, atq; ea gloria fore, qua nunc est pater suus. Cumq; redierit uictor à cæde hostium cruenta referens spolia, sint qui dicat, Profecto hic multo est, quam pater fuit, in marte præstantior. Quod uidens audiensq; mater, gaudio implatur. Hæc precatus, in manibus charissimæ uxoris collocatur. Illa ad uerba uiri, cum infantem fuisse amplexa, cum risu in lachrymas erupit. Eam intuens Hector ac miseratus, manu cepit, atq; ita affatus est: Dæmonia, non ita mihi te maceres. Nihil est quod te supra modum afflites timore mortis meæ. Mortem quidem effugere datum est nemini, siue ignauus sit ille, siue strenuus. In communianq; unusquisq; nascitur conditione mortalitatis. Mihi autem quisquis eripiet uitam, certe sine dedecore morientis eripiet. Tu uero, quod ad te attinet, abi domū: et quæ tibi curanda sunt, cura: telam et colum, ancillasq; exercce, et ut opcri domestico incumbant iubæ. Hoc officium munusq; tuum est. Viris autem suum relinque, ut current bella. Quod cum omnium aliorum proprium, tum inter Troianos præcipue nichil est. Hæc locuto Hectore, et casidem, quā deposuerat humi, tollēte, uxor digressa est. Et erupente maiorem in modū fletu, domum rediit. Quā cum intravit, ubi chorus familiarū aderat, ingentem cunctis ploratum excitauit. Videres ibi funebrem lamentationem, et uiuens adhuc Hector, quasi mortuus domi suæ plangebatur. Aiebant enim non posse cum uim uiresq; Græcorum effugere,

effugere, nec ad suos amplius esse è prælio reuersurum.
Vix Andromacha profecta; ecce ibi Alexander, qui non
diu moratus, cum primum decora sibi arma circundedit,
egressus pleno ueniebat gradu, similimus equo, qui diutur
no ocio pastus ad plena præsepio, tandem ruptis vinculis
fugit: nactusq; planitiem, erectis crepitib; pedibus,
sublimi ceruice insurgentibus iubis, currit aut in assueta
pascuis loca, aut in assueta lauationi fluminâ, aut uiribus

Paris. fretus in polias equarum. Talis Paris à summa Pergamo,
per urbem fulgentibus armis uadebat, ueluti gallus qui-
dam latus & alacer, atque sic celerans, fratri præsto fuit,
iam illinc proficisci uolenti ubi cum uxore fuerat ille con-
gressus. Ad quem sic prior locutus est: Maior natu frater,
festinantem ego te quām primum prodire tarditate mea

Hector. remoratus sum: neque celere, ut me iusseras, adueni. Cui re-
spondens Hector, Daemonie, inquit, tibi quidem nemo
æquis rerum æstimator bellicam laudē detraxit. Es & in
bello strenuus, sed libenter cessas, & ad bellum uenis inui-
tus, coactus, segnis. Qua ex re, cum te paſsim male au-
dire à cæteris Trojanis, qui tua causa plurimas patiuntur

erumnas, & carpi conuicijs audio, uror animo, ac

crucior. Sed age eamus in prælium, ista poste-
rius mitigaturi, cū domi fugatis è Troi.

na terra hostibus, cratera dijs im-
mortalibus ex more statuimus,

si quando nobis hoc .

Iupiter conces-
serit.

I L I A D O S H O-
M E R I C A E L I-
B E R V I I .



A E C cum dixisset Hector, ambo por-
tas egressi, ac prono in bellum animo ua-
dentes, non aliter se in conspectum su-
rum dederunt exoptatos, quam confla-
tus sunt, quos deus dat nautis per latu ma-
ris sp̄atia desatigatis in remigando, atq; exhaustis. Hic in
ipso statim aduentu duos principes uterq; intercremit: Ale
xander Menesthium ex Arna urbe, atque Areithoi &
Philomedusæ filium: Hector Eioneum, lancea inter cas-
dem thoracemq; in iugulum adacta. Glaucus quoque in
media pugna Iphinoum Dexiadem pilo percussit: & ab
equorum dorso, in quod ille insilierat, moribundum deter-
rebat. Hæc ut Pallas aduertit, dolens Achiuos manibus
Troianorum interfici, protinus ad sacram Troiam de cœ-
lo delapsa est. Cui Apollo, qui è Fergamo pugnam inspe-
ctabat, cupidus uictorie Troianorum, obuiam proces-
sit. Quum ambo apud fagum congressi essent, prior Apol-
lo, Quid tu, inquit, magni Louis filia coelitus ueniens
properas agere? quid contraria es? Ingens te, ut video,
trahit affectus. Nūquid ut uictoram de manibus Troia-
norum, quos tu iniuritis destructos omnino uis, eripias,
tradasq; Arguiis? Quòd si mihi acquiescis, malto præ-
stiterit: dirimamus prælium, nec sinamus hos ulterius
hodie pugna sœuire, pugnaturos postea eò, donec Are-
giui (quoniam ita uobis dijs est cordi) sacram Troiam
euertant. Ad quem respondēs Pallas, Sic, inquit: Apollo, Pallas,
ut ais, isto & ipsa animo à cœlo ad Græcos Troianosq;
descen

Apollo.

APOLLO. descendebant. Sed qua ratione censes bellum inter hos esse
 dirimendum? Hac inquit ratione Apollo: Inducamus He-
 catora, ut ultro prouocet Argiuos, postulans ex eis unum
 prodire, qui cu eo dimicet singulari certamine. Cuius ho-
 stes uirtute uigoremque admirantes, unum de suis deligat,
 quem cum dio Hectore committant. His Apollinis uerbis
**Helenus He-
 cotor.** Pallade acquiescente, Helenus intellecto deorum decreto,
 ad Hectorem accessit atque inquit: Hector fortissime pru-
 dentissimeque, obtempera consilio meo, quod fidele erit,
 quippe cum frater sim. Iube ceteros omnes tum Troia-
 nos, tum Graecos, intermissa pugna sedere spectates: atque
 eum qui ualidissimus est inter Graecos, prouoca ad singu-
 lare certamen. Neque te mortis teneat metus, nam si quid
 mihi credendum putas, uocem deorum immortalium exau-
 diui, qui nequaquam tibi morte ex hac pugna impendere
 dixerunt. His auditis, Hector mirum in modum letatus,
 processit in mediū: ac lancea, quam mediā tenebat, Tro-
 ianorum phalanges cessare, et retro sessum se recipere
 iubebat. Quibus ad unum omnibus obtemperantibus, et
 se in seriem recipientibus, Agamēnon et ipse eundem in
 modum suis imperabat. Pallas autem atque Apollo, sub specie
 uulturum præcelsam Iouis sagum insidebant, leti illo tot
 armatarum cohortium spectaculo. Sedeabant autem cohortes
 horrenda quadam specie densatis clypeis, cascidibus, lāceis.
 dicerē similes fluctibus, quos recens boreae spiritus è fun-
 do ciet, et frequentes per atra ponti aquora propellit.
 Ibi Hector in medio utriusque exercitus stans, profatus est:
**Hector Graeci
 & Troianis.** Auscultate haec uniuersi Troiani pariter et Graeci, que
 ad uos constitui dicere: Fœdera quidem inter Alexadrū atque
 Menelaum Iupiter rerū arbiter fecit ut rata non essent,
 nimurum et uobis infestus, et nobis, excogitas quomodo
 hoc bel

hoc bellum nō habeat exitum, sed debellationis, & alter-
 utrius euersionis: ut aut uos Troianos cum urbe nostra,
 aut nos cum uestris uos nauibus euertamus. Nunc autem
 si quis uestrum (sunt enim istic præstantissimi quiq; Græ-
 corum) confidit sibi, ut mecum dimicet singulari certami-
 ne, agendum procedat, hac scilicet conditione quam dico,
 cuius Iupiter optimus maximus inter nos testis sit: Si me
 is, qui mecum dimicaturus est, occiderit, contentus sit ar-
 mis mortuum spoliasse. Cadauer autem reddat in urbē re-
 portandum, quod Troiani Troianæq; in ignē imponant,
 & funeri iusta persoluant: Sin contrā ego illum occide-
 ro, quam gloriam mihi Apollo tribuat, tantummodo exuā
 armis: quæ delata in urbem, sublimi Apollinis templo affi-
 gam, redditio suis cadauere, quod ad naues reportent, ubi
 ad oram Hellefontiaci maris sepeliant, eiq; insigne mo-
 numētum extruant, in longam usque posteritatem dura-
 turum, quo tempore qui nauibus hac præteruehētur, cum
 monumentum intuebutur, dicent, Ibi situs est uir grauis,
 quem in bello longe fortissimū priscis seculis eximus He-
 ctor occidit singulari certamine. Hec illi nauigantes cum
 dicent, uidetis fore, ut nunquam gloria mea oblitteretur.
 Hec Hector. Præstantissimi autem quiq; Græcorum quos
 prouocatio hæc appellabat, nihil respōderunt, sed diu se-
 se cuncti intra silentium tenuerunt. Quippe quos ut ab
 recusando pudor, sic ab accipiendo metus distinebat. Tā-
 dem Menelaus surgens, alto suspirio dolorem suum indi-
 gnationemq; declarans, hunc in modum in his qui tace-
 rent, probra ingeſſit: O' uiri uerbis animosi, non rebus: Menelaus
 nunc minaces homines, non pugnantes: nunc Graie, iam Græcis.
 non Graij: tantum' ne dedecus sustinere, tantum opprobrij
 pati potestis, ut omnino ex uniuerso nomine Graiorum

nemo existat, qui armis cum Hectore decernere audeat? Itaque uobis imprecor, ut istic, sicut sedetis ignauit, timidi, in glorij, aqua et tellus efficiamini. Ego uero ne honori et Gracia et meo desim, contra Hectorem arma sum mere non recuso. Penes deos autem est, cui uelint indulgere uictoram. Haec locutus, arma quae deposuerat, sibi induebat, ut in hostiem se conferret. Quia in pugna ultimus tibi dies Menelaë illuxisset, sub Hectoris manibus (multo enim uiribus erat te ille præstantior) occasuro, nisi ceteri principes surrexisserent, prehensamque retinuisse sent: et in primis Agamemnon, qui dextera fratris arrepta, hoc cum sermone compescuit: Menelaë, insanis, nec quid coneris intelligis. Inhibe feruorem istum animi, et si inhibere difficile. Neque enim te finam tanta uesperia dusci, ut præ studio contentionis uelis cum fortiore pugnare, et manus conserere cum Hectore, quem ceteri reformidant, quem Achilius ipse in bello aggredi exhorrescat. Achilles inquam, qui te longe est fortior. Tu quidem reclipe te sessum ad comites tuos. Erit autem quem Graeci aduersus Hectora esse idoneum ducant, qui quantumvis intrepidus sit, et certandi insatibilis, tamen affirmo, si modo morteni effugiet, libenter dirimet pugnam, libenterque et quo marte discedere uoleat, et ob hoc diis gratias aget. Haec dicens Agamemnon, germanum à sententia reiecit, in suamque (grauiter namque locutus erat) adduxit. Famuli uero ubi Menelaum fraterno cedentem consilio uiderunt, lati protinus armis ab humeris exuerunt. Tunc surgens sacra quoadam prædictus maiestate Nestor, O' indignum facinus heroës, inquit, heu quantum mœroris ex hoc nuncio accipiet Graecia, quantum Peleus Myrmidonum et imperio et facundia princeps: Peleus ille, qui donu sue per-

conta

Agamemnon
Menelaus.

Hector Graecis.

contatus singulorum uestrum genus ac parentes, tan-
ta cum uoluptate referentem me audiebat: quam fre-
quenter nunc è cōtrario seniles illas manus tollet ad cœ-
lum, rogans à diis immortalibus se uita priuari, & ad
inferos trudi, cum audiet cunctos Gracos terrore per-
cussos, noluisse dimicare cum Hectore. Quod utinam tu
pater Iupiter, & tu Minerua, & tu Apollo faceretis,
ut annos pubertatis agerem, qualis olim fuit in bello Py=
liorum atque Arcadum apud clamosum Ocyronem, pro=
pe fluenta Iardani, ad muros urbis Phee. Erat illic Ereuthalion quidam, uir tum miraculo corporis, tum excel= lentia armorum præcipius. Donauerat autem ea arma
arbiter bellorum Mars dio principi Areithoo, quem uul= go Clauarium nominabant, quod non gladio, non lan=
cea, non sagittis in bello uteretur, sed ferrea clava, qua
sola hostiles phalanges perrumperet. Hunc Lycurgus
cum uirtute non posset, arte trucidauit, aggressus inter
angustias uiarum, ubi nullus foret clavae usus, nihilq; te= lumi ad arcendam necem domino profuit. Quippe occu=
pato ictu, Lycurgus medium lancea transfodit, resupi= numq; humi prostrauit, ac mortuum arnus exuit, quibus
postea semper dum ætas tulit, omnibus in bellis est usus.
Postquam uero per ætatem res amplius bellicas administra= re non poterat, Ereuthalioni spectato famulo gestanda
concessit. Hoc itaque Ereuthalione his armis induito, con= fidete, anteq; cæteros socios progresso, et fortissimū quæq;
de nostris ad singulare certamen prouocante, cum reliqui
timore perterriti cōtinerentur ac tremerent, ego et si mi= nimis omnium natu eram, non sustinui animo detrectare
pugnam: confisusq; mihi ipsi sum, & audacia mea Pallas
affuit, gloriāq; insignē cū uictoria protulit, hoste occiso,

quem uidisses ut ualentissimum, ita ualentiissima immensi
 corporis mole humi iacētem. Quod si qualis tum fui æta-
 te & uiribus, talis nunc essem, ultro aduersus Hectora me
 conserrem. Nunc cum flos omnis Græciae adsit, nulli ue-
 strum præsens animus est, ut prouocantis certamen acci-
 piat. Ad hanc senioris Nestoris castigationem commotus
 chorus ille nouē fortissimorū surrexit, significans se unus=
 quisq; eum esse, qui uelit pugnare cum Hestate, sed mul-
 to ante ceteros princeps exercitus Agamemnō, post hūc
 Tydides, deinde uterque Ajax, Telamonius, & Oilei fi-
 lius: tum Idomeneus, unā cum famulo suo Merione, post
 Nestor Græcis, hos Eurypylus, & Thoas, atq; Ulysses. Quibus Nestor
 sic protinus, inquit: Sortiendum inter uos est, cuius sit fu-
 tura pugna cum Hestate. Veruntamen quemcumque fors
 deliget, eum almonitum uolo, si ex hoc certamine inco-
 lumis euaserit, & sibi & reliquis Græcis priuatim et pu-
 blice uoluptati ac gloriæ fore. Sic locuto Nestore, nouem
 sortes pro se quisque suam, quo uisum est signo, notaue-
 runt, easq; in Agamemnonis galeam deicerunt. Inter ea
 plebs sublatis in altum oculis manibusq;, his uerbis obse-
 crabat: Iupiter pater, da ut aut Aiacus Telamonij, aut
 Diomedis, aut Agamemnonis sortis exeat locus. Atque ita
 euenit. Aiacus, quē potissimum cupiebant, fors prolata est.
 Frotulit autem eam Nestor, prius concussa galea cū for-
 tibus, deditq; præconi circumferēdam ad singulos, & cu-
 ius manu signata esset agnoscēdam. Acceptam præco à si-
 nistro in dextrum means, singulis gradatim ostendebat,
 nullo signum agnoscente: cum ad Aiacem Telamonium,
 qui uimius erat, deuenisset, adueniēti Ajax manum por-
 rexit, sortem accepturus, inspecturusq;. Ea tradita, in-
 specta, & cū gaudio agnita, mox ibi ante pedes suos ab-
 iecta,

iecta, ad proceres, inquit: O' socij, sors mea est, ex meam Aiacis oratio
 potissimum quidem gaudeo. Videor nanque idoneus, qui
 Hectora superare possum. Vos autem, dum armis me in-
 struo, uota facite Ioui, non tamen palam, sed silentio, ne
 Troiani formidinis signum interpretentur: aut sine silen-
 tio, si uultis. Quid enim uerear, illi ne plus animu capiant?
 Ego uero eorum, neq; Hectora, neque quempiam formu-
 do. Nam si quid mihi genus & patria & educatio con-
 fidere permittut, profecto nemo erit, qui me tanquam pa-
 rum fortem aut tanquam parum peritum rei militaris ter-
 ga uertere compellat, fugientemq; audie prosequatur. Sic
 locuto Aiace, intuentes in cœlum illi pro se quisque dona
 strebant. Inter quos erant qui hunc in modum precare=
 tur: Iupiter pater, qui monte Idaeo præsides, idem opti-
 mus maximus, largire Aiaci ex hac pugna honestam cum
 laude uictoriæ. Aut certe si Hectorem amas, eiusq; tibi
 cura est, idem roboris utriquo, idem ambobus ex hac pu-
 gna honoris & laudis tribue. His ita uota facientibus, A=
 iax interim se armabat. Atque ubi cum armatura instru-
 ctus est, processit, ut constaret aspectu ipso uere eum esse
 propugnaculum Achiuorum, sicut ingeti corpore, ita in-
 genti animo, ridenti uultu, sed tamen feroci, pleno gradu,
 ac sublimi dextra trabalem lanceam quatiens, sinistra il-
 lud scutum immane prostrens, turris instar, quod ei sece-
 rat longe optimus artis scutariæ opifex Hœtichius, qui
 habitauit apud Hylen, ex septem electorum boum tergo=
 ribus, inducta desuper lamina ferrea. Et qualcm ferunt
 Martem ipsum ad bellum ire hominum, quibus acres Iu-
 piter incutit siimulos inter se decertandi, talis ad certame
 Ajax ibat. Quem ita strenue euntem Græci uidentes, ma-
 iorem in modum letati, optimam spem uictorie capie-
 bant.

bant. At Troiani ingenti metu correpti contremiscebāt, adeo ut ipsum quoque Hectorem corde ob metum uchein-
mentius palpitante, prouocasse pœniteret. Sed iam non erat integrum pugnam detrectare, & ad suos se recipere,
quia ad certamen ultro ipse alterum prouocasset. Ille ubi
proxime ad Hectorem accessit, stetit, cuniq; munacibus uer-
bis allocutus est: Hector, hodie cognoscet plane ex singu-
lari certamine, quales sint, quos tu prouocasti, færtissimi
qui que Grecorum, Achille excepto. Ille enim præter ca-
teros & ardore animi pollet, & robore corporis. Sed
nunc Agamemnoni principi infensus, in tentorijs se con-
tinet. Secundum Achillem complures sunt idonei tecum
soli cum solo conserere manum, quorum ego unus sum.
Quare age capesse iam pugnam, ac tu incipe. Cui respon-
dens magnus Hector: Ne mecum, inquit, princeps Ajax
uerbis agas ad terrendum appositis, tanquam cum mulie-
bri sexu, aut puerili ætate, cui per imperitiam rei bellicæ
facile timor incutitur. Ego scientia rei militaris peritus
sum, ego mortiferos iclusiustrare et propulsare didici, to-
tosq; dies sub armis in diro Marte transfigere scio. Nunc
sinistro, nunc dextro brachio parvam gestans, utraque
manu pugnare scio. Quomodo ex equis dimicandum sit,
quomodo in pedestri certamine, scio: deniq; quomodo ho-
stis insidijs sit atque arte fallendus. Verū cum talis sis uir,
nolo te ex occulto, sed ex aperto ferire, si feriam. Hæc di-
cens, trabalem retro lanceam reduxit, in Aiacemq; con-
torsit. Que in scutum Aiakis illata, à chalybea lamina,
que extima & octaua erat, ac sex corijs transactis, ad se-
ptimum hæsit. Tum Ajax secundo loco suam & ipse ui-
brauit, quo modo Hectoris opertum chalybeum clypeum
traiecit, uerum etiam fideliissimum thorace ad ipsum usq;
uen-

uentrem : quem etiam traieceret , nisi ictus impetum He-
ctor declinatione uitasset. Tum utrique euulsa hasta , qua
percussi erant , eaq; librata , concurrunt , rapidis leonibus
similes apri's ue , quorum etiam non imbecille est robur . Et
Hector quidem medium Aiacis scutum seriens , ferrea la-
minam non perrupit , sed reflexo ad ictum spiculo hasta
resiliit . Aiax uero ad ictum insurgens , parma Hectoris
fregit , sed non ita ut perforaret . Nam dum eam Hector ad
exciplendum ictum paululum deflexit , hasta uero è par-
ma fugiens nō nihil de collo Hectoris , seruata tenore , per-
strinxit , atro cruro qui statim profluxit , uulnus indican-
te , quo nihilo minus à pugna Hector non desistit , sed ali-
quantulum relato pede , atque prægrandi rudiq; saxo ,
quod humi iacebat arrepto , ipsum umbonē hostilis scu-
ti cum immanni fragore percussit . Tum Aiay sublato in-
uicem lapide , multo quam illius fuerat uastiore , & uelut
molari , in hostem terribilis fertur : aduocatisq; omnibus
uiribus , in rotundo clypeum serit , introrsumq; perfrin-
git . Quo ictu offensis Hectoris genibus , quantus fuit re-
supinus supra ipsius clypeum cum ruina extendit . Eum
tamen protinus Apollo alleuauit . Et forte strictis gladijs
rem cominus egissent , nisi præcones Iouis , & hominum
angeli affuiissent , Talthybius atque Idæus : hic Troia-
norum , ille Græcorum : uterque uir prudens , uterque sce-
ptrum manu gestans . Qui cum sceptra pro se quisque in
medium pugnatorum dirimendi certaminis gratia inten-
dissent , Idæus , ut erat grauis , his illos uerbis affatus est : Idæus.
Ne ulterius charissimu filij , ne pergatis dimicare . Desi-
nite à pugna , ambos diligit Iupiter , ambo estis bella-
tores , & tales uos esse omnes cognoscimus . Nox iam ad-
uentat . Cui ut pugna dirimatur admonenti parere ius est .

Ajax. Adhunc respondens Ajax, Idæe, inquit, iubeto ista Hē-
ctorem ipsum potius dicere, cui attinet, ut quemadmo-
dum prior prouocauit omnes Græcos ad pugnā, sic pri-
or desistat à pugna. deinde ego non grauate tibi parebo.

Hector. Cui Hector inquit: Ajax, quoniam tibi tanta dono dei
adest magnitudo membrorum, tantum robur, tanta etiam
solertia atque prudentia, ut omnes Græcos in pugnando
facile uincas, desistamus hodie à dimicazione, post hunc
diem dimicaturi eousque, dum dæmon decernat utrorum
sit, nostra an uestra uictoria. Nox iam aduentat, cui ut
pugna dirimatur admonenti parere ius est: eo quidem
magis, ut ambo reuersi in columnes, tu ad naues, ego ad
urbem, nostros uterque gaudio afficiamus: tu Græcos o-
mnes præcipueq; amicos ac necessarios tuos, ego Troia-
nos atque Troianas, quæ nunc apud sacram edem pro-
me numen comprecantur. Ad hæc honorificis nos inui-
cem donis muneremus, ut sint è Græcis Troianisq; qui
dicant: Qui prius de uita tanto cum ardore dimicarunt,
hi contracta amicitia cum donis mutuo acceptis digressi
sunt. Hæc locutus, ensem argenteo capulo, quem alliga-
tum insigni zona gestabat, ab humero detrxit, ac ua-
gina inclusum progressus Aiaci in manum tradidit. Ille
uicissim radiantem Phœnicio artificio balteum Hectori
dedit. Atque ita mutuis donati muneribus, in diuersum
uterque digressi, ad suos reuerterunt. Troiani præter
spem ab illa ui Aiacisq; præualidis uiribus non modo li-
beratum, uerum etiam illæsum Hectora esse gaudentes, ad
urbem eum deduxerunt. E diuerso proceres Græcorum
Aiacem ad Agamemnonem deducūt, lætum exultantemq;
uictoria. Quos ubi in tabernaculum suum accepit Aga-
memnon, ibi Ioui optimo maximo bouem immolat marē,

atq;

atq; quinquennem. Tum circunsusi cæteri corium exiūt,
 exta proferunt, carnem pro more concidunt, ueribus in=
 figunt, torrent scienter, tostam è ueribus detrahunt: fini=
 toq; labore, atq; omnibus rebus ad eœnam præparatis, di=
 scumbunt, opipareq; uescuntur. Tunc Agamemnon sum=
 ptis bouis cum tergore cornibus, Aiacem præter cæteros
 conuictores honoris gratia donat. Postea uero cum cun=
 ctis cibo potuq; satiatis, mëse remotæ sunt, Nestor cuius
 pauloante consilium fuit & iudicatum est optimum, an=
 te omnes hunc in modum ad illos exorsus est: Agamemnon
 uosq; alij proceres, multorum ex uestris, quos atrox ho=
 die Mars absumpsit, animis ad infernum profectis, corpo=
 ra pañim prostrata in suo sanguine iacent. eoq; oportet
 nos crastino die à belligerando supercedere, & bobus ac
 iumentis ad plastra iunctis, superuehere cadauera unum
 in locum exiguo à nauibus interuallo, atq; illuc exurere,
 ut inde collecta ossa, cù in patria redibimus, ad sui quisq;
 necessarij filios reportemus. mox campū uersus circa py=
 ram egesta humo, communem omnibus tumulum extrua=
 mus. Itemq; circa illum in tutelam & nostri & nauium
 excitemus arduas turrem cum amplis portis, quæ currus
 euntes redeentesq; commeare facile queant. Exterius ue=
 ro altissimā ducamus fossam cum aggeribus ac uallo, que
 circundatis à terra castris, tutos nos atq; equos reddat, si
 quādo superiores in bello Troiani, nobis terga dantibus
 fortassis instarent. Hæc Nestor. Cæteri reges una omnes
 sententiam collaudarunt. Cæterum non ut inter Græcos,
 ita inter Trojanos consultantes conueniebat: sed uehe=
 mens erat & seditiosa discordia. Nam coacto in excel=
 sa urbis parte consilio ante Priamu fore, uir grauiſſimus
 Antenor suæexit, atq; ita cōcionatus est: Troës & Dar= Antenor.
 i s dani,

Nestor Græc

dani, & uos qui nobis auxilio uenistis socij, audite sentētiam meam: Censeo eundum uobis ad Alexandri domum, & afferendam huc Helenam cū omni gaza, qua cum uenit, ut in manus Agamēnonis ac Menelai tradamus, quā secum soluta obsidione in Græciam reportent. Id quod nos facturos iureurando promisimus. Nunc eo tenerato pugnamus, ut non sperem quicquam melius quam uenit, cuenire posse, nisi ita, ut admonui agamus. Hæc ubi dixit Antenor, resedit. Tum Alexander surrexit, & ad Antenor.

Paris. cōuersus inquit: Antenor, quæ adhuc dixisti, ea mihi non approbantur, ac minime placent, cū neutiquam recte sis prolocutus: non tamē quia te fugiat, quid rectum praeuumq; sit. Nam si libuisset tibi, meliorem multo sententiā dixisses. Nunc aliter locutus es ac sentis. Quòd si ex animo locutus es, profecto, ut fateor, mentem dij tibi ademerunt. Ego uero diuersam à te apud hos, qui adsunt, sententiam dicam: Gazam quidem, quam ex Argis aportauit, omnem reddere uolo, & de mea domestica etiam accessione adiungere. Helenam uero nequaquam redditurus sum. Et hæc cum dixisset, resedit. Ad quos Priamus rex prudētia ac sapientia singulare surrexit, atq; inquit: Troes & Dardani, & qui nobis auxilio uenistis socij, audite sentētiam meam: Abite nunc ad suum quisq; hospitium, ut consueuistis, curatisq; corporibus meinetote excubiarum, & per uices singuli uigilias agite: Cras autem prima luce Idacus eat caduceator ad castra Græcorum, ut eis notam faciat conditionem, quam affert Alexander, qui huius belli est autor, an eam accipere uelint. Ad hæc nosris uerbis dicat, quod posulatu honestum est, uelint ne nobiscū inducas facere, quo ad occisorū corpora deuesserimus, reuerſi. postea rursus in præliū, pugnaturi q; eo usq;, quoad

dæmon

dæmon inter nos decernat, utrorum sit, an ipsorum, an nostra uictoria. Sic locuto Priamo, uniuersi et uoce summo= pere assensi sunt, & re obtemperauerūt. Prima autem lu= ce Idaeus ad castra Grecorum profectus offendit eos in concilio ad puppim Agamemnonis nauis de republica consultantes: procedensq; in medio eorū stetit. Tum uo= cali illa uoce mandata exposuit: Agamemnon uosq; alij proceres, Priamus me ceteriq; optimates Troiani ueni= re iusserunt, ut notam facerem conditionem, quam uobis offert Alexander, qui huius belli est autor, quiq; debue= rat, priusquam ista conaretur, interisse, uelitis nec' ne illam accipere gazam, quam secum huc ex Argis aduexit, uo= bis omnem uult reddere. Helenam uxorē Menelai reddere non uult, Troianis etiā reddere eam suadentibus. Ad hæc Priamus cum omni senatu suis uerbis ut hoc diccrem uo= bis, iniunxit, uelitis' ne nobiscum inducias facere, quoad occisorū corpora deuesserimus, reuersuri postea rursus in prælium, pugnaturiq; eosq;, quo dæmon inter nos de= cernat, utrorū sit, an uesira, an nostra uictoria. Sic Idaeus. Illi autem diu se omnes intra silentium tenuerunt, tandem Diomedes ita ad illos uerba fecit: Neq; gazam quis post= Diomedes, hac, neq; ipsam Helenam Troianis ultro offerentibus ac= cipiat. Nā uel pueris iam liquet, ultimum exitiū per nos immunere Troians. Sic locuto Diomede, cū ceteri Græci ob admirationem tam præclaræ sententiæ succlamsent, Agamemnon ad Idaeum inquit: Idee, tute audis quid tibi Agamemnon, respondeat Græci, nō est opus ut ego tibi, ut moris est, re= spondeā. Nam & ipse in eorū sententiā eo. Quod autē ad occisos attinet, nō inuideo illis extremū rogū. Nullū enim cū hominibus, postquā defuncti sunt uita, odiū est: nec ex eis sumenda est ultio, ut sepultura fraudetur, Huius inter nos

uolutatēq; scrutetur? Nō ne uides Græcos murales circū
naues extruere munitiōes cū fossa et uallo, nō litatis an-
tea sacris in deorū honores? Et huius operis gloria tam la-
te propagabitur, quātū terrarū aurora circūspicit. At ope-
ris quod ego atq; Apollo principi Laomedōti plurimo cū
sudore cōstruximus, fama in nihilum recidet. Ad quē uehe
mēter stomachatus Iupiter, Heu pudor, inquit, Neptune,
quæ oratio tibi elapsa est? quid ita rē friuolā extimescīs?
quod in te nō cadit, qui tātus es deus, sed in aliū quempīā
multo imbecilliorē. Et huius(inquit) operis gloria tā late
propagabitur, quātum terrarū aurora circūspicit. agedū
igitur ubi Argiui profecti surint hinc in patrias oras, di-
rue hos muros ad solū, atq; in mare præcipita: omneq; lit-
tus, ubi munitiones hæ sunt excitatæ, ita fabulo obrue, ut
ne uesigia quidē Argiue statiois appareat. Hæc dijs in-
ter se colloquētibus, et diei et operis finis fuit. Reuersiq;
Græci ab opere absoluto ad sua quiq; tentoria, mactatis
statim bobus cœnant, suppeditante etiā uino, cuius magnā
uim aduixerat onerariæ naues, è Lemno trāsmissæ ab Eu-
neo Iasonis et Hisipylæ filio, peculiariter uero mille la-
goenas Agamēnoni et Menelao pro munere. Hinc itaq;
Græci pro se quisq; uinū mercabatur rerū permutatione,
alij ære, alij ferro, hi corijs, illi bobus, nōnulli captiuis re-
bus cum uino cōmutādis. Atq; ita in noctē totā præclare
epulādo atq; potādo insomnē agebant. Troiani autem ac
Troianorū socij apud Troiam ipsi cœnitabāt. Eam tamē
noctē Iupiter male in illos cogitās, horrēdis fulminū toni
truis inquietauit: quo pauore attoniti, uinū in terrā è pa-
teris profundebant. Nemoq; ex his bibere sibi antē susti-
nuit, quam Ioui principi deorū libassent. Tādem cibo ac
potu refecti, mēbra quieti dederunt, somnumq; ceperunt.

Iliados

I L I A D O S H O -
M E R I C A E L I -
B E R V I I I .



V B lucem Iupiter (cum rutilans aurora
omnem terram illustrare incipit) in edi-
tiſſima radiantis olympi curia concilium
deorum habebat. Quibus cum silentio
auscultantibus ita uerba fecit: Audite o-
Iupiter. mnes dij pariter & deæ quæ dicam: & cum audieritis,
nemo uestrum, siue mas, siue foemina, orationi meæ con-
tur refragari, ne festināti mihi quod in animo habeo exes-
qui, sitis impedimento: sed uniuersi approbate. quod di-
xero: Quemcunq; ego uestrum à cœtu decorum seorsum
deprehendero proſectum ad ferendas ſuppetias, uel Ar-
giuis uel Teucris, hunc aut deformiter cæſum uerberibus
remittam in cœlum, aut in atrium illum et tam procul hinc
poſitum deiſiam tartarum, ubi ſubter ima terrarum cum
ferreis portis ac æreis foribus altissimum barathrum eſt,
tanta in infernū profunditate deinerſum, quanta ē cœlo in
terrā. Atq; hunc in modū cognoscetis, quāto Iupiter. rerū
arbiter omnīu decorū ſit ualētissimus. Quod ſi quātæ ſunt
meæ uires, iuuat experiri, et huius rei documētum queri-
tis, agedum auream reſtim ē cœlo ſuſpendite, eaq; cuncti
dij ac deæ apprehēſa, me hinc detrahite in terrā. Nullo id
quātumlibet nixu poteritis efficere. At cū mihi facere idē
irato libuerit, in terras uos uniuersos & in maria uſq; de-
traherem: quinetiam circūlizata reſte hac ad ſummitatem
olympi omnia ſuperne alleuarē, ut intelligatis quātū ego
deos ſimul atq; homines antecello. Sic Iupiter. Illi autē
diu ſe intra ſilentū tenuerunt, reputātes animo uehemē-
tiam

tiam acerbitatēq; orationis. Tandē Fallas rupto silentio Pallas. itā respondit: Iupiter pater ac regum rex , probe & nos compertum habemus, nullius deorū robur æque pollere, ut tuum: nec quicquid facimus, ideo facimus, quod tecum cōtendere uelimus , sed quod uicem Græcorum dolemus, quos tetrani in bello morte uidemus oppetere. Nūc quādo uetas opem illis ferre, nos belūm nō adibimus: consiliū autē, si qua in parte opus erit, cū tua uenia suggestemus, ne te ipsiis infenso omnes intereant. Ad quā subridēs Iupiter, ter, Bono animo esto dulcissima filia, uolo tibi gratificari quod postulas, audacter aggredere; quod petiſſi, nihil ob istud auditura obiurgationis à patre. Ita affatus , equos ad currum iungit, ut perniciſſimos, sic cōptis auro crini- bus decētiſſimos, tum aurea sibi arma circūdat, sumptisq; manu flagellis auro distiſſis, in bigā insiliſt: atq; equos, ut cursum incant, uerbere iubet. Illi tum sua sponte, tum iſſidentis imperio uolabant, medium inter calum ter- rasq; iter tenentes. Quos Iupiter, postquam ad nemo- rosam ſcarumq; parentem Idam deuenerunt, quem lo- cum Gargaron uocant, ſiſtit, ſcluitq; , ac densa, ne cui uideri poſſent, nebula operit. Erat autem illuc ipsius tem- plum, ad cuius aram aſſidua ſacrificio ſiebant. Dehinc in excelso montis uertice conſedit, inſpectans hinc urbem Troianam, illinc caſtra Græcorum, cum magna apud ſe ipsum uoluptate ex tanta ſua potētia ac gloria. Et iā ſub- latis mensis, Græci à coena diacres ad arma induenda ſe transferūt, ut quāmprimum exeat in expeditionē. Tro- iani autem è regione & ipſi armabantur, etſi paucio- res quām antea, tamen animati ad pugnandum, neceſſi- tate cogente eos, à perduellium manibus filios uxoresq; protegere. Igitur patefactis omnibus portis, uniuerſae copiae

copie equitum peditumq; cum ingenti strepitu prorum= punt. Atq; ubi in eandē ab utrisq; aream uentum est , ex infestis hastis, infestis clypeis, infestis armis cōcursum, hic uirium animorumq; declaratio, hic plurimus tremitus, hic pereuntium genitus, feriētiumq; cūm clamore exultatio, hic riui cruoris humi recurrentes, hic cadauerum strages tam Græcorum quam Troianorum. Atq; hūc in modum neutrī terga uertentibus, ab aurora aut ab exorto iubare ad meridiem usq; anceps belli Mars fuit. Qua hora Iu piter sumpta aurea libra, posuit in utraq; lance singula mortis fata, hinc Græcorum, illinc Troianorum. Eam per medium digitis apprehensam cum in altum traxit, lanx cum fato Græcorum in terra ubi erat, subsedit , altera è diuerso cœlum petente. Ergo ubi fatalem cladi Græcorum diem illum esse cognouit Iupiter, ab Ida cum horri= fico fulgure, atq; immani tonitruo in Argiuos fulmen im misit. Quo terrefacti illi atq; exanimati, omnes loco subducuntur, ita ut nec Idomeneus, nec Agamēnon, nec uterq; Ajax, nec ceteri manendum sibi putarent. Nestor autem Græcorum custodia, unus ex omnibus manebat : neq; is sponte:nam ex ipse cum alijs unā fugisset, sed eum equus morabatur laborans ex uulnere catapultæ Alexandri in occipitio infixæ, ubi principium iubarum est, loco admodum morti obnoxio. Itaq; saucius equus atq; impatiens (ad cerebrum eius usq; catapulta penetrarat) resiliens, ad rotā se uolutabat, alios equos perturbabat. Dū equus uulneratus fugam domini inhibet, dum senex ipse insur= gens equum coērcet, dum habenās, quibus ille ad currum iunctus est, gladio amputare nititur, iam Hector cū equi= tatu Troiano fugientibus Græcis instans, aduentabat, ipsumq; forsitan senem eodē loco oppressisset, nisi re pro= tinus

tinus cognita, Diomedes magna uoce Vlyssem inclamas-
 set ad opem seni ferendam: vlysses Laertiade, quò fugis? Diomed,
 quid terga uertis? & cur committis, ut tanquam imbellis Vlyssi.
 & instrenuus in tergo quo fugis accipias uulnus? Mane
 hic mecum, mane, dum à sene amico trucē Hectorem ar-
 ceamus. Sic Diomedes. Vlysses uero nihil exaudiens, in-
 stitutum cursum contendit ad naues. Nibil tamen minus
 Diomedes, quanquam solus, inter primos pugnatores se
 inserens, ante equos Nestoris stetit, hominemq; his uerbis
 est allocutus: O senex, per quem tibi bellatrix iuuētus ne= Diomed,
 gocium exhibet, pristinis uiribus ob nimium senium defe- Nestori,
 tus es. Ad hæc & comites sensibus, & equi pedibus tar-
 di tibi sunt. Itaq; relinquamus istum currum tuo ac meo
 aurigæ regendum. Tu agedum in hunc meum ascende, ut
 scias quales sunt equi Troiani, quos Aeneæ cripui: quam
 ueloces, quam ualidi, quam fero ces in pugna atque terri-
 biles. Ibumus enim ambo in equitatum Troianum, ut &
 dexteræ meæ uires ac meum iaculum experiantur Hector.
 Huic consilio non aduersatus Nestor, de curru suo descē-
 dit, & in Diomedis currum ascendit, succedens in Sthe-
 neli locum, quemadmodū uiciissim in suū successerat Sthe-
 nelus: ita alterū currum, qui remāsit, egregij famuli Sthe-
 nelus atque Eurymedon curandum suscepérunt, in altero
 principes in Troianos ire contendunt, Nestore famuli
 officium in aurigando exhibēte. Atq; cum statim Hectori
 appropinquarent, & ille infestus in occursum ferretur.
 Diomedes in eum lanceā cōtorsit, quæ non in dominū, sed
 in aurigæ pectus iuxta mamillā perlata est. Quo uulnere
 Eniopeus(hoc erat nomen aurigæ) generosi Thebæi fi-
 lius, è curru moribundus prolapsus est, ac ruina corporis
 equos terrefecit ita, ut resilientes in diuersum defleteret,

k Hector,

Hector, et si nimium ob amissum aurigā dolore cōfusus, tamen eo relicto, aliū inquirebat, quē in locū occisi substi-
tueret ad moderādos equos, iam sine rectore inutiles effe-
ctos. Inuentoq; confestim uiro præstanti Archeptolemo
Iphiti filio, ac suffecto in locū aurigæ, magna illic suisset
cædes edita, ac penè actū de rebus Troianis intra Troiam
tanquā agnis intra ouile cōclusis, nisi Iupiter hoc futurū
prospiciens, sparsisset rutilū uasto cum tonitruo fulmē in
terrā, atq; ante ora Diomedis. Cuius ignea lampade per-
culsi equi succusserūt currū, & Phœnicesi coloris habenas
ē manibus Nestoris extorserūt. qua de re cōterritus Ne-

Nestor. stor, ad Diomedē inquit: Age Tydides, cōuerte in fugam
equos. An nō agnoscis, Ioue nobis aduerso, sperandā non
esse uictoriā? Nemo illius cōsiliū reuocare potest, nemoq;
ualidus uirtute deo queat obsistere, cum humana uis infi-
nito sit diuina inferior. Is hodie uult hosti tribuere pal-
mā. idc q; postea, si uoluerit, tribuet & nobis. Cui respō-
dens Diomedes, Rite tu quidē & probe locutus es senex,
sed istud agere durū mihi atq; acerbū est: cum sciā fore, ut
Hector aliquando cōcionē habens apud suos dicat, Dio-
medē ego fugiētē ad naues usq; persecutus sum. Quæ ille
cum gloriabitur, optarem tum ego tellurē mihi dehiscere.

Nestor. Cui respondēs Nestor, Ha Diomedes, quæ uerba effatus
es? Caue id timeas. Nam si Hector imbellē te et instrenuū
dicet, nullam tamē ei fidē habebūt cæteri Troiani, qui au-
dient. Non etiā cōiuges Troianorū, quarū uiri fortissimi
iacent tua manu perempti. His dictis, à tumultu pugnæ ea-
quis in fugā conuersis habenas immisit. Tunc Hector co-
mitesq; Troiani truci clamore sublato inseguuntur, in unū
pro se quisq; tela iacentes, quorū primus Hector magna
uoce faciebat illi conuicium, nominatim compellās: Dio-
medes

'medes'; solebas antehac inter proceres et dignitate loci,
uel in concilio, uel in mesa, et poculis maioribus, et car-
ne opiniore in primis honorari: posthac illo honore pri-
uabere, ex uiro strenuo fœmina effectus. Abi abi cum istis
oculis efferatissimis: non enim, ut sperabas, in nostros mu-
ros tibi licebit ascendere, ut illinc ad naues tuas nostras
coniuges asportares: non te istud ego facere sinam, non
permittam: sed te fugabo, sed mea tibi manu potius demo-
nem dabo. Sic Hector. Ille haec audiens, et secum cogitans,
animo haerebat, nunquid pergeret, an conuerso curru in
ipsum ferretur conuiciatorem. Terque subinde tali apud se
deliberatione haesitantem, toties Iupiter ab Idæis monti-
bus tonans, eum à reuertendo cohibuit, significans se Tro-
ianis letam destinasse uictoriam. Quo magis Hector suos
hortabatur magna uoce clamans: O' amici Troiani, Dara-
danique, et Lycij strenui, nunc queso uiriles animos, nunc
ualidas uires, ut sepe fecisti, ostendite, Agnosco propen-
sum mihi fauorem Iouis optimi maximi. En declarat de-
stinasse se mihi ex hodierno certamine eximiam gloriam,
Græcis uero exitium, quod nullo pacto effugere poterunt:
stulti, qui hos sibi muros extruxerunt, quasi eis tutelæ fu-
turos, qui ne unius quidē horæ momentū impetum meum
ferre sufficient. Nam fossam illam, quam munierunt, nullo
negocio transilient equi. Quod cum fecero, et ad naues
euasero, præsto mihi sint aliqui cum incensis facibus, ut et
naues igni, et hostes sumo lymphatos, ferro absumam. His
uerbis hortatus socios, equos quoque quadrijugos oratione
adhortabatur: Agedum die Xanthe, die Podagre, die Aeneas Hector equis.
thon, die Lampe, nunc reddite mihi gratiam pro cultu, pro
cibo potuque, que officiosa uobis Andromacha uxor impedit.
Illa lautissimo uos pane saginauit, illa quoties facie-

dum uidebatur, uobis miscuit uinum, illa uos studiosissima
 cura pauit, adeo prior ei cura erat eduliorum uestrorum,
 quam meorum, qui uir eius sum. Ea propter festinate pa-
 riter, properate insequi, ut Nestorem Diomedemq; asse-
 quamur, et spoliem humeris Nestoris quidem clypeum
 illum, cuius fama fertur in cœlum, quod foris intusq; totus
 est aureus: Diomedis autem insignem thoracē, quā Mu-
 ciber ipse fabricatus est. Hos duos si cepero, auguror ra-
 ptim sane Græcos hac nocte naues esse consensuros. Hæc.
 Hectora per elationem animi locutum, indigne accipiens
Iuno. Iuno, ut sedebat in suo throno, animo membrisq; cōmota
 est, commouens unā immensum olympū. Tum ad Neptu-
 num, qui ei ex aduerso sedebat, inquit: O' indignum Ne-
 ptune facinus, nullam ne molestiam contrahis ex hac oc-
 cidione Græcorum? qui te apud Helicem apudq; Aegas,
 tam crebris tamq; solēnibus muneribus prosequitur, quos
 etiā uictoria potitos uolebas? Etenim si uniuersi qui Græ-
 corum partibus studemus, aduersus Iouem annitamur re-
 pellere Troianos, nimirum Iupiter, et si dolore percitus
Neptunus. erit, à suo se tamen loco, ubi nunc sedet, præ timore non
 dimouebit. Ad quam uehementer susppirans Neptunus: O'
 Iuno, inquit, timoris nescia, quis nam tibi ex ore prodit
 sermo, que me ista facere suades? Ego uero minime uelim
 nos, quotquot alij sumus, cum Ioue conserere manus, qui
 cunctis longe est fortior. Cum hæc Iuno atque Neptunus
 inter se colloquuntur, interea quicquid spatiq; quod na-
 uium tenus ac turri fossa complectitur, id omne Græci per
 Hectorem ipsi deo Marti simile conclusi, densis uirorum
 equorumq; agminibus impleuerant: ac forsitan (ita enim
 propicium habebat Iouem Hector) ipsas incēdisset etiam
 naues, nisi Agamemnoni accrime dimicanti Iuno hanc
 mentem

mētem dedisset, ut propè intermissa pugna, ceteros Græcos ad certamē incenderet. Itaque Agamemnon continuo ante naues uadens atque tentoria, purpureumq; amiculū ac satis amplum manu tenens, super nauem Vlyssis, quæ media omnium erat, stetit, et in dextram ac sinistram ea uoce, qua ab omnibus exaudiretur, exclamauit: Pudeat Agamemnon, uos Argui tanti flagitiū quod admittitis, ignavi et imbelles, præsertim uos duces, non re, sed nomine duces. Quò abierunt uota illa quæ in Lemno faciebatis, ut uobis fieret copia cum Troianis æquo Marte pugnādi? Vbi sunt magnifica illa promissa, quibus se quisque fortissimum in prælio foë spondebat? Vbi uerba illa serocia, cum iactabatis singulos uestrum pares esse in bello centenus ducenis'ue Troianis? Hæc super cœnā ante opimos cibos coronatasq; crateras, carne uinoq; distenti gloriabantur. Nunc in certamine ne uni quidem Hectori centeni pares sumus, qui nobis inuitis iamū (ut video) naues deflagrabit. Iupiter pater, quem unquam regū post homines natos tanta calamitate onerasti? aut quem tanta gloria fraudasti, quanta me hodie? quod nunquam putaui fore, nec mē spem credidi posse frustrari. Quoties apud aras tuas cum ingenti uictimarum ui tibi litarem, persuadebam mihi Troiam me prorsus euersurum: Nunc è diuerso Troiani nos tuo præsidio freti, euertunt. Verum te Iupiter queso, da mihi hanc ueniā, hoc meæ gratificare sollicitudini, ut infandū hoc funestæ cladis miseri Græci discrimē effugiant, nec sinas ut ab immanibus Troianis trucidentur. Hunc ita cum lachrymis orantem Iupiter miseratus, auguriū dedit, significans Græcos à præsenti periculo iri liberatū. Siquidē immissa ab eo aquila præstantissima uoculū, ceruinū hinnulum, quæ arreptū unguibus gestabat,

in solēnes aras dedit, ubi Græci hostias Ioui, cuius in honore areæ extuctæ erant, immolauerant. Hoc auguriū ab Ioue ipsis ostensum Græci intelligentes, inferunt pedem: ac resumpta animis audacia, acri pugna in Troianos faciunt impressionem: inter eos tamen, licet tot nullia essent, Diomedes sine controvèrsia ac longe primus pugnabat, ac biga sua munitiones fossamq; transiliens, in hostes feratur, & illic extra castra procul à suis hostes fugare coepit. Quorum unus fuit egregius bellator, Agelaus Phradmonides. Huic terga danti, Diomedes intorto iaculo terga ipsa inter humeros unā cum pectore transfigit, quo uulnere ille ad terram de curru cum ingenti armorū strepitu procubuit. Secundum Diomedem processerunt duo Atridae, Agamemnon Menelausq;: Tum duo Aiaces, uiribus audaciaq; magis armati, quām ferro: Tum Idomeneus & Idomenei famulus princeps Meriones, bellifero Marti comparandus: Tum inclitus Eurypylus. Nonus quoq; accessit Teucer, intento arcu instructus. Hic subter scutum fratris Aiacis delitescebat: deinde illo scutum, ubi tempus erat, subducenti, striebat, quem ferendū prouiderat. Occidebat autem quemcunq; feriebat, quod ut conficerat, iterum ad scutum fratris, tanquam puer ad pallium matris se recipiebat: & sub eo se raptim, fratre illud prōtendente, recondebat. Vbi quemnam sagitta primum ex Troianis interemit? Nempe Orsilochum, deinde Ormenon, tum Ophelestem, tum Daëtora, tum Chromium, tum Lycophontem, tum Polyæmonidē Amopaona, tum Melanippum, uiros omnes eximios. Hunc ita uexatē Troum phalanges Agamemnon cōspicatus, & ob id mirifice gauisus, adit hominem: ac iuxta assistens, ita est eum allocutus: Teucer princeps iucundissimum mihi caput, perge, ut facis,

facis, occidensq; hos libus lumen te quoddam tuis in hoc
 discrimine salutis ostende: futurus etiā patri Telamoni, cū
 hæc in patria audiet, ingēti & gloriæ & uoluptati. Cha-
 rum enim ille te habet, licet illegitimus sis. Nam te ab in-
 tente etate suscepit in domum, & apud se diligēter edus-
 cauit. Ego uero, quod ad me attinet, tibi recipio ac spon-
 deo, si nubi Iupiter maximus, Neptunusq; ac Minerua,
 concesserint, ut opulētissimam hanc urbem expugnem, tu
 eris à me secundus, quem honestissimo remunerē premio:
 & quidem meis manibus tibi in manus trādam aut tripo-
 da, aut bigam cum equis, aut Troianā aliquam quam ob-
 decorē tuo lectō digneris. Cui respōdens egregius Teu- Teucer,
 cer, Quid, inquit, illus̄risſime Agamemnon mea me spon-
 te properantem oratione hac incitas? Neq; enim pro mea
 uirili relinquō aliquid aut intermitto: Quippe ex quo cœ-
 pinus à castris repellere Troianos, quot stragulas hoc
 arcu emisi (fuerunt autem octo) totidē hostes, eosq; egre-
 gios bellatores percussi, imò occidi, explorata facultate
 feriendi, hunc autem funestum canem ferire non possum.
 Hæc cum dixisset, impositam neruo sagittam, in aduer-
 sum Hectora expulit: sed spe deceptus, non eum, ut opta-
 bat, sed Gorgythiona percussit in pectore, uirum forma
 uiribusq; præstantem, Priamu filium & Castaniræ, quam
 ex Aesymo Thraciae urbe Priamus duxit uxorem, deabus
 ipsis formæ uenustate comparandam. Et quemadmodum
 papauer in huberi horto pubescēs, ad iniustum ueris im-
 brem, in latus demittere caput solet, sic Gorgythion, gra-
 uante collum galea, caput in alteram scapulam moriendo
 submisit. Teucer iterum in aduersum Hectora sagittam
 expulit: iterum spe deceptus (auertit enim eam Apol-
 lon) non hunc, quem optabat, sed ipsius aurigam Arche-
 k 4 ptolcinum

ptoleum ueniētem ad certamen , percusſit in pectore ſe-
cundum papillā. Eo in terram collapſo , à curru equi præ
horrore in ſublime ſe attollentes , currum diſcutere cœpe-
runt. Hector eximij aurigae nece confuſus , etſi eum cupic-
bat attollere , tamen coactus eſt relinquere , ut alterum in
demortui locū ſufficeret. Iuſſoq; Cebrione fratre , qui iu-
xtā aderat , moderari quadrigam , prout ille effecit , ipſe in
terram deſiliſt , truci clamore uociferans : arreptoq; mola-
ri ſaxo fertur in Teucrum , audiſſimus ferire hominē , tam
male meritum de Troianis. Hic aliam è pharetra ſagita-
tam eduxerat , eamq; neruo aptatam ad clauem humeri re-
tro tēdebat , quempiam ex hōſibus percuſſurus , cum He-
ctor ita parato molarem intorſit , ac concluſa exteriore
manus parte , confracta chorda , excuſſo arcu , pectus ea-
tiā collumq; percuſſit , ubi maxime letiſtr ictus eſt. Qua
percuſſione Teucer obortis ante oculos tenebris , pronus
in genua procidit. Sed Ajax nequaquam immemor fra-
terni amoris accurrit , ac iacentem obiecto protegit cly-
peo. Tum ſubeuntes duo ſociorum Mecisteus Echij fi-
lius , & diuſ Alastor , alleuarunt , ac uehementes cruciatus
gemitu teſtante ad naues deportant. Hinc rursus Troid-
ni , loue uniuersis uires ad audaciam ſuggerente , Graios
ad foſſam retro munitionesq; propellunt. Et inter pri-
mos Hector fidutia uirium ardens , ac fugientes urgens ,
ueluti uenaticus canis conuersum in fugā aprum , aut leo-
nem inſequitur fretus pernicitate currendi , nunc femora ,
nunc clunes mordens : etſi quando ille conuersus irruat ,
tamen ipſe rotato curſu posteriora feræ aſidue captat:
Sic Hector fugientes agitans , poſtremos quoſque macta-
bat. Atque ubi duce formidine Græci effuſa fuga foſſam
transcenderunt , & ad uallum & tentoria peruenierunt ,
multis

multis amissis ibi gradum sistunt: ac pro nauibus stantes,
 tum se mutua exhortatione excitabant, tum deos omnes,
 sublatis in coelum manibus, una uniuersi eiulatione pre-
 cabantur. Hector autem eos præfulgenti lamnis ferreis
 quadriga uectus, hinc illincq; obibat, utq; oculis collustra-
 bat, oculus inqua, aut Gorgoneæ Medusæ, aut sanguina-
 rio Marti simulimus. Iuno autē hæc contemplans, misera-
 ta casum Græcorū, hunc statim in modū Palladē est allo-
 cuta: O rē indignam Iouis filia, non' ne nūc saltē Danais Ione
 in ultimo periculo positis ego & tu feremus suppetias,
 an potius teterrimam eos mortem oppetere sustinebimus,
 & hoc sub unius hominis manibus? Vides ut Hector mul-
 tots trucidauit, ut insana flagrat cupiditate occidendi, ut
 multos trucidaturus est. Nihil enim sibi resistere potest.
 Ad hanc respondēs Pallas, Iste, inquit, qui tantopere ma= Pallas.
 etādis Achius debacchatur, ipse uiciissim mactabitur ma-
 nibus Arguorum, & quidcm in ipsius patria. Verum ab
 isto, ad quod me tua cohortatur oratio, deterret me Iupi-
 ter, semper meorū conatum remorator, mihi semper sea-
 ueris, immutis, & meorū etiam immemor meritorū, que
 in eum plurima contuli, toties erepto ab ærūnōsis labori-
 bus Hercule filio, quos infelix iuuenis iubente Eurystheo
 suscipere cogebatur. Quoties enim ille ob ærūnārum
 molem plorabat, cælo pater me hinc ad opem filij demit-
 tebat in terras. Quòd si hæc que nunc agit, acturum esse
 præsaga mēte diuinassēm, profecto quod feci, nō fecissem,
 nec per me Hercules ab erebo & atris inferni portis, quo
 cum Eurystheus abducendi canis gratia miserat, rediisset
 incolumis. Tunc liberaui illum à Stygis aquis, & ut ab-
 duceret Cerberum effeci: & tamen eius pater non uere-
 tur malam mihi reddere gratiam, displicens mihi, ut The-

tidi placeat: que complexa altera manu genua eius, altera barbam, cladē Græcorū in honorē Achillis exorauit. Sed scio aliquando futurum, ut mea ope indigēs Iupiter, dilectam sibi Pallada uocet: tūc ego habeo unde hanc de se ulciscar iniuriā. Veruntamē tum tu instruas nihilō nūnus equos, tum ego profecta in domum Iouis, ibi mihi ipsius arma circūdabo. Volo enim intelligere, num Hector conspectu nostro in bellum cunctū & ab hostibus stantū latetur, num aliqui etiā de Troianis occūbere queant, et mēbris eorū canes atq; alites pascerē. Hęc locuta Pallas, Iunone acquiescēte, atq; ut admonita est instruere equos obsequēte, ipsa apud patris domum deposito super paumentum Iouis discolori amictu, quo uelata erat, quodq; ipsa suis manibus artificiose neuerat, texuerat, sarcinaue rat, tunicaū & armā sibi induit, quibus Iupiter pater cīcundatur, cum uult prodire in bellum. Atq; ita armata, in ardenter fulgore currum ardens ipsa iracundia infiliit. Tum lanceam corripit ingentē, ualidā, grauem, qua heroas in modū patris irata prosternere solet. Cui Iuno, sociā se gnauiter præbēs, equos ut cursum capesserēt, uerberibus urgebat. Et cū ad coeli portas quas Hora seruat, uentū est, cū immenso sono ipse sua sponte patefactae sunt portae. His ingens ecclii olympiq; cura commissa est, ut altera nigrātes imbre nubes rebus inducat, altera reducat. Per h̄as igitur portas Iuno et Pallas uolatibus equis exibant, cum eas Iupiter à monte Idæo, ubi sedebat, prospexit: ac maiorē in modū indignatus, Irim aureis alijs præditam, illis obuiam festinare iussit, haec uerba denunciaturā, **Iupiter Iri.** inquiens, Abi Iris propcre obuiam, ut eas ab instituta via reuoces, nec sinas in occursum meum pergere. Neq; enim recte erit, si ego & ille prælium ineamus. Atque illud iam

iam nunc edico, & nisi mox obtemperent, prorsus exequar: caballis (ut sunt iuncti ad rhedam) crura suffringam, ipsas à sellis deturbabo, ac rhedam præcipitē agam in terras: & si eas fulmine perstrinxero, ne intra decem quidem annos à vulneribus conualescet, ut intelligat Pallas; quid sit cum Ioue parente uelle certare. Nam Iunoni non ita succenso neq; irascor, quod nunc iussis nostris refragatur. Est enim sui similis. Hæc Iupiter. Iris autem aëreis pedibus in occursum dearum ex Idæis montibus cœlum uersus abiit, noctaq; deas pro portis olympi, inhibito illarum cursu, mandata Iouis exposuit, inquiens, Quò tandem properatis deæ? que uos queso tanta cepit insania, ut auxilium periclitantibus Græcis ferre conemini? Non enim istud Iupiter agere finet, qui innatur uobis se, nisi obtemperetis, prorsus executuru hoc quod dicam: Caballis ut sunt iuncti ad rhedam, crura suffringet, ambas de rheda deturbabit, ac rhedam præcipitem aget in terras, & si uos perstrinxerit fulmine, ne intra decem quidem annos à vulneribus conualescetis, ut intelligat Pallas quid sit cum Ioue parente certare. Nam Iunoni non ita succenset, neq; irascitur, quod nunc iussis refragatur: esse enim eā ait sui similē. tibi Pallas ille succenset, tibi inquā contumaci atq; imò pertinaci canicula, si aduersus Iouem utiq; infestū telum audeas ferre. Sic locuta Iris abscessit, & Iuno ad Palladē, O indigna res, inquit, Pallas, non posse nos implere quod cupimus aduersante Ioue, contra quē non statuo nobis esse pugnandum mortalium causa. Quorum, ut sors feret, alij occumbat, alij à periculo euadant, quando ita illi libet. de Græcis & Troianis arbitratu suo qui arbiter rerum est, decernat, nos eū officio suo fungi sinamus. Sic locuta, retrorsit equos

Iridis oratio.

Iuno Palladi.

equos eò quà uenerat. Eosdem Horæ cum disiunxissent à
 curru, ad plena ambrosia præsepio alligarunt, currum; pro
 more acclinauerunt, ita ut fulgidus eius nitor enunciat,
 Iuno autem & Pallas inter cœtum aliorum deorum
 aureis in sellis resederunt, ob deceptā spem castigationēq;
 Iouis tristes ac mœrore confecte. Eis ita cū taciturnitate
 sedentibus, ecce Iupiter ab Ida in cœlum reuersus, cuius
 equos cum Neptunus à curru soluisset, & currum apud
 altaria collocasset, inducto desuper linteo, ipso in aureo
 solio subter pedes eius olympo uehemēter contremiscente
 confedit. Aſſidebant autē illi solæ hinc atq; hinc Iuno ac
 Minerua, nihil neq; cum Ioue, neq; inter se colloquētes.
Iupiter. Hoc cum animaduertisset Iupiter, Quid, inquit, Iuno &
 Pallas ita nouus uos mœror tenet? Infando contra Troa-
 ianos odio defatigari bello nequitis, eos trucidandi finem
 non facitis, cupidæ omnes ad unum interire, idq; iniussu
 meo omnino? Quibus uiribus ego sum, non cuncti, qui
 cœlum incolunt dij, à proposito me recedere cogerent.
 Vos quoq; ambas tremor inuasit ex sola comminatione:
 quid facturas, si me accinctum ad pugnam contruos ui-
 dissetis, & quātū in pugna polleo, ejſetis expertæ? Quo-
 circa iam nunc edico uobis, quod re exequar, nisi obtē-
 perabis: si pergitis aduersari mihi, ita uos fulmine feriā,
 ut nequaquam uestris curribus hue ad domicilia deorū re-
 uertamini. Hæc locuto Ioue, illæ apud se tacitæ fremebat,
 stomachantes atq; iratae. Et Pallas quidē ob nimiam indi-
 gnationem in silentio perstittit, Iuno autē uirus acerbitas
 tis pectore continere non sustinens, Quām, inquit, quæſo
Iuno. Iupiter locutus es orationem? Tuas equidem uires præ-
 ualidas etiam super omnia atq; immensas, & nos etiam
 optime scimus, intelligimus, cōſitemur. Cæterū quicquid
 facimus,

cimus, causa misericorū Græcorū facimus, quorū clades tā
indigno spectaculo cōtabescimus. Cui respondēs Iupiter,
Cōtabescis, inquit, Iuno Græcorū clades spectaculo? Cra-
stino die si tibi uacabit, inspicias Iouē multo his grauiora
faciētē. Meo nāq; numine Hector nō prius ab edēda Gra-
iorū clade cessabit, quām post acerrimū ad naues præliū
Achillē excitet nece Patrocli sui, et cruda ābarū partū
pugna circa cadauer. Sic enim mihi ex fatis agere decre-
tum est. Nec ullum apud me momentum facit, quod tu ob
id macereris, nō si etiā hinc à cœlitibus mugres, uanamq;
et incertam exigas peregrinationem: non deniq;, si pro-
pterea ad extremos terrarum ac maris profectura sis ter-
minos, ut Saturnus et Iapetus profundo circūdati tarta-
ro sedent, neglecto solis fulgore, nec iucunda uentorum
aura fruentes. Et cur ita nullam tui doloris rationem ha-
beo? Quia nihil est te durius atq; malignius. Hæc Iupi-
ter. Ad quem nihil Iuno respondit. Et iam occidente sole
nox aderat, Troianis quidē ingrata sane et inuisa, Gra-
cis autem peroptata ac propicia. Hector autē ubi noctur-
nis tenebris necessario dirimi bellum uidit, copias suas à
nauibus reduxit, et ad ripam fluminis in loco ab omniū
hominum et equorum cadaueribus distante subsedit. Ibi
Troiani simul atq; ex equis descenderunt, in concionem
ueniunt. Ad quos Hector innitente manu hastæ, quam te-
nebat undecim cubitis, spicula fulgenti cum circulo au-
reo, sic locutus est: Audite Troiani me Dardanijq;, et uos
socij qui uenistis auxilio: Spem ego conceperam, ac pro-
certo existimabam fore, ut hodie Græcis omnibus unā cū
ipsorum nauibus deletis Ilion reuerteremur. Sed eis in
extrema certe omnia compulsis, iamiamq; mortem aditu-
ris nox auxilio fuit. Nunc quod reliquum est, quoniam
nocti

Hector Tro-
nus.

nocti parentū est, iam primū curemus corpora, & nostra
& equorum: Illos à curribus soluite, solutisq; apponite
pabulum, panem uinumq; ilico ex urbe subuehendum,
bovesq; atq; oues opimas adducendas curate, simul in-
gentem uim lignorum legendam, atq; ex his pyras pa-
sim extruendas, quæ tota nocte ardētes in cœlum iaciant
globos flammarum, ne forsitan Græci beneficio noctis in-
gressimaria, fugiant nobis ignaris. Volo pateant oculis
nostris (usq; enim uigilabimus) uolo cogantur mancre,
uolo si furtim abire tentauerint, ne sine noxa fugiant,
sed inter fugiendi trepidationem, & cum naues confe-
stim ascendent, nonnullos eorum missilibus lanceis uefa-
riamus, qui uel statim, uel domini reuersi animam amit-
tant: uolo exemplo sint alijs, ut ne quis non posthac re-
formidet bellum inferre Troianis. Iam uero dum nos ab-
sumus, operæ preцium est prouidere, ne uacuam urbem
clandestinis insidijs hostes intrare possint. Idecirco præ-
cones illuc ire placet, denunciatum ut deligantur ex pue-
ris qui relicti sunt, iam pubescentes ac senes ad murorum
custodiam, utq; formine incenso quam maxime possunt
igne, suę quęq; domi custodias agant, ac ne quid ad no-
cturnas urbis excubias diligētia prætermittatur. Sic ergo
fiant omnia ut dixi. Et hæc puto optima factu esse, quan-
tum ad hanc noctem pertinet. Cras autē prima luce uo-
biscum cetera quæ agenda sunt, colloquar. At confido
magnanimi Troiani ac socij, loue alijsq; dijs ducibus,
nos crastina luce defuncturos esse omni belli discriminē.
Hos enim canes, qui funestis hue adueti sunt fati, funesta
fata perppersos exterminabimus, quod in tenebris facere nō
possimus. Temperandum est namq; à nocturno prælio, ut
nos ad diem reseruemus. Tū sub ortu auroræ sumptis ar-
mis, &

mis, & in aciem instructi, ad ipsas naues acre prælum
committimus. Illic quanta sua sit in bello uirtus, Diomedes declarabit, cum mecum conseret manus. Quippe cer-
tum est mihi experiri, an ille me à nauibus ad murum re-
pellat, an ego ipsum confodiam, cruentisq; eius potitus
spolijs redeam. Crastinus profecto erit ille dics, quo pate-
bit, an ille meæ, quam in eum torquebo, lanceæ sit pars, an
non. Sed ut auguror non erit, & inter primos ac prima
luce mea manu percussus occumbet, multis quoq; comitū
iuxta cadauer domini prostratis. Quod si mihi contingat,
& hunc diem exitialem faciam Græcis, ego immortalita-
tem, ego perpetuam iuuentam, ego diuinos honores mihi
parauro. Celebrabor enim omnibus seculis inter gentes,
uelut Minerua atq; Apollon. Hæc Hector. Cæteri autem
omnes assensum conclamatione testati sunt. Tum sudori-
bus manantes equos à suo quisq; iugo disiungunt, prope
currus capistris alligant. Mox panem unumq; ex urbe
conuehunt, boves ovesq; opimas adducunt, pyras passim
mille in locis extruunt, atq; incendunt, uento in cœlum
globos tollente flammarum ac fumi que ab urbe Troia
spectantibus in planum, quod interiacet inter flumen &
naues, non alia nec pauciora uidebantur, quam sidera,
dum sereno, tranquillo, ac nullo spirante uento, fulgenti
luna circunfusa resplendent. Dumq; omnes circumiecti
colles atq; couallæ, & prominentes montium uertices
patent, & pastores ex illustri aspectu telluris, tum ex pu-
ro stellarum ac lunæ aetherisq; nitore capiunt uoluptatē.
Recubabant autem quinquageni ad singulas pyras, &
peruigilem crapulam summa cum alacritate atq; fidutia
agebat, expectantes cum auditate auroram, equis prope
currus stantibus, ac hordeum auenamq; mandentibus.

Iliados

I L I A D O S H O-
M E R I C A E L I-
B E R I X.



V M Troiani hunc in modum custodias
agunt, adhuc Græci ibi erant, ubi quēq;
timoris semper comes fuga compulerat:
cum omnes exanimati ac lugentes, tum
uero maximi quiq; et bello clarissimi. Et
quemadmodum Pontus Thracius repentinis uentis, hinc
borea, hinc zephyro incumbentibus, cū neutram in par-
tem euoluere cursum queat, attollitur, et ambiguos flu-
ctus cum multa alga ex alto fundo egesta collidit inter se
atq; confundit, sic animus singulorum Græcorum dolo-
ris ac timoris æstu conflictabatur, præcipueq; Agameno-
nis animo sic exulcerato ac saucio, ipse per se præcones
adijt, iubetq; uocare ad consilium cæteros, non publice
uniuersos, sed priuatim singulos. Idem quoq; quod illis
iußit, ipse facit, primoribus eū comitantibus. Atq; ubi se-
natus in curia coactus est atq; consedit, tristitiam animi
uultu præferens, tunc Agamemnon surrexit, decurrenti-
bus per ora lachrymis, instar fontani humoris ex abdita
petra scaturientis, et per excelsam rupem manantis in
terram. Mox alte gemitu ducto, inquit: Graui me socij
principes ac reges, pergrauiq; calamitati Jupiter addi-
xit, durus in me nimis ac sœuus, qui cum mihi sponderet
atq; annueret, Troia nostris euersa manibus, domum me
esse redditurum: nunc tot capitibus amissis, ut appareat
nos ab eo esse deceptos, iubet reuerti in gloriu, euersum,
extinctum. Quomodo autē iubet: nimirum ex hoc, quod
fecit, quem talem in futurum quoq; esse non dubium est.

Quo

Agamemnon.

Quo infesto, omnes conatus in contrarium recidunt, ut=
 poter penes quem summum rerum arbitrium est, & qui
 plurimas euerit urbes, & cum uoleat euerteret. Quare se=
 quimini omnes sententiam meam, quatenus nobis urbem
 hanc expugnare denegatum est, consensis nauibus, in
 dulces patriæ oras recedamus. Hæc Agamemnon. Illi au=

Diomedes.

tem diu se omnes intra silentium tenuerunt, nec uolentes
 talem probare sententiam, nec propter dolorem acceptæ
 cladis reprobare audentes, tandem Diomedes surgens,
 Agamemnon, inquit, ut te ego in principio statim ora=

tionis meæ accusatoria uoce conueniam, stultitia tua fa=

cit. Noli quippian irasci. Ea enim est prima consiliorum
 lex, & libere loquendi, & patienter audiëdi. Dæmonic,
 siccine imbelles atq; ignauos esse sperasti Græcos homi=

nes, ut iisti sententiæ accederet? in quos omnes contume=

liosus fuisti, in me uero inter primos contumeliosior, cui
 ignauiam imbecillitatemq; exprobrasti, & hoc audienti=

bus uniuersis tam senibus Græcorum, quam iunioribus:

quo minus timebo dicere, Iouem tibi alterum de duobus,
 hoc est, nobis omnibus dignitate ut præcelleres, sceptra
 dedisse: alterum, ut uiribus atq; animi magnitudine præ=

celleres, quod multo in re bellica efficacissimum est, non
 dedisse. Quamobrem caue de nomine Græcorum male
 sentire & loqui. Quod si tibi metu suadente certum est
 redire in patriam, abeas, patet tibi ad fugam iter, præsto
 sunt naues, quibus in salum deductis, expeditum tibi est
 cum magno comitatu repetere Mycenæ. Cæteri autem
 nequaquam ista territi trepidatione remanebūt, non an=

teca discessuri, quam hostilem hanc urbem euerterent. Qui
 si & ipsi tuo exemplo fugere, quam perstare maluerint,
 certe nos duo cum nostra manu, ego & Sthenelus rema=

nebimus, dum ultinum Troiae excidium nostro Marte
intulerimus, freti deorum immortalium numine, quorum
auspicijs huc ex patria sumus aduecti. Hæc Diomedes.
Græci uero in admiratione tam magnificæ orationis uni-

Nestor. uersi succlamauerunt. Idem cum assedisset, surrexit Ne-
stor, atque, Tydides, inquit, equidem de te sic iudico, in
prælio quidē te mirificum esse bellatorē, in consultatione
uero & equalium sine cōtrouersia eminētiſſimum: Et huic,
quā dixisti, sententia, nemo Græcorū, quicunq; sunt, non
modo uituperationē non deberi, sed ut contradicendum
quidē putabit. Sed non ideo finis consultationis faciendus
est, cum adhuc sint, quæ in hanc rem dici possint, ea que
sint, explicabo. Etsi tu Tydides inter omnes reges Ar-
giuos sicut natu minimus es, ita (ut ego sentio) cōfilio ma-
ximus, quod cum aliâs, tum uero hodie declarasti, tamen
memeto me seniore te minorē esse, & adeo iuniorē, ut fa-
cile mihi filius fores. Ideo post te, quicquid dicendū vide-
bitur, dicam. Nec sit, qui meā hanc sententiā improbet, ne
ipſe quidē Agamēnon, qui inhonestum, neq; ex sua neq;
ex reipub. dignitate consiliū dedit. Demens est nimurum,
quisquis intestini belli amator est, unde tantū oritur cala-
mitatis. Sed hæc postea. Nunq; quoniā parentū est nocti,
curemus corpora, delectis tamē custodibus, qui extra mu-
rum pro fossa & uallo peruigiles excubias agant, quod
negocium iuuenibus iniungo. Tu quoq; Agamēnon, qui
primus es inter reges, primus sis in opere faciendo. Opus
tuum hoc sit, non indecorum tibi, sed ualde decorum, ut
primores procerum ad coenam tecum conuictores acci-
pias, quod tibi & ad sumptum & ad rem agendam prō-
ptum factu atq; expeditum est. Nam tētoria uino restrita
habes, quod hesterno dic subiectū est, & famulatu abun-
das.

das. Ibi frequenti senatu quod saluberrimum atq; optimum consilium censembitur, id tu sequeris. Cupio enim maximopere recte consultū reipub. Græcorum. Quis enim hoc in tempore; cum tam propè adsunt hostium castra, & tot ignes colluentes afficit, esse bono animo possit? Itaq; hæc uox illa est, quæ nos aut tutabitur, si sapimus; aut perdet, si insipientes fuerimus. Hæc Nestor. Cuius oratione libenter audita, cōsilio ciuis obtēperandum protinus censuerunt. Moxq; septem principes iuuentutis sūcepto custodiarum negocio, cum centenis singuli iuuenib; hastas manu gerentibus, & militari ordine à tergo sequentibus, armati procedunt: Primus Thrasymedes, Nestoris filius, tum Marte genitus Ascalaphus, Ialmenusq; quartus Meriones, quintus Aphareus, sextus Deipyrus, septimus Lycomedes Creonis filius. Illi ubi spatiū illud, quod muri ac fossæ medium est, institerunt, dispertitis inter se locis, ignes accēdunt, et ad suas quisq; pyras uescuntur. Agamenon primoribus procerum in aulam suam ad cœnam secum adductis, laetum sanc coniuvium exhibuit: quibus cum nocte silentio cœnatis, & abunde refectis, sapiens Nestor, cuius paulo antè mire fuerat probata sententia, sic orsus est: Agamenon princeps maxime, à te loqui incipiām, & in te loqui desinam, quippe qui es potentissimus regum, & in hoc exercitu sceptrum ac iuris conditionē obtainēs, ab Ioue tibi tributam, ut cæteris recte prudenterq; consuleres, eoq; oportet te præter ceteros multa loqui, multa admonere, multa etiam audire: & alteri, si quis consulere in commune bonum uoluerit, locum dicendo præbere: & si sanū consilium dederit, id sequi. Pro tua enim qui caput es consiliij, habebitur, cuiusq; sententia obtinebitur. Et hec quā
Nestor.

l z ego

ego dicam, ut mihi quidem uidetur, multo est optima &
 qua nulla à quoquam alio melior dici queat, & qualis
 altera quondam fuit, cum tu Agamemnon Achillem ab=
 alienasti, prærepta illi ex tabernaculo suo Bryseide, inui=
 to me, & ne id faceres etiam atq; etiam dissuadente. Tu
 tamen spreta mea uoce, impotentiam animi non potuisti
 compescere, quin uirum longe fortissimum, & iam antea
 ira incensum iritares, eumq; honore fraudares, quem
 ipsi dij honorandū sibi existimant. Qua de re excogite=
 mus nunc, qua donorum magnificentia, quaq; uerborum
 lenitate in gratiā reducamus. Ad quem respondens Aga=
 memnon, Omnino, inquit, uenerande senex, ut res se ha=
 bet, locutus es, nihilq; in commemorandis offendis meis
 omisiſti. Offendi enim Achillem, nec inficior, offendit atq;
 iniuriam feci, & ob id nobis hæc contigisse agnosco. Sic
 quidem Iupiter in ultionē acceptæ iniuriæ hunc illi ho=
 norem habuit, ut Graij hanc tantam subirent calamitatē.
 Toto nanq; pectore eum diligit atque amat. Estq; haud
 dubie uir sua uirtute instar non modo multorum homi=
 num, sed etiam multorum populorum in opere martio.
 Vcrum quādoquidem uesana ego amentia ductus illi in=
 iuriam feci, uolo rursus satisfacere, ac placare eum am=
 plissimis donis, quæ nunc nominatim uobis cunctis audiē=
 tibus recensebo: Primum septē tripodes nouos, nunquam
 igni admotos, cum uiginti lebetibus, & ipsis nouis, ac ru=
 tilo fulgore radiantibus. Deinde decem auri talents. Tum
 equos duodecim, ut fortissimos & formosissimos, sic per=
 niciſsimos, & qui ex certaminc currendi palmam aſidue
 reportarunt, ita, ut si cui præmia ipsa uictoriarum, quæ
 ego pro illis adeptus sum, sola aderent, is nequaquam te=
 nuis aut parū locuples censeretur, tatum auri, aliarumq;
 preciosarum

Agamemnon.

preciosarum rerum possideret. Preterea septem Lesbides
feminas, quas ego, eversa per illum Lesbo, mihi ex omni-
bus delegeram, forma, probitate, omni etiam muliebri ar-
tificio praestantissimas, cum quibus & Bryseida, quā sibi
eripui, remittam, eanq; integerriman omnino. Siquidem
mecum nunquam aut in eodem cubili iacuisse, aut more
uirorum mulierumq; fuisse commixtam, magnum iusue-
randum interpono. Et hæc quidē impræsentiarum. Poste-
rius autem illi me daturum, capta Troia, si dij nobis hoc
concesserint, ut ingressus ipse urbem, tantum auri ærisq;
in peculiarem sibi deligat sortem, quo unam oncret na-
vium. Deinde cum cætera inter nos dispartiemus, prædam
ante omnes sibi eligere liceat, uiginti ex captiuis feminis
secundum Helenam speciosissimas. Hæc sunt, quæ hic ad
Troian daturum me repromitto. Apud Græciam uero,
ubi Argos redierimus, si gener mūhi esse sustinebit, eodem
beneuolētiæ gradu, quo unicus meus patris deliciæ Ore-
stes colitur, à me coletur, data sibi potestate optandi quā
uelit potissimum uxorem ex tribus filiabus, Crysothemi,
Laodice, & Iphianassa, cum tanta dote, quantam nemo
unquā patrum filiæ dedit. Etenim dabo pro dote in hu-
berrima regione septem egregias sane ædificijs urbes,
frequentes incolis, atq; maritimas * Mites & Pylo fi-
nitimas, Cardamylen, Enopen, Hyrā, Pheras, Anthyam,
Aepian ac Pedason, quarū oppidani dicto audiētes erūt,
imperata faciēt, eumq; muneribus (mire nanq; armētis &
gregibus quibusq; abundat) ut deū quendā honorabunt.
Audistis iam enumerantē me, quæ illi tribuā, reuerso me-
cum in gratiā. Quod utinam Achilles redire uelis, & sic
tibi lenis sit deorū ille Pluton, infestissimus generi huma-
no, atq; inexorabilis. In me quoq; idē tāto minus acerbus

sit, atq; hactenus fuit, quanto ego te & etate & imperio
 Nestor. antcedo. Ad hunc respondens Nestor, Maxime, inquit,
 Agamēnon, munera quæ enumerasti danda Achilli, haud
 quanquam ut parum ampla, sunt repudianda, quo magis
 quamprimum legatos ad illum dimittamus, qui hæc refe-
 rant, homines ad hanc rem maxime idoneos. Quicd si hi,
 quos ego deligēdos censeo, ipsi hoc officiū suscipere uo-
 lent, duos legatos dinūttemus, & cum his Ioui amicum
 Phœnicem. Hic dux inter tres erit, & primus: Magnus
 uero Ajax secundus, diuusq; Vlysses tertius, comitatibus
 eos præconibus duobus Odio & Eurybate. Agedū igi-
 tur præcones ferte aquam ad abluidas manus, ac iubete
 omnes huic legationi bene precari, ut libamētis ac preci-
 bus Iouem ad misericordiā nostri exoremus. Sic locutus,
 omnibus rite atq; ordine uisus est dixisse, statimq; impe-
 rata facientes, præcones quam tulcrant aquam, manibus
 illorum infuderunt. Quibus lotis, iuniores coronata gra-
 datim pocula propinarunt, atq; ubi legati primum dijs
 libarunt, deinde sibi quoad uoluntas tulit biberunt, ex
 augustali procedūt, Nestore multa singulis mādante, cō-
 mittēte, iniungēte, quibus pro se quisq; Achillem persua-
 dere niteretur. Digressi à Nestore ceterisq;, iter ingre-
 diuntur apud orā maris, plurima prece ipsum maris deum
 Neptunum obsecrātes, ut clatos Achillis spiritus possent
 facile oratione delinire. Idē postquā ad tētoria nauesq;
 Myrmidonū peruenierūt, offendūt illum sedentē ac per-
 mulcentē sibi aures cantu, Patroclo, qui unus aderat, se-
 dente ex aduerso, expectanteq; quādo ille à canēdo ces-
 saret. Canebat autē ad citharā uirorū fortū laudes. Eam
 citharā cum Thebas cuerteret, inter spolia Eetionis re-
 gis inuenerat, non solū uocalitate, uerū etiā aspectu insi-
 gnem.

gnem. Nam & artificio & matris, iugo quoq; argēto
 erat decora. Progressi legati, quoruū Vlysses antecedebat,
 coram Achille cōsulterunt. Quibus ille cōspectus, admira-
 tione percusus, è pauimēto protinus ubi recubebat, cum
 ipsa cithara exiliit. Patroclus quoq; cum respiciēs honu-
 nes uidisset, repete & ipse surrexit. Et Achilles bilarem Achilles Patro
 ambobus porrigēs manū, Saluete (inquit) amici mei, atq;
 amicorum præcipui, ut mibi iucundus uester aspectus est.
 atq; aduētus? Etsi ab alienatus à Græcis sum, tamē animo
 meo uos charissimi estis. Sic locutus, sessum duxit, sequens
 ipse preeentes. Quos ubi in sellis inter purpurea tapeta
 collocauit, statim Patroclo qui proximus stabat, inquit:
 Patrocle, nam uiri longe amicissimi ad meum domicilium do.
 uenerunt, appone cratera capaciore, mixtoq; meraciore
 uino, propina singulis. Ita effatus, & Patroclo imperata
 faciēte, ipse ingētem cacabum super ignem appēdit, inq;
 illum tergum ueruecis, itemq; crassae capræ, cum lumbis
 tenelle atque altilis succulae immersit, que Automedonte
 manibus tenente, in frusta laniavit. Aliam quoq; partem
 apte minutatam uerubus infixit, magnū interea ignē Pa-
 troclo excitante supponens. Ac postquam exustis lignis
 resedit flamma, prunas sternit, ac desuper carnē transfi-
 xari uerubus infixit. Subindeq; tollēs, sale cōspergit: tā-
 deniq; tostam cum excepiisset, partitus, cum Patroclus de-
 coro in canistro portatū panē ante coniuas distribuisset,
 carnem ipse singulis apponebat, ex opposito Vlyssis ad
 parietem sedentis, iussō Patroclo dijs antea libare, quod
 ubi Patroclus excutus est, libamenti ciborum in ignem
 coniecit, tunc illi ad appositas epulas manum porrexerunt.
 Demum esui potuiq; imposito fine, Ajax Phoeni-
 ci innuit. Quod Vlysses cum animaduertisset, intelligens

ex nostra interēptione, tum ex facti tui pœnitentia, quod cum uelis remedia adhibere calamitati, non posis: quia cum posses, adhibere nolueris. Ea propter Achilles ne committas queso, ut præsentem cladem nolis, sed futura multo antè præuideas, quomodo arceas, quanquam (ò dij boni) quænam tibi Peleus pater præcepta dedit, quo die te ex Phthia erat ad Agamemnonem dimissurus? Memoria repeto, eum ita tibi præcepisse: Fili mi, Iuno & Palas tibi si earum uoluntas feret, ut præualidas uires habeas, præstabunt. Tu hoc per te ipsum potes ipse præstare, ut firuidam pectoris animositatem cohibeas, iracundiam comprimas à simultate, que omnium malorum magistra est, & contrahēda abstineas, & cōtracta desistas. Satius erit colere te moderationē, lenitatem, benevolentiam, quo plus honoris, plus laudis, plus dignitatis, & apud maiores, & apud minores natu consequaris. Hæc tibi patris præcepta Achilles exciderunt? At nunc me admonente in memoriam redeant, & quod ille te facere iubet, fruorem istum animu cohibe, satis sit indulſisse iræ. Sufficiat non succurrisse laborantibus, uidisse fugatos, occisos, in ultimum discrimen adductos. I am tēpus est deponere similitatem, cum præsertim Agamemnon culpam suam agnoscens, ultro tibi amplissima munera se donaturum, si in gratiā secum redicris, pollicetur. E aq; apud te recensere nos iūſſit: quod cum facio, omnia ut ab illo in suo tētorio accepi, sic referentē Achilles ausculta: Primum, septē triplodes nouos nunquā igni admotos, cum uiginti lebetibus, & ipsis uouis, ac rutilo fulgore radiantibus, deinde decem auri talēta, tum equos duodecim, ut fermosissimos, sic perniciſſimos, & qui ex certamine currēdi palmā assidue reportarunt; ita, ut si cui præmia ipsa uictoriarū, quæ

Agamemnon pro illis adeptus est, sola adessent, is nequam tenuis aut parum locuples censetur, tantum auri aliarumq; preciosarū rerum posideret. Præterea septem Lesbidas sc̄munas, quas ille euersa per te Lesbo, sibi ex omnibus elegerat, forma, probitate, omni etiam mulierib⁹ artificio præstantissimas: cum quibus & Bryseida quoniam tibi eripuit, remittet, eamq; intemeratā omnino: si quidem secum nunquam aut in eodem cubili iacuisse, aut more uirorum mulierumq; fuisse commixtā, magnum iusurādum interponit. Et hæc quidē impræsentiarum. Posterius autem illa se daturum pollicetur, capta Troia, si dij hoc nobis cōcess̄runt, ut tu ingressus urbem, tantū auri ærisq; in peculiarē tibi deligas sortem, quo unam onores nauē. Deinde cum cæterā inter nos dispartiemus prædā, ante omnes tibi eligere liceat uiginti ex captiuis sc̄muniis secundū Helenā speciosissimas. Hæc sunt quæ hic ad Troiā daturum repromittit. Apud Græciam uero, ubi Argos redierimus, si gener sibi esse sustinebis, eodē bencuolētiæ gradu quo iunctus est pater, ac deliciae suæ Orestes colitur, à se colcris, data tibi potestate optandi, quam uelis potissimum uxore ex tribus eius filiabus, Chrysōthemū, Laodice, & Iphianassā, cum tanta dote, quantam nemo pater unquam filiā dedit. Etenim dabit pro dote in huberrima regione septem egregia sanc̄ edificijs, frequentia incolis, maritima oppida* Mytersæ & Pylo finitima, Cardamilen, Enopcm, Gyram, Pheras, Anthiam, Aepian, ac Pedasōn. Quorum oppidani dicto obedientes erunt, imperata facient, tēq; muncribus (nūc nanq; armentis gregibusq; abundant) ut decum quendam honorabunt. Audisti quæ daturum tibi ille spondet reuerso in gratiā secum. Quòd si Achilles (quod absit) ne sic quidē reconciliari uis, nec persona

persona donantis, nec amplitudine donorū moueris, esto illi inimicus, gere cum eo simultates, in unū Agamēnonē inexpiable odīū exerce, qui de te male est meritus. Alios certe uniuersos Græcos, & grauiissima passos, & grauiora passuros miserare, ob hoc meritum postea futurus apud eos loco dei cuiusdam, qui se de uictis uictores efficeris, & ipsorum ignominiam in suam conuerteris gloriam. Eo quidem magis, quod qualis nunquam fuit, nunc tibi est oblati occasio Hectorem occidendi, cum tam in uicino castra locauerit, non detracturus tuum congresum, ita insanus cum furor tenet. Prædicat namq; parem sibi in bello ex omnibus qui hic nauigauimus, esse neminem. Ad quem respondens Achilles: Operæ premium, est inquit, princeps circūspectissime Ulysses, semel me istius= modi orationi respondere, ne tu posterius, aliq; subinde adeantes me, garrulis sermonibus obtudatis. Quod enim mihi constitutum est, hoc reuocari nullo pacto potest. Ac me ne forte quispiam existimet aliter loqui ac sentio, genus illud hominum, qui aliud clausum in pectore habent, aliud promptum in lingua, perinde mihi iniuisum est atq; ipsa instrni ostia. Dicam itaque quod sentio, quod constitui, quod faciam, quod semel dixisse sufficiet: Nullam unquam neq; Agamēnonis, neq; aliorum Græcorum suasionem mihi persuasurā, ut pro eis descendam in prælium contra Troianos: quādoquidem ei, qui hoc fecit, & assidue & sedulo fecit, nulla relata est gratia. Nec interest, in bello quis fortiter an ignauiter egerit, pertulerit erumnas militares, an ociosus intra tentoria defederit: bona operam nauauerit, an malam: utriusq; & quum præmium, & qua prædæ portio, & qua dignitas est. Quippe cum ego nihil peculiarius assecutus sim, quod præter ceteros & pro

Achilles Vly-

s.

& pro cæteris tot languores animi, tot difficultates in
 bello, tot pericula mihi suscipienda existimauit, uitæ meæ
 non securus, ac cruentos dies & periuigiles frequenter
 exigens noctes: ita deniq; laboras, ut auis pro pullis suis,
 quos implumes adhuc & uolare nescientes nequeutesq;
 pascat, tolerat ærumnosum illum quotidianū irrequietæ
 uenationis labore. Etenim Troiæ finitima oppida duo=
 decim bello nauali, item undecim pedestri prælio expu=
 gnaui. Quorum omnium opes ac copias, & multas &
 preciosas, ita ut diripucram, ad Agamemnonem detuli,
 illiq; uniuersa dono ceſſi. Hæc ipſe dum accepisſet, apud
 sua tentoria o ciuim tenens, retēta ſibi maxima parte, mox
 patna quædam ex his mihi, nōnulla summis quibuscunq;
 Græcorum principibus honoris gratia largitus eſt. Quæ
 cum ſua cuiq; ſalua ſint, à me tamen uno omnia eripuit,
 atq; meam nempe foemina m̄, que mihi ob ingenium ciuī
 & formam cordi erat, quam etiam uxoris loco habebam,
 cum ea ipſe ſe oblectare uoluit. Oblectet ſane, fruatur
 aliquo alieno coniugio, nihil admodum ſe, quod alteri
 uxorē præripuit, peccasse existimet. Quod ſi ita eſt, quid
 attinebat cum comparare exercitus, & bellum iſſerre
 Troianis, & tñ diuturno tempore in bello nos eſſe? An
 non hoc ideo fecit, ut Helenam marito Menelao ab Ale=
 xandro creptam ulcisceretur? Nisi forte ſoli ex omnibus
 hominibus Atridæ ſua coiugia amant. Imò & alij quoq;
 ſi modo ſapiunt, & qui boni uiri ſunt, coniuges ſuas a=
 mant, & de ijs ſolicitat curam gerunt, ueluti ego facie=br/>
 bam, Bryſeidam, et ſi captiuā, tota tamen charitate cōple=br/>
 etens. Hanc à me Agamemnon ſic dilectam, & antè in
 præmium à consenu omnium Græcorum traditam, per
 dolum ē tabernaculo, atq; adeo ē manibus meis cepit, ra=
 puit,

puit, abduxit. A me inquam, qui propter Helenam &
 aliorum qui hic adsunt uxores, tanta pertuli. Et postea
 me, de quo tam male meritus est, uerbis delinire conatur?
 Desistat, & satis superq; satis edoctum me ne amplius
 tentet. Nam quod conatur, frustra conatur. Proinde adem-
 pta spe mei, tecum Vlysses, cumq; alijs regibus con-
 sultet, qua ratione naues ab hostili incendio vindicare
 possit, si hostilem ignem extimescitis. En quò mea desti-
 tutus ope deuenit. In tutelam nauium castra communit
 muro, fossa, uallo. Nec tamen hoc ita laboriosum opus
 cum tutari, & sanguinarium arcere Hectorem potest. At
 cum ego in bellis agebam, tantum aberat, ut à muris no-
 stris munitionibusq; quae nullæ erant, Hector esset arcē-
 dus, ut à muris suis non auderet pedem migratus effe-
 re formidine mei. Tantum cum manu Troianorū ad por-
 tas Sceas turrimq; procedebat. Vbi semel quodā dic ma-
 nere ausum cum inuasissim, & gre fuga elapsus est. Cum
 quo quia certum est mihi non certare amplius bello, cras-
 stino die sub exortū auroræ cum Ioui ceterisq; diis sa-
 crificauero, naues meas onerabo, atq; in mare deducam.
 Eas tu Vlysses, si hoc tibi aut uacabit, aut libebit, qua
 dixi hora spectabis abeutes, magna cum alacritate remi-
 gantium. Quòd si Neptunus tribuerit secundam mihi tri-
 duo nauigatiōnē, littora patriæ portusq; contingam, à
 qua stulte profectus sum, cum tantæ mihi illic opes ac co-
 piæ adsint. Et ad ea nunc fruenda iure optimo reuertor,
 reportans multū auri, multū æris, multum etiā eximiarū
 puellarū, quibus per me potitus, non ab Agamēnone do-
 natus sum. Nam quod honoris gratia dederat, id iterum
 per ignominia abstulit. Quocirca Vlysses uerba mea o-
 minia mādo publice referas, ut prius me alij in hūc Græci
 irascantur,

irascantur, si quos adhuc, ut est semper impudicitia ue-
 stitus, sperat se posse fraudare. Nam me amplius alloqui,
 & etiam os meum intueri, licet exhausti ruboris sit, tunc
 conscius sibi sceleris non auderet. Et si auderet, ego re-
 spuero omne secum rerum sermonisq; commercium. Semel
 ipsius uerba me decepterunt. Sat ei sit, quod senel meo me
 honore fraudauit. Non est iterum apud me fraudi locus.
 Valeat, quiescat, & secum tacitus afflictetur, quod dum
 mihi iniuriam fecit, ei Iupiter insensus mentem sensumq;
 eripuit. Nam quod ad munera attinet, ea uero sunt nihili
 cum ipso donate odiosa, iniusa, mortis etiam instar. Qui-
 bus non me sibi placaret, nec si decupla quidem donaret:
 non, si bis decupla, non si deniq; quicquid aut habuit, aut
 habet aut unquam habiturus est, adderet. no si qcquid uel
 infertur Orchomeno, uel effertur ex Thebis, illic nauibus,
 hic iumentis ac uehiculis: ex Thebis inquam Aegyptijs,
 urbe ut capacissima centum enim portas habet, per qua-
 rum singulas duces cum iumentis uehiculisq; egrediu-
 tur) ita omnibus diuitiis resertiissima. Non deniq; si tot
 mibi munera offerret, quantus est arenarum & pulueris
 numerus, nisi cum antea pro iniuria, pro ignominia, pro
 mero, quo me affecit, satis supplicij dedisse cognouero.
 Iam uero quod sacer mihi esse uult, quod electionem fi-
 liarum offert, hanc ego affinitatem minime accipio, ne
 accepturus quidem, si filia eius & de forme uenustate
 Venerem, & de mulibri ministerio Mineruam possit
 emulari. Alium sibi ille genrum deligat, tum magis ido-
 necum, tum maiore praeditum regno. Mecum uero pre-
 clare agitur, si quidem reducem in domum meam diis uo-
 lentibus me retulero: ut in patria, ut ex autoritate patris,
 ut ex animi mei sententia uxorem ducam. Sunt enim non
 parum

parum multæ in Achæia, in Hellade, in Phthia adolescen-
tulæ, summo loco natæ, & magnorū ducū filie & prin-
cipum: cum quibus iucundam degan ætatem. Ad quod
faciendum (ut fatear) maiorē in modum declinat animus.
Satiusq; existimo domi meæ cū amantiissima uxore patri-
monio frui, quod Pelcus cōparauit, quām hic ad Troiā in
bello occūbcre. Nullo enim precio potest animæ meæ ia-
ctura pēsari: non tātis opibus quātæ apud Iliū ante illatū
à nobis bellū fuisse dicūtur: nō tātis donarijs, quātæ intra
marmoreū Pythij Apollinis līmē reposita sunt. Nā boum
quidē, aut oviū, aut equorū, aut tripodū, similiūq; amissio
resarciri solet: Anima autē hominis, cum semel ē corpore
migravit, nunquam rursus aut remigrare, aut instaurari
potest. Etenim ita de dea matre accepi, ancipitem mihi ex
fatis finem uitæ offerri. Si hic permaneam in obſidione
belligerans, negato in patriā reditu, maturā mortem, sed
immortalē gloriam me mancere: Sin relicto bello redirem,
ibi negata gloria longissimam ætatem traducturū. E quidē
non modo nubi, uerum etiam ceteris faciendum censeo,
uosq; meis uerbis dicatis alijs iubeo, ut hinc soluentes ad
penates reuertamur: quandoquidem Græcis adcepit fa-
cultas est Troiæ expugnandæ, tum Ioue auxiliante ho-
stibus, tum ipsis Troianis iam ferocioribus ad pugnandū
effectis. Vos itaq; duo, Vlysses atq; Ajax, reuersi primo-
ribus Græcorū renunciate: & cum maioribus natu, quo-
rum munus est proprium de republica consultandi, quo-
niam ratio consilij quam me absente inierunt, parū pro-
spere cessit, aliam de integro ineant, per quā & naues &
nulites ab hostibus incolumes reddant. Phœnix autem
hic remaneat, ut apud nos dormiat, ac crastino die hinc
me cum in patriam proficiscatur, si modo sua uoluntas
ferat:

ferat: nam inuitum cum ducere non est sententia. Hæc
 Achilles. Illi autem diu se omnes intra silentium tenuerunt,
 stupentes tam rigidam præfractamq; orationē, tan-
 dem senior Phœnix multis per ora decurrentibus lachry-
 mis (erat enim sane de nauibus ac socijs anxius) hunc in
 Phœnix modum exceptit: Si tibi illustrissime Achilles ita alte inse-
 Achilli. dit animo affectus iste indignationis, ut nullo pacto ad-
 duci ad propulsandum sociorum periculum possis, cer-
 tumq; tibi est hinc proficisci in patriā, quo tandem modo
 animum inducerem, ut hic abs te amantissime fili relin-
 querer, & alijs tuis te comitatibus unus ego non præsta-
 rem tibi comitatum, qui sum ab Peleo patre quo die te ad
 Agamemnonem ille dimisit, comes tibi præceptorq; da-
 tus: qui rudimenta dicendi agendiq; tradicerem, ut in con-
 cionibus atq; in senatu orator, in rebus agendis bellator
 euaderes. Nondum enim tu per ætatem ad hoc poteras
 esse instructus, quibus duabus rebus maxime inter morta-
 les gloria comparatur. Post hæc, ut ego abs te dulcissime
 fili relinquenter non sustinerem, ne si deus quidem respō-
 deret, se exuta mibi hac senili malaq; ætate, florētem illam
 in euntis pubertatis induturum. Qualis tunc eram, cum
 primum profugus excessi ex Hellade, maledicta execra-
 tionesq; Amyntoris patris ferre non sustinens, quibus
 ille me prosecutus est, hac de causa in me furore indigna-
 tionis accensus. Is habebat amicam quandam pulchram
 sane fœminam, quam ita adamabat, ut uxorem eandemq;
 genitricem meam contemptui haberet. Quod genitrix
 ægre strens, quotidie aduoluta pedibus meis obsecrabat,
 ut cum pellice sua concumberem. Fore enim hoc modo
 (ait) illa pro me, si scenem fastidiret amatorem. Adeoq;
 denique me assiduis precibus orauit, ut exoraret. Pater
 uero

nero ubi cum puella me sua concubuisse rescivuit (resciuit autem protinus) etiam atque etiam execratus est, inuocatisq; Erinnybus, est imprecatus filio filiorum orbis tatem, ut nullus unquam ex me gigneretur, quem ipse auus super genua sua collocaret. Quan imprecationem cum cæteri dij inferi, tum Pluto cum regina Proserpina ratam fecerunt. tunc mihi impatientia subiit animi in ijsdem ædibus agendi nulla ratione, ubi tantopere infensum haberem patrem. Atque cum abire destinasse, cirsistebant me amici, sodales, propinqui, pro se quisque orantes, ut ab hac destinatione recederem: nec modo precibus me, uerum etiam sacrificijs retinere conati sunt. Plures enim arietes, plures boues, plures sues ex omnibus gregibus armentisq; electos immolabant, incidebant, torreabant. Plures etiam meri amphoræ ex patris cella uinaria epotæ sunt. Neque hoc fecisse contenti, incensis per totam noctem ignibus, unis in media aula, alteris in uestibulo cubiculi ex opposito ianuæ, uigilias circa me uicibus agebant, & hoc nouem noctibus. Ipse tamen clandestino eos consilio fecelli: hac enim nocte ita furtim rupi thalami fores, licet bene communitas, ut illinc egrediens, & per aulæ parietes desiliens, facile laterem omnes, qui me asseruabant, uiros pariter & ancillas. Deinde ut solus profugerem, spatio sam emensus Hellada, in Phthianam deueni ad regem Pelcum patrem tuum, qui me hono- rifice exceptum, eo amore prosecutus est, ut si filius, si semper sibi unicus, et cui tantæ illæ opes deberetur, fuissè. Siquidem me continuo diuitem, imò adeo principem fecit, commissa mihi Dolopum procuratione in extrema Phthiaæ ora habitantium. Ibi ego constituta mihi uiuendi sede, te Achilles, qui dijs nunc simulis es, ab infantia atq;

à tantulo educaui. Educabam autem te, non modo quod
 arte amarem, sed etiam quod redamarer: quippe cum
 ita me diligeres, ut nolles neque extra domum ad cœnam
 pergere aliò, nisi me comitante, neque domi cibum ca-
 pere nisi mecum; nisi super mea genua sedens, nisi præ-
 gustato ac inciso à me obsonio, uino quoque per me la-
 bellis tuis admoto, quo frequenter per uomitum reddito;
 ut est infantulis infirmitas, sinus meos perfudisti. Quæ
 ego atque alia multo plura in tua educatione mihi tole-
 randa ac perferenda eo consilio induxi, ut quatenus à
 diis mihi denebatum erat, ut pater gignendo essem, essem
 pater educando, teq; filium habercem, ut si quando res
 postularet, ab indigna me nece vindicares. Itaque pro
 mea in te pietate Achilles admonere te debeo, ut istos pe-
 catoris tui æstus aliquando sedare uelis, nec implacabilem
 gerere animum, quod minime decorum est. Tum dij ipsi
 quorum uis animi, robur corporis, naturæ dignitas, præ-
 stabilior est, quam nostra, placabiles sunt: & oblatis ho-
 stijs, sacrificijs, libaminibus, uotis, nostras preces qui eos
 læsimus, audiunt. Etenim ut scias Achilles, preces Iouis
 filiae sunt, eadē ipsius offensæ siue iniuriæ comites, clau-
 dæ, strabæ, rugosæ: Illa nec rugosa nec straba, nec clauda,
 sed integræ, sed uelox, eoq; comites omnes longe præcur-
 rēs, uniuersumq; per agras orbem terrarum, passim lædit
 genus humanum. At preces eius uestigia legentes, medita-
 bundæ, taciturnæq; consequuntur. Has autem quisquis i-
 psum adeūtes, et ut ueniā det obsecrantes admittat, reuere-
 tur, exaudit: hunc ipse, postea quando usus est, uiciissim
 exaudiunt, commodis augent, ac compotem uoti faciunt.
 Sin obstinato animo repudiat, tunc acceptam iniuriam ad
 patrem Iouem iratae deferunt, cumq; orando inducunt, ut
 ob ultio

ob ultionem humanitatis unà cum eis offensam, ad hanc
nem magna pernicie puniendum ire permittat, ut intelli-
gas Achilles, non esse tibi committendum, ut preces filias
Iouis repulsa dimittas, cum præsertim ad has accedat id,
quod alios quamlibet egregios uiros placare consuevit,
honorificentia, qua te Agamemnon presequi cupit, tot
dona, tot munera, tot res amplissimas offerens. Quod
si non faceret, si non te precaretur, si adhuc pergeret te-
cum gerere simultates, nequaquam ego te iubrem Achil-
les, ut deposita iracundia, Græcos in ultimum etiam di-
scrimen adductos auxilio tuo subleuares. Nunc autem
non modo abiecit simultates, non modo ut tu quoque ab-
ijicias precatuer, non modo amplissima dona partim nunc
offert, partim pollicetur: uerum etiam legatos pro his re-
bus ad te dimisit, uiros ex omni cœtu Græcorum & ex-
cellentissimos, & tibi amicissimos: quorum persone, ade-
uentus, oratio, multum per se etiam deberet apud te ha-
bere momenti, ne non solum Agamemnonē, sed hos quo-
que pro nibilo habuisse uideare: ne'ue, quid haec tenus
actum non est, iracundia ista tibi uitio uertatur, si eam
diutius serues, quod prisca illi hercēs non factarūt, quos
aceperimus ex hoc quoq; fuisse gloriam consecutos, quod
contractam aduersum aliquos amaritudinem muneribus
precibusq; deposuissent. Eos uero, si qui hoc nō fecissent,
& secum pœnituisse, & ab alijs fuisse reprehēsos, memo-
ria teneo huius rei non recens, sed uictustum exemplum.
Quæ res quo modo gesta sit, uobis pro nostra familiaritate
referam: Bellum erat inter Curetes & Actolos ad Ca-
lydonem de ipsa urbe, cum eam illi expugnare niterētur,
hi ab expugnatione tutarentur, cum ingenti utriusque
populi strage. autor autem huius calamitatis (ut altius
III 2 repetam)

repetam) fuit Diana, quæ iniecit eis materiam discordiarum, uchemeter in Oencum stomachata, quod is dum pro arbustorum primitijs sacrificaret ceteris diis, uni sibi quæ Iouis filia est, non sacrificasset, siue ille obliuione caput, siue non ratus ea sacra Diane fuisse facienda. Igitur dolore indignationis accensa, aprum excitauit, mura membrorum, setarum, dentium magnitudine horrendum: qui cum impetu corporis, tum uidentium omnem agrum Calydonium deuastabat, proterens sata et meses, arbusta cum fructibus, quamuis procera, radicibus sternens, magnam passim cladem ferens, non modo agris, uerum etiam uiris. Siquidem plurimos in occursum ire conatos trucidarat. Hunc tandem Oenei filius Meleager comparata ingenti ex compluribus oppidis uenatorum manu, cum magna copia canum (neque enim cum paucis tantam feram, et tam scuam confidere potuisset) occidit. Hinc dea uolente, inter Curetes atque Aetolos de capite apri ac pelle, utris illa cederent, utrisque sibi uendicantibus, uchemens seditio, ac prælium coepit, diuq; bellum fuit. Quo in bello quam diu Meleager uersatus est, semper res Curetum detrior fuit, ita ut extra ipsorum muros, et si copijs militum abundant, consistere non possent. donec euénit, ut Meleager ab armis desisteret irarum cestibus concitatus, quibus grauium quoq; hominum pectora solent concitari atque feruere. Quid autem causæ suberat, ut irasceretur? Althaea mater, quæ fraternæ mortis impatiens (peremerat autem illum Meleager) positis humili genibus, atq; ambas palmas crebris iestibus solo incutiens, madete lachrymis sinu cum uociferatione deos superos atq; inferos inuocans, necem filio est imprecata: cuiuscam imprecationis immittiſſimo ingenio

ingenio Erimnyſ compotem fecit. Ob hanc detestationem
 matris, conturbatus animo Meleager ac tabescens, omis-
 sis praelijs domi ſe continebat, ſolans acerbum moerorem
 apud Cleopatram amatiſſimam uxorem, fœminamq; pul-
 cherrimā. Hæc autem filia fuit Idaei & Marpisses: Mar-
 pisses quidem ſpecioſe inter paucas nymphæ, Idaei uero
 omnium illius ſeculi uirorum formoſiſimi, & qui arcu ſa-
 gittisq; ſumptis Apollinem inuadere auſus eſt ob Mar-
 pissē ſibi à deo erexit: quam poſtquam raptæ eſt, parē-
 tes Alcionem cognominauerunt, quod mater eam domi
 deſlebat, ſortita luctuosum ac ſlebile Alcyonis fatum. Ig-
 tur (ut iuſtitueram dicere) Meleagro ceſſante, ecce ibi
 confeſtim Curetes Calydonem petunt, ſubcunt portas,
 turreſ murorū ſubruūt. Ibi frenitu pugnantū, fragorem
 collabentium curruum, ſuclamatiū uictorum exultan-
 tiūq; audires. Tunc principes Aetolorum tanto exani-
 mati periculo, Meleagrum adeunt, obſcrat, obteſtantur,
 ut arna ſumat, & in hostes iam moenia demolientes pro-
 deat, ciuitatemq; à praefenti euersione tutetur. Eoq; ince-
 orato reuersi, ſummos ſacerdotes ad hominem mittunt, ut
 adiuncta precibus deorū religione animū permoucent,
 adiecta etiā ingenti ſponſione. Offerre enim ſe facultatē,
 hinc ex ornatiſſimiſ quibusq; prædijs, que in plano poſita
 ſunt, unūquodlibet optandi, cuius mōs quinquaſinta paſ-
 ſuum eſſet, ex dimidiato uitibus conſitū, ex altero dimidio
 frumentariū. Spretis ciuibis, contemptis ſacerdotibus, de-
 ſpectis muncribus, ſenior pater acceſſit ad thalamum filij,
 clauſiſq; foribus, tanquā Meleagri genibus aduolutus, &
 ea identidē quaties, diu multumq; omni precationū am-
 bitu ſupplicabat. Supplicabant una cum patre fratres,
 eodem modo procubentes. Supplicabat & mater. Sed quo

magis per se quisq; preces inculcabat, eo magis surdas ille aures habebat. Supplicabant posiremo certatim familiariissimi amantiissimiq; sodalium, sed ne hi quidē durū animum euincere, & obstinatū pectus expugnare poterant. Et licet nihil proficerent, tamen omnes in eodem flebili rogandi tenore perstabant. Hoc interim spatio Curetes iam in turres murorū euaserāt, iam discurretes per urbē, tectis incēdia miscebant. Quæ uxor Cleopatra ubi animaduertit, cum ingenti lamentatione ut succurrat, maritū comprecatur. Exponensq; cuncta infanda quæ in euersio-
ne urbis uicti à uictoribus perpeti solent, O' mi uir, inquit, urbs concrematur, puberes trucidantur, impuberes capiuntur, fœminæ captiuæ ducuntur. Tum demum Mcleager tanta rei indignitate percussus, è thalamo proflijt, sumptisq; raptim armis, urbem ciuesq; suos ab extremo defendit exitio. Et cum hoc fecisset, non tanè cum Actoli tatis tamq; eximijs donis remunerati sunt, quod quicquid egisset, non illorum precibus, sed suo stomacho tribuerat.

Quod tu Achilles absit ut facias, necq; te hoc amicus demon facere sinat. Difficilius enim tibi crit, ardenterbus iam nauibus auxilium ferre. Nunc prouius auxilium feras, nunc antequā ardeant naues, nunc cum dona amplissima offruntur, nunc quādo ex facto tuo gloriā & quasi diuinam es reportatus. Alioqui, nisi in hoc periculo suc-
curris, etiā si postea prælūm in cas, etiā si socios defendas, etiā si gratis facias, nequaquam tibi erit factum tuū tan-
to honori futurum. Hæc Phœnix. Ad quem respondens

Achilles Phœ- Achilles, Isum, inquit, honore uenerande Phœnix, quem mīhi ostendis, neutiquam requiro, contentus honorari iudicio Iouis, quo nunc iniuriā meam illic ulciscatur. Eoq;
dum ingredi potero, & dum spiritum traham, certum est mīhi

mihi ex his tentorijs non egredi, duntaxat gratia pugnandi. Illud autem sic habeto, & quod dicam considera, atque imis sensibus manda: Ne uelis amplius tu mibi tuo dolore tuis lachrymis, tua ad commouendam miserationem apposita oratione, affectus fundere, & ad misericordiam concilare, ut per hoc Agammenoni gratum facias, cui profecto nec amicus esse debes, qui inimicus meus est, ne ob id amicus mibi esse defistas: & eius demum qui studiosus me sit, decet te esse studiosum. Quippe qui pare mibi regni dignitatem, dimidiumque mecum imperij obtines. Itaque hi duo legatione renunciabunt, tu uero hic maneat apud me dormiturus, crasque sub aurora mecum consultaturus, redeamus in patriam nec ne. Sic locutus Achilles, tacitis superciliis ut stratum Phoenici sternaret atque adornaret, Patroclu innuit, uolens iam tunc senem incipere de reditu in patriam deliberare. Tunc Ajax, Abeamus, inquit, sapientissime Ulysses. ut enim rem ire video, finem non faciemus colloquendi, & alioqui redditum nostrum cunctus secundus apud curiam sedens expectat: nunc et si triste respondimus, tamen necesse est quamprimum renunciemus. Nanque iste nullam rationem habet neque humanitatis, neque benevolentiae suorum, neque honoris, quo semper cum praeter ceteros in his castris nos amici prosecuti sumus. Ita imperauit sibi, ne preces nostras admitteret, durus, rigidus, saeuus. At enim fuit qui pro occiso fratre, aut etiam filio oblatis ingentibus donis satisfactionem accepit. Licuitque ipsi percussori postea impune in populo agere, sine ulla ciuus, cui iniuriam fecit, offensione. Tibi uero Achilles, inuicem dij mentem nunc animoque implacabile dederunt, qui non ob filium, non ob fratrem, non ob aliquem necessarium interemptum, tam

Ajax.

resprias satisfactionem, sed ob creptam puellam, & quidem unā. At nunc pro una septem longe excellentissimas offerimus, eandem quoq; illam, simulq; cum illis alia plurima. Sed tu quæso Achilles aliquando animum placis. Da hoc pudori hospitijs (hospites enim tui sumus, à concilio Danaorū misi) da nostræ necessitudini, da amicitia. Qui enim huc uenimus, ex omnibus Græcis cupidissimi tui & Achilles. suimus semper, & sumus. Ad hunc respondens Achilles, Qyæ, inquit, princeps Ajax dixisti, ea mihi in bonā partem accipiuntur, ac grata sunt. Cæterū cor meum irarum æstu toties feruet, quoties reputo quanta me contumelia Agamemnon affectit, quod me inter Græcos loco gregarij cuiusdā militis habuit, aut hominis profugi patria atque extorris. Vos tamen abite, & renunciate ceteris que respondi. Namq; non prius mibi bellum curæ erit, quam Hector fusis Græcis, nauibusq; incensis, ad tentoria nauisq; meas progredietur, si modo progredietur, quod nō opinor. Quippe et si ad hoc agendum prono esset animo, tamen subsistet, eumq; ab his tentorijs mei timor arcebit. Hæc Achilles. Illi autem cum gradatim cratera libassent, ab Achille digressi, ad consilium reuersi sunt, Ulysse præeunte. Patroclus interea socijs ancillisq; negocium dedecrat, ut continuo Phœnici lectulū concinnarent, quod ille dicto audiētes execute sunt. Itaq; senex in lectulo, tenuibus linteaminibus stragulaq; ueste admodum decora concinnato, se capiendi somni gratia collocauit, iacuitq; ad aurorā. Tū Achilles ad cubile suū, quod in penetralibus tentorij erat, se recepit, & ex aduerso Patroclus, cum sua uterq; amica & utraq; formosa. Ille cum Diomeda Phorbantis filia, quam è Lesbo adduxerat: hic cum Iphi, quam ex euerso Scyro Enyei urbe captiuā Achilles amico doauerat.

nauerat. At legatos cum præconibus tentorium Agamemnonis ingressos, Græci surgētes protēsis oculis alij alii excepérunt. Deinde de respōsione Achillis sciscitati sunt. Et primus omnium Agamemnon, Dic age, inquit, clarissime Vlysses, uult' ne ille nos nostrasq; naues ab hostili igne uindicare, an potius durante adhuc acerbitate animi pernegat? Cui respondens Vlysses, Magne, inquit, Agamemnon, imò uero pernegat, atq; ad orationes, ad preces, ad promissa nostra nō modo non sedatur, uerum etiā increscit animi eius acerbitas: adeo & te et tua dona perosus est. Quin & crastino die, simul ac resulserit aurora, communatus est deducturum se suās naues in mare, atq; in patriam reuersurum. Eoq; te iubet per te ipsum sine se prouideas, quomodo naues uiriq; incolumes ab hostibus sint. Me quoq; iussit uerbis consilium dem cæteris: ut hinc soluentes, ad penates reuertantur, quandoquidem nobis dempta facultas est Troiae expugnādæ, tum Ioue auxiliante tantopere hostibus, tum ipsis Troianis iam ferocioribus ad pugnandū effectis. Hæc eum ita locutum, testores qui meū uenerūt, Aiacem, ambosq; præcones. Nam Phoenix remansit ab illo iussus, quodcras cum eo in patriā abiturus est, si tamen abire uelit. inuitū enim ducere Achilli non est sententia. Ad hanc Vlyssis relationem diu se omnes intra silentiū tenuerunt, stupentes Achillis tam rigidā præfractamq; orationem: nec stupentes modo, sed etiā mœsti ac lugentes. Tandem Diomedes, Non fuit, inquit, princeps Agamēnon faciendum tibi, ut ad Achillem mitteres legationem, ut supplicares, ut dona promitteres. Isto enim modo hominē alioqui impotentem & tumidū, etiā tumidiorē reddidisti: sed cū misū faciamus, siue abire hinc, siue remanere uelit. Tunc pugnabit, cū aut cupido

m s sibi

sibi incesserit, aut deus animū dederit: Quod superest,
accedite omnes sentētiæ meæ. Nunc cibo & uino refecti,
petite somnū. His enim rebus uis animi & corporis uires
uigent. cras uero sub ipso statim auroræ ortu, tu Aga=
memnon simul omnes copias equestres pedestresq; iube=
bis è tentorijs prodire in aciē, simul ipse inter primos bel
latores in pugna uersabre, Hæc Diomedes. Cuius ora=
tione probata, ac laudata uirtute cuncti(ut ille censuerat,
prius tamen facta libatione) in sua quisq; tentoria reuersi
sunt, stratumq; ac somnum petiuerunt.

ILIA DO SHO-

MERICAE LI-

BER X.



T cæteri quidē Græcorū prīncipes gra=to sopore prostrati, noctem illā omnem traducebant. Agamemnon autem alijs atque alijs cogitationibus animum in=festantibus, somnum oculis capere non poterat. Atque ut Iupiter immensam uim imbrium, aut grandinis, aut niuium late agros obtegentium in terras demittens, aut insanam uentorum concitans pugnā, ful=gurat: sic illi crebra ex imis pectoribus suspiria trahebā=tur, cor insolito motu palpitarbat. Anima ipsa intra ui=scera contremebat, & nunc ad castra hostium, nunc ad sua flectebat ocellos: admirabaturq; cum tot apud Tro=ianos urbem uersus lucentes uideret ignes, tot tibias, tot fistulas, tot musica instrumenta canere, tantū hominū fre=mitum exaudiri. at cum uicissim respiciebat ad suos, sine ignibus, sine socijs, sine fr̄cmitu d̄c̄m̄c̄tes, oculos ad cœlū tollens, erumpente ḡm̄tu, loui utraq; manu capillū ra=

dicitus discerpebat. Tandem cum plurima cogitasset, hæc sibi uisa est sententia præstare, ut primū se ad Nestorē cōferret, cōsultandi cum illo gratia, si quid remedij periclitanti reipublicæ Græcorū inueniri posset. Igitur ubi surrexit, primum humcris ac pectori tunica, deinde pedibus decoros calceos induit, tum rutilantē immensis leonis pellem ad pedes usq; demissam circundat. Postremo lanceam dextra sumit. Cum autē ita se accingeret, ecce Menelaus discolori pardi pelle circundatus, galeanq; capite ac lanceam manu gerens, qui nec ipse somnum capere poterat, festinabat trepidus anxiusq; pro Græcis inter nocte calamitatis, qui ipsius gratia tanto mari traecto, animosum Tricianis intulerant bellum. Veniebat autem excitatus fratem, penes quem summa exercitus potestas erat, et ueluti deus quidā uulgo colebatur. Hic cum tentoriū intrasset, & gratus sanc eius aduentus Agamemnoni fuisset, prior ita fratre est allocutus: Primigenie frater, quid tantū hoc noctis surrexisti? Nunquid ut aliquē solicites sociorum ire episcopum ad explorāda hostium castra? Veruntamē si huic progredi statuis, uereor ne quisuicissim illorū episcopus huc eadem causa iussus ire, te inuadat. Nam ad aggrediēdum maleficium, ipsæ noctis tenebræ animum addunt. Cui respōdens Agamēnon, Cupio, inquit, Menelaē me et te aliquod salubre excogitare cōsiliū, per quod nobis impēdens periculū propulsimus, quoniā Iupiter à nobis alienatus est, acceptiora habens Hectoris sacrificia quam nostra. Illius enim fretus numine Hector, facit ea quae fecit, qualia uno die fecisse alio neminē nec uidi unquam, nec ullo referente audiui: cum tamē nec deo sit genitus, nec dea: cuius diei magno cum mœrore Græcos diu longumq; recordaturos scio, tantum clavis heri ab illo perpetui

Menelaus.

Agamemnon

perpeſſi ſunt. Tu uero celeri curſu contende ad naues, ad Aiacem atq; Idomeneum, eosq; ad nos conſultum uoca. Ego nanq; ad Nestore pergo, excitaturus eum à ſomno, deducturusq; (ſi uoluntas ſua feret) ad excubiarū locum, ut edoceat quid nobis agendum fit. Eſt enim is cuius ſen-tentiam omnes facilime ſequantur. Adhuc eius filius cum

Menelaus. Merione illic, quibus duobus illud negocium deditus,

excubijs praefunt. Ad hunc reſpondens Menelaus, V trum tanen iubes me facere, ubi Aiace Idomeneumq; uocauero: morari uē me illic, donec unā ueniamus ad locum ex-

Agamemnon. cubiarum, an ſimul ac eos uocauero, iterum huic reſurre- re, ut aſſequar quō dixiſti euntē? Cui Agamemnō, V o-

lo, inquit, te illic morari, ne forte ſuam uterq; uiam ingre- dientes (ſunt enim plurimae in caſtris ſenitae) inuicē non occurramus. Illud tamen obſeruato, quemcunq; à ſomno

excitabis, eū cum alloquere, honoris gratia ex patris no- mine, atq; ex dignitate generis appelles, eidem reuerentiā pŕeſtes: nihil ſecum elatū, nihil ſublime proſeras. Qui ppe ſic nobis laborandum eſt noſtræ conditionis oblitis, quo- niam eō malorum aduersa Iouis uoluntate deuenimus. His optimis admonitionibus Agamemnon inſtructum fratrem

ubi à ſe dimiſit, ad Nestorem pergit: ad quem cum uenit, ingressus tentoriū, offendit ſenem molles agentē ſomnos, appoſitis iuxta uarijs armis atq; fulgetibus, galea, ſcuto, duobus iaculis, ac baltheo, quo ſolebat accingi, quoties cū ſuis cohortibus dux atq; imperator prodibat in acie, ut- pote nondū ſuccubens extremae urgentiq; ſenectuti. Hūc Nestor uenientē cum ad ſtrepitū ſeniffaret, in cubitu ſe le- uans, palmaq; eadē caput uertinē, ſic ad Agamemnonem

Nestor. inquit: Quisnā tu es, qui ſolus nocturno tēpore, cū ceteri quiescunt, per caſtra deābulas, & ad naues uenis, palpan- tibusq;

tibusq; manibus iumentū aut socium quæris? Noli ad me taciturnus accedere, effare quid queras, & quid te ego adiuuare possim. Cui respondens Agamēnon, ait: Nestor Agamemnon Neleides, ingens Græci nominis gloria, agnoscis ex uoce Agamemnonē me esse, quē Iupiter in tot coniecit ærūnas, ut tam diu futurus sim miser, quam diu super pedes ire, aut cōmunem auram haurire potero. Venio autem huc, quod somnū oculis capere non queo, de hodierno bello mœstus, de imminentि nobis discrimine solicitus. Cuius rei tantus me timor tenet, ut genua contremiscant, cor è præcordijs conetur emicare, animus malis attonitus apud se non sit, deniq; corpore ac mente captus sim. Quare si quid consilij in hoc rerum statu excogitare potes, uelim ut (quoniam nec te habet somnus) ad excubidores descendamus, uasuri, ne illi forsitan tum labore tum sopore uicti dormient, omissa prorsus uigilarum diligentia, cum tamen tam exiguo interuallo distemus ab hostiū castris, nesciamusq; an per noctem etiam oppugnare nos tētent. Ad hunc respondens strenuus Nestor, Non est, inquit, maxime imperator Agamemnō, ut censeas Iouem Hectori nunc ad uatum cūcta largiri. Siccine reris tu illum nostra castra uelle oppugnare? At ego cōtrā suspicor, angi eum & quidē uehemētibus curis, ne Achilles fortassis in gratiam tecum redicrit. Nihil tamē minus te equidē sequi nō moror, atq; etiam tecum uenire ad alios principes excitandos, Diomedem, Vlyssē, Aiacem celarem, Megem. Nam Aiacem magnum & Idomeneū, qui longius hinc absunt in extrema castrorum parte, ò si quis adesset, qui iret uocatum. Atqui Menelaus, qui foret idoneus, nunc dormit, relicta tibi uni cura ac molestia rerum agendarū, qui in hac intoleranda temporū difficultate, cum res nostræ ad perniciē spectent, deberet

deberet uigilare , singulos principum curiae rogare, ora= re , postremo nihil omittere . quocirca eum licet amicum: mihi, & in reuerētia à me semper habitum, tamen ut me= ritus est, obiurgabo: ne si tu quidem non patiaris me di= cere in eum , dissimulare potero, aut me continere , quin

Agamemnon.

illum sermone castigē. Ad qucm respōdens Agamemnon: Istud quidem, inquit, uenerande senex facere te aliās etiā cohortarer, ncedum paterer. Nam ociali ille utique quam negocia agere mauult: sed frequenter se labori subtrahens, neq; id aut inertia, aut imperitia, sed quia ad me respicit, & ut ego semper incipiam, expectat. Nunc autem multo me prior surrexit, meq; adiit, quē ego ad istos ipsos, quos

Nestor.

tu cōmemorasti, uocando dimisi. Itaq; eamus nos reperi= turi illos expectantes cum uigilibus ad portas , quō ego iussi uniuersos conuenire. Cui senex Nestor, Omnino, in= quit, isto modo nemo erit ceterorum Græcorū, qui īdi= gne ferat iussa tua. Nemo qui imperata non faciat , cum uiderit & te & fratrem tuum qui primi in exercitu estis, primos esse etiam in labore. Sic locutus induit sibi tuni= can, deinde decoros soccos, tum chlænam phœnicici co= loris uillosamq;, atque ita spatiōsam, ut duplicata amiciri posset, quam & spintre substrinxit. Postremo sumpta ro= busta lancea, præacuto ferro præfixa, cum Agamemno=

Vlysses.

ne perrcexit ad naues aliorum, & primum ad Vlyssis: quē cū à ianua tabernaculi inclamasset, exrectus ille proti= nus, & intellecta senis uoce, processit , & ad eos admirat= tus ait: Quid ita uos duo nocturnis tenebris in tam solici= to rerum statu per castra uagamini, & soli huic uenistis?

Nestor.

Cui Nestor, Noli, inquit, factū nostrū prudētissime Vlys= ses inculpare. Tristis enim necessitas, quæ Græcos premit, hoc facere nos cogit. Venimus autē huic, ut nobiscū eas ad excitandos

excitandoſ alioſ ſenatores, cum quibus coſultenū: utrum
 pugnare debeamus, an fugere. ſic locuto Nestore, Vlyſ-
 ſes in tabernaculū regreſſus, appenſoq; humeriſ clypeo
 metallorū uarietate diſtincto, iterū prodiēſ unā cum illis,
 ad naues Diomedis abijt. Eum autē offendunt extra ten-
 toriū dormientē ſub armis, bouino corio mēbris ſu-
 bStra-
 to, capiti uero inſigni tapeto: circa cum comitibus iſpis
 dormiētibus nō armatis, ſed habētibus ſub capitib⁹ ſcu-
 ti, cetera uero arma ad circulū cuſpidis ſtantū lancearū
 ſuſpensa, & inſtar fulgoris longe fulgentia. Ad hunc ita
 iacētem Nestor cum propius acceſſiſet, porrecto pede,
 ut à ſomno excitaret, ſucceſſit, iubens pariter eum ſurge-
 re, atq; ultro hiſ uerbis increpans: Surge age Diomedes Nestor.
 Tydei fili. Quid ſolidam noctē dormitas? Non ſentis ex
 uocibus Troianorū, eos in tumulo conſediffe? Quantulū
 campi nos dirimit ab illis? Ad hanc Nestoris uocem Dio-
 medes cum ſeſe protinus leuasset ē terra, Tu, inquit, du- Diomedes.
 rus homo & irrequietus es ſenex, qui nunquam à labo-
 rando uacas. An nō tibi iuuenes praeſto erant, qui ad ex-
 citandoſ gradatim ſingulos principes irent? Tu tumē hoc
 munus per te obire maluisti. Omnino ſenex unius inexpla-
 gnabilis es, atq; indefatigabilis uir. Cui Nestor: Iſta tu
 quidē omnia Diomedes, & rite & amice locutus es. Sunt
 enim mihi filij, & quidē egregij uiri, ſunt famuli, & iij nō
 parū multi, ſunt quibus negociuſ hoc uocādorū principū
 poterā dare: uerū nos tanta urget neceſſitas rerū, ut nulli
 ceſſandū ſit, cū periclitemur, in ancipiti cōditione poſiti,
 tēterrīmā mortē obeamus, an deuitemus. Sed quoniā tu es
 iunior, et ætatiſ meae te miſeret, ito uocatū ad cōciliū Aia-
 cē celerē ac Megē. Sic locuto Nestore, Diomedes rutilatē
 immanis iconis pelle ad tallos uſq; deniſā ſibi circūdat,
ſumptuq;

sumptuq; lācea abiit, excitat, adducit (ut iussus erat) Aiae-
 cem ac Megem. Igitur ubi ad loca excubiarum uentum
 est, reperiunt præfectos excubiarum, & ipsos excubito-
 res nusquam dormientes, nusquam stratos, nusquam curam
 renuntētes, sed uigilantes sub armis omnes, sedentesq;,
 & ex aduerso Troianorum intentis oculis in hostium castra
 semper speculātes, si quando illi se moueāt: non aliter in-
 somnē ac solicitam noctem agētes, quām custodes ouium
 canes, auditō rapicis ferē sono, quam ex montano saltu
 ueniente ad rapinam pecoris ipsi ac pastores magno cum
 fīemū ab ouili arcere conantur. Hos ita strenue excu-
 bantes intuens Nestor, mirum in modū letatus, eosq; o-
 Nestor. ratione exhortandos ratus, ita allocutus est: Vigilate dili-
 genter ut facitis dulcissimi filij, nec cuiquam uestrum hoc
 in casu somnus obrepat, ne per incuria recepta clade si-
 mus hostibus gaudio atq; ludibrio. Ita locutus extra mu-
 nitiones exiuit, sequentibus eum prædictos prin-
 cipes, Merione atq; Trasimede, iussis & ipsis adesse cō-
 cilio. Egressi nudo in loco consederūt, scorsum nonnihil,
 illic ubi frequētia sociorum cadauera iacebant, & unde à
 strage Græcorū Hector interuentu noctis fuerat summo-
 tus. Ibi cum inuicem sedentes colloquerētur, Nestor ora-
 Nestor. tionē ita exorsus est: Ita' ne tandem inter nos amicissinū uiri
 nemo existet tanta animi præstantia, qui illuc, ubi Troiani
 consistent, se conferat, exploraturus quid illi in consilio
 decreuerint, manere' ne illic ubi sunt, an post editam tantā
 è nostris stragem in urbē se recipere. Explorare autē po-
 terit, aut intercepto aliquo ex postremis eorum, aut supra
 auscultando sermones ipsorū, quid dictiēt eis esse ex iussu
 Hectoris agendū. Quod si is omnibus exploratis sine no-
 xa ad nos redierit, immortalis hunc apud homines omnes
 omnemq;

omnemq; posteritatē gloria cōsequetur. Præterea eximia
 à nobis reimuneratio. Nanq; ipsum maximi quiq; præfē-
 eti nauū singuli singulis nigro uillo ouibus fœtis cū suis
 fœtibus donabūt, cui simile nihil poſideri potest, simulq;
 ut in omni solenni conuiuio atq; epulo, ob huius dici me-
 moriā ſemper interſit. Hæc Nestor. Cæteri autē aliquā-
 diu ſe intra ſilētium tenuerunt. Tum Diomedes excepit:
 Mihi quidē Nestor prætantia animi adeſt, atq; adeo uo= Diomed,
 luntas pro ſpeculatorē ſubeūdi hæc, que nobis minari ui-
 dentur hostium caſtra: ſed ita, ſi quem ad hoc ſocium ha-
 beam: quippe maior duobus animi prætantia, plusq; ala-
 critatis cōſiliijq; adeſt, quia aliud aliud excogitat, quod ad
 rem transigēdam conducat. At qui ſolus eſt, etiam ſi quid
 recte excogitauerit, tamē ſibi ipſi plerunq; diſſident, & aſ-
 pud diſſidentiam ſuam cōſiliij pondus intercidit. Hæc lo-
 cuto Diomedē, frequentes alij libenter ſe ſinguli comita-
 tum præſtare dixerūt. Volebat comes ire Ajax Telamo-
 nius, uolebat Ajax Oileus, uolebat Meriones, uolebat
 Trasimedes, uolebat Menelaus, uolebat etiam ut ſemper
 erat animo fidentiſſimo, Vlyſſes. Ad quos Agamemnon Agamemnon
 inquit: Diomedes uir animo meo iucūdiſſime, quoniā per= multi ſunt, qui tibi nauare operā uolunt, & tecū ire ſpō= dent, delige arbitratu tuo ex omnibus optimum, neq; per uerecundiam committas, ut omiſſo meliore, deteriore le= gas, respiciens aut ad claritatē generis, aut ad magnitu= dinem potentiae. Ita autem Agamemnon locutus eſt, quod timeret Menelao fratri, ne forte à Diomede ob hæc ipsa deligeretur. Tunc Diomedes, Si, inquit, ad meum arbitriū Diomed,
 mihi eligere ſociū ſinitis, quo tandem modo Vlyſſem miſ= ſum fecerim? cuius ingenii ſolertiſſimū eſt, animus in o= minibus periculis prōptiſſimus, quemq; dea Pallas ſingu= nari

lari amore prosequitur. Hoc ego conute, quæ hominis
 prouidētia ac virtus est. Si erauerim nos ambos etiā, ut sic
 Vlysses, dicā, è medijs ignium flaminis euasuros. Ad hunc respō-
 dēs Vlysses. Noli me, inquit, Diomedes magnopere apud
 hos nec laudare nec carpere, sciētes qualis ego, et ista ue-
 ráne an uana sint. Sed age eamus: nā aduētante iam au-
 rora, ac cæteris stellis maiorē curriculi partē emēsis, nox
 admodū in procliui est, & exactis duabus eius partibus,
 tertia sola superest. Sic locuto Vlysse, uterq; ipse ac Dio-
 medes armis se instruxit, & Diomedi quidē, quia nec en-
 sem nec scutū attulerat, Trasimedes suū ensem utring; ac-
 cutū cōmodauit, suamq; illius capiti galeā aptauit, nō fer-
 ream, sed ex taurino corio, nec anterius bucula nec poste-
 riū crislis præditam, quæ cassis dicitur, tantum idoneā ad
 capitū tutelā. Vlyssi autē Meriones suū dedit ensem, suū
 arcum cum pharetra, suam galeā, quam suis etiā manibus
 illius imposuit uerticei. Erat autē galea è corio facta, mul-
 tus introrsum loris intenta ac rigens: exterius uero hinc
 atq; hinc, sed inter se vicinæ apri setæ extabant, scite &
 sciēter apposita, mediū pileo, quod è pilis belliarum fit,
 apte insidente. Hanc Autolychus apud Eleonē urbē, suf-
 fōsis Amyntoris Ormenidē ædibus sustulit, quā mox Cy-
 therio Amphidamanti munere dedit, eandē Amphidamas
 iure hospitijs Molo donauit Merionis petri, à quo filius
 in usum præriorū acceptani, nunc à suo in Vlyssis trāslu-
 lit caput. Igitur ita instructi Diomedes atque Vlysses, à
 suis casbris ad hostiū tendunt, cæteris proceribus ibi reli-
 ctis: atq; ecce Erodion iuxta uiam, quam ingrediebātur,
 dextro clāgore præteruolat. erat autē Pallas, cuius aduē-
 tu Vlysses gauisus (cognovit enim deam, licet auctem per
 obscuritatē noctis uidere non posset) ita illi uota fundebat:

Exaudi

Exaudi me Iouis filia Minerua, ut soles semper nanque Ulysses.
 mihi in omnibus meis laboribus ades. nec unquam mei ad
 nouos conatus te capit obliuio. Quod si quādo mibi pro-
 picia extitisti, ut sepe extitisti, nunc propicia queso sis
 maxime, desq; mihi nauato insigni aliquo facinore, quod
 Troianis perpetuo doleat, in columem reuerti ad naues.
 Secundo loco Diomedes ad eandem deam ita precatoria Diomed,
 uerba fecit: Et me quoq; exaudi Iouis filia Tritonia, &
 sic nūhi dux esto, ut patri meo T ydeo fuiſti cum à cete-
 ris Achius & à ſumine Asopo Thebas pro caduceatore
 dimiſſus eſt, expoſitaq; illic apud Thebanos pacificatoria
 legatione reuertebat. Ibi enim tecum, et tua ope præcla-
 rum illud de hostibus facinus edidit. Ita nunc queso exia
 mia dea mihi uoles adſis, reducemq; me facias. Voueo au-
 tem tibi bouē anniculū, immunē aratri atq; indomitum,
 quem auratis cornibus ipſe tibi dea uoti reus immolabo.
 Sic precati atq; ex audiſti à dea Pallade, in morē duorum
 leonum inter noctis umbras per cadauera, per ſanguinē,
 per arma occiforum ire cōtendunt. Hector uero quod ad
 Troianos attinet, nec ipſe ſuos dormire permittēs, ſumi-
 mos quosq; principes Troianorū atq; primarios, nō ſin-
 gulariter, ſed promiſcū ad concionē uocauit: quibus co-
 actis, ita orationē habuit: Ecquis uelirū uiri erit, qui hoc Hector.
 mihi negociū recipiat, atq; efficiat: habiturus præter ex-
 imiā facti gloriā, etiā ingēs virtutis ſuē præmiū, quo ego
 ipſum remunerabō. Nā donabitur quidē duobus eū curru
 iugalibus hofiliū equis inter omnes præstatiſsimis. Nego-
 cium autem quod ab eo exigo hoc eſt, ut proxime ad na-
 ues accedat, exploretq; nunquid Græci, quemadmodum
 prius faciebant, ad naues custodias agant, an nostris ma-
 nibus proſligati, non audeant caſtris ſe credere: & graui
 n z hodiernæ

hodiernæ pugnæ labore confecti, non sint pares agendis
 custodijs noctis, sed ascēdere mare ac fugere statuat. Hæc
 Hector. Illi uero mutuum se omnes intra silētium tenuerūt.
 Aderat autem illic Troianus quidam Dolon nomine,
 Eumedis præclarissimi præconis filius, unicus nūc, sed &
 quinq; fratrū superstes, uir auri ariſq; ualde locuples,
 illiberali admodum facie, sed egregia pedum pernicitate
 Dolon Troianis. præditus. Hic ad Troianos & ad Hectorē ita inquit: He-
 tor, equidem tibi iſtud ego recipio, et effectorum me esse
 cōfido, ut proxime accedam ad naues Græcorum, & eo-
 rum explorem cōſilia. Nam etſi mihi mala facies maluſq;
 habitus corporis est, affirmo, non tamen malus ſpeculator
 existam. Omnes enim naues (ſi opus fit) lustrabo, dum ad
 naucm Agamemnonis perueniam, apud quam futurū cen-
 ſeo, ut Græcorum senatores cogantur consultandi gratia
 ac statuēdi, satius fit eis pugnare an fugere. Verum pro-
 tento ſceptro interpone iuſiurandum, daturum te mihi e-
 quoſ Achillis ac currum, cum eo ornatu quo ille ſolet ire
 in bellum. Cui respondens Hector, Iouem Iunonis mari-
 tum tibi Dolon testor, quod nemo Troianorū illis equis
 atque illo curru præter unum te inuehetur unquam. Tu
 Achillis biga frueris, tu perpetuo in ea ſublimis decoruſq;
 ſpectabere. Hæc locutus, ac deinde iuratus, ut Dolon ma-
 turaret iſtabat. Ille protinus ad humeros fulgenti arcu
 ſuſpenſo, & canefcentis lupi pelle ſuperinducta, capitiq;
 adaptata caſide ex pelle hircina, ac ſumpto iaculo proſi-
 ciftur, ſed nō reportaturus rem comparatam, nec unquā
 ad Hectorem reuersurus. Nanq; ita digreſſum à ſocijs, ac
 pleno gradu ex aduerso uenientem Vlyſſes conſpicatus,
 ad Diomedem ait: En tibi uir quidā ex hostibus, qui huc
 tendit, haud ſcio an pro epifcopo ueniat ad naues, an ad
 cadas=

Hector Do-
toni.

Vlyſſes Dio-
medi.

cadauera, ut aliquid ex his spoliaret. Verum sinamus eum paululum procedere per campum, ac nos preterire. Mox inuidentes celeri cursu prehendamus hominem. Quod si cum assequi, quia uelocitate nos superet, non poterimus, urgebis tum illum assidue ad naues intenta hasta, ne refugere ad urbem queat. Hec cum dixisset, et ambo paululum à uia declinantes, se inter cadauera submississent, adueniens Dolon festinus demens passibus pratergressus est. Qui ubi tantum processit, quantum muli in sine sulci boves præcessisse solent (muli enim quam boues aratrum in ducendo sulco celerius trahunt) post eū ambo currere coepерunt. Ad quorum sonitum ille substituit, atque respxexit, sperans post se aliquos adhuc sociorum hortatu Hectoris eiusdē rei gratia uenire: sed ut uidit eos intra iactum telli aut etiam proprius adesse, nimurum hostes esse cognovit, ideoq; effuso cursu fugam capebat. Ili uero confestim hominem insequiri, atq; ut duo uenatici canes, iam usu experti, ac natura scui, hinnulum aut leporem inter nemorosa loca assidue urgent, præ timore in currendo lamentantem: sic Diomedes atq; Vlysses fugieti Doloni instantes, sedulo eum à Troianis castris longius summouebant, nauesq; uersus urgebant. At cum parum iam aberat Dolon, quin excubantibus se immisceret, tunc Pallas Diomedi uim uiresq; immisit, uerita ne quis forte excubitorum huic præriperet gloriā, prior hastam in Dolona iaculatus, ut ad saucium iam secundo loco Diomedes accederet. Igitur in iaculum insurgēs Diomedes, Aut siste gradum, ad Dolona inquit, aut iaculo te consequar, nec diu miseram tibi necem ab hac manu licebit effugere. Et hæc dicens, hastam cōtorsit, sed consulto nonnihil obliquam ab hominis corpore. Namq; hasta super dextrū Dolonis hu-

merum infesta transuolans, cuspide ante eum humi desixa est. Tunc nus[er] substitit præ formidine pallens atq[ue] attonitus, crepitibus dentibus, titubante ore, lingua confusos sonos edente. Ad quem Diomedes atq[ue] vlysses cum anheli accessissent, cum hinc atq[ue] hinc manu capiūt. Qui Dolon bus ille cū lachrymis, Seruate me, inquit, quæso, uiuumq[ue]; abducite. Est enim mihi domi plurimum auri, plurimumq[ue] æris, unde pater (si soſſitē à uobis asſeuari audierit) me vlysses, redimet, mifis ad uos ingentibus donis. Cui vlysses, Boano, inquit, esto animo, nec mortis terreare formidine, modo mihi hoc responde, nec quippiā in referendo mentiare: quid ita solus a reliquis Troianis sub noctem cum cæteri sopiti sunt uenisse utrum ad legenda spolia aliqua occisorum, an ſpeculator ad exploranda omnia quæ apud nos fiunt? Et ſi ſpeculator, tua ne ſponte, an mifus ab Hectori re? Ad hæc respondens Dolon, toto corpore tremebūdus, Hector, inquit, etiā atq[ue] etiā obtundens exagitansq[ue] circumuenit me, additis etiā promiſis, quòd diceret ſe daturū Achillis bigā cum suis equis, ſi ego proxime accedens ad uestra castra, explorarem nunquid uos quemadmodum prius faciebatis, custodias ad naues agatis, an nostris profligati manibus, non audeatis credere uos caſtris, & gravi hodiernæ pugnae labore conſecti, non ſitis pares agentis custodijs noctis, ſed ascendere mare ſtatuatis ac fugeare. Ad quē ſubridens vlysses, Magnum tu quidē, inquit, Dolon munus cōcupiſti, qui equos dari tibi Achillis optaueris, arduos, difficultes, nulliq[ue] alteri uestori, niſi uni Achilli dea matre genito obtemperantes. Cæterū hoc quoq[ue] mihi responde, nec quippiā in referendo mētiare: cum ab Hectore digredcreris, ubinā eū reliquisti? ubi arma ipsius reponita erāt? ubi equi? quomodo præterea ſe habent cæteri

teri Troiani? custodias' ne agūt an dormiūt? quid postremo illi cōcilio decreverūt? manere' ne illic ubi nūc sunt, an post editā tantā de nostris stragēm in urbem se recipere? Ad hunc respondens Dolon, Ista tibi equidem citra mendacium, inquit, recensebo: Hec or quidem seorsum à turba cum amplissimis quibusq; principibus ac senatoribus, apud religiosum Ilī sepulchrum de rebus agendis cōsulat: uigiles uero, quos ipse excubare iussit, & ubique ab omni exercitus parte custodias exercere, nulli obtemperant præter Troianos, quorū sane sunt, quicunque adhuc sunt. Hi denūm uigilant, & se ad peragendas custodias mutuo exhortantur. Nam socij & auxilia, excubiarum cura relicta Troianis, alto sopore oppressi, ac securi quietescunt, ut quos nullus timor pro uxoribus filijsq; solicitat. Longe enim hinc ipsorum pignora absunt, tuti à uestris armis. Age uero (Vlysses inquit) certiorem de hoc Vlysses, quoque me facias, promiscui' ne inter Troianos socij atq; auxilia iacent, an scmoti? & id quoque ut plane intelligam. Cui Dolon respondet, Et ista quoque, inquit, tibi citra mendacium recēsebo: Ad partem maritimam (ita enim Dolon loca fuere sortiti) sunt Carij, sunt Pæones, sunt Leleges, sunt Caucones, sunt Pelasgi. Ad cā uero quæ uergit Tymbrum uersus, agunt Lycij, Myſij, Phrygij, Mæones. Sed quāobrē singulariter à me hæc uniuersa disquiritus? Quod si ideo, quia animati estis illò ire, accipite hoc amplius: Thraces qui proxime uenerunt, seorsum & postremi omnium agunt, cumq; ipsis Rhesus rex Eionei filius, cuius ego inspexi et equos singulari formæ ac magnitudine cōspicuos, cādore super niualē, perniciitate ipsis uētorū flatibus similes, equoru' currū, auri argentiq; artificio ornatisimum, & armaturā auream, terribilē, & admirabilēm

quam non homines dicas, sed immortales deos dignos esse
qui gerat. Ergo quoniā singula uobis aperui, ducite iam
me ad naues: aut alligatū hic arctis nodis relinquētes, ite
ad exercitum Troianorū, scituri illic, an ego uobis uera,
Diomed. an falsa retulerim. Ad hunc torue intuēs Diomedes, Noli
mihi Dolon, inquit, & si cōmoda nobis denuncias, spe=
rare fugam, uitamq; tibi promittere, cum in nostras per=
ueneris manus. Quia si te aut socordia omittimus, aut nu=
merata redemptione dimittimus, redibis idē posteriorius ad
naues uel episcopus, ut modo fecisti, uel oppugnator. Sin
tibi mea manu spiritū dēpsero, nunquā posthac crīs Græ=
cis detrimento. Atq; fatus hæc, nudato ense insurgens pa=
ranti illi, apprehēsa percussuri barba, eum obsecrare, me=
diam ceruicē percusit: quo iictu neruis utrinq; amputatis,
adhuc murmurāte lingua, caput humili callapsum in pul=
uere iacuit. Tum ab intersecto arma detrahunt, casidem
lynchinā, sagulum lupinum, arcum, lanceam: quæ omnia
Vlysses in cœlum sublata manu tenens, ad Pallada bel=
lorum præsidē ita est gratulatus: Salve dea, his spolijs do=
nata à nobis remunerataq;: te nāq; inter immortales deos
præcipue inuocabimus, præcipueq; donis prosequemur:
tu modo quod supereſt, cō nos dirige, ubi Thraces uiri
quiescūt, qui tā eximios habere dicūtur equos, currū, ar=
maturā. Hæc ubi dixit, illas Dolonis exuias ad myricas
appendit: atque ut ne reuertentibus nocte fallente locus
ignoraretur, decerptos ut aresceret quosdā myricarū ra=
mos cum complicasset, pro signo apposuit. His factis, per
arma iterum ex cruore procedūt, ubi Thraces uiros esse
aceperat. propereq; ad eos qui erant extremi perueniūt.
Tenebantur autē illi profundo sopore, utpote de uia fessi,
sed tamen digesti ordine: nam triplici serie humili iacebāt,
singu-

singulorum & armis & equis iuxta collocatis. Rhesus
uero ipse cubabat in medio, atq; cum eius equis ab extre=
ma bigae parte capistratis. Hunc Vlysses prior conspicata=
tus, atq; Diomedi demonstrans, En tibi uir, inquit, equi,
quos nobis significauit Dolon, quē obtruncavimus. Nūc
res exigit, tuam in hoc negocio uim uiresq; declares, nec
debet te, cum arma habeas, oculos exhibere spectatore.
age autem disiunge equos, & ego homines perimam: aut
contrā, tu hoc facito, & ego equos disiungere curabo.
Hæc Vlysses. Pallas uero uires Diomedi & animum de=
dit. Itaq; ferro iacētes adortus, nunc hunc, nunc illū occi= debat. Atq; ut leo incustoditos naclus aut caprarum aut
ouium greges, illas cōsueuit inuadere, in easq; seuire, sic
Diomedes faciebat in Thraces. Ibi acerba susspiria, fœ= dosq; gemitus, ibi singultus, ibi reluctationem palpitatio= nemq; morientū audires, ibi uideres terrā sanguine na= tare. quēcunq; autē Diomedes interemerat, hunc à tergo
Vlysses per pedem extrahebat, uolens munire transitum,
quā facile equi & ab occursu cadauerū interriti (nō enim
habebat eos cognitos) traducerentur. Et iam duodecim
Thrases Diomedes occiderat, cū ad regem peruentū est,
tertiumdecimū futurum. Huic suauē somnum ducēti atq;
stertenti, ad caput præsto fuit mortifer somnus, quem illi
Diomedes attulit Palladis beneficio. Interea Vlysses
equos iam disiunxerat, iam infrænauerat, iam in eos con= scenderat, iam extra exercitū educebat, arcu pro flagello
(quoniam illud è curru sumere in mentem non uenerat)
utens, cum socium adhuc perstare uidit, tum certo cū si= bilo acutoq; admonuit. Perstabat autē ille rem arduam se= cum deliberans, nunquid bigam ubi arma illa miranda
apposita erant, prehenso temone pertraheret, an in altum

Vlysses Dio
medi.

sublatam sine sensu aliorum exportaret, an in occidendis
 Pallas. Thracibus perseveraret. Cui talia apud se uersanti, Pallas
 propè astitit, atq; inquit: Fili Tydei, non excidat tibi re=ditus,
 nec committas ut perterritus reuerteris ad naues:
 ne'ue cum hic moraris, qui spiam deus Troianorum stu=diosus eos à somno excitet. Sic loquentis deæ uoce protinus Diomedes agnitus, in equos insiliit, Vlyssesq; uerberā=te, equi ad naues cursum (ac propè dixerim uolatū) ca=pessunt. Sed neq; Apollo segnis pro Troianis ex cubabat:
 qui ut conspexit Pallada ad exercitū Troianorum eun=tem, ac Diomedi loquētē, simulq; rē gestam animaduc=tit, iratus deæ, illuc & ipse sese contulit, ac uirum spectatū Thracum principem, regiū patruelē, Hippocoonta excitat: qui experrectus, ut locum ubi stetissent equi, ua=cuum, & regem cum alijs trucidatū iacere in suo cruore conspexit, ciulatum tollit, charissimum amicū, ac propin=quum nonūne uocans. Ad cuius uociferationem plurimus cum fremitu atq; clangore per omnē exercitum tumultus exortus est, & undiq; ex eundis populis pronuscue con=cursus fiebat. Obstupebāt uniuersi ad tam audacis rei spe=ctaculū, quod hostibus tanta facere, quod abire impune li=cuisset. Illi autem posquam ad eum locum uenerunt, ubi Hectoris speculatorē permerant, Vlysses equos reli=nuit, Diomedesq; desiliit in terram: qui cruenta hominis spolia cum in manus socij tradidisset, iterū equos insiliit.
 E qui uero Vlysse uerberante, citoq; applicare cupiente, intermissū repelut cursum, & ad naues ire festinat. Quo=
 Nestor Gracis, rum aduentantium strepitum Nestor primus ex audiens, ad socios inquit: O amici Graecorū princepes, mentiar'ne an uerum loquar? Certe ad credendum inclinat animus. Currentium huc equorum sonitus nūbi aures pellit, quos

Vlysses

Vlysses ac Diomedes à Trojanorum exercitu abegerunt.
 Verum ut timui, ut sollicitus, ut auxius fui, ne quid hi duo
 Græcorum præstantissimi paterentur indignum, facto in
 ipsos Trojanorum concursu. Vix hæc locuto Nestore,
 Vlysses ac Diomedes affuerunt, et ab equis descenderunt.
 Quibus cæteri principes salutem dicebant, dextram por-
 rigebant, gratabantur, bene aiebant. Ibi primus omnium
 Nestor Vlyssen de equis percontatus est, Dic age, in= Nestor Vlyss.
 quiens, Græcorū gloria Vlysses, unde uobis isti equi tam
 candidi, et ipsis solaribus radijs finales? nunquid è me-
 dio hostium exercitu sublati, an ab aliquo decorum ob-
 uiam se præbente oblati? E quidem olim iam cum Tro-
 ianis in prælio uersor, et in rebus bellicis senui, nun-
 quam tamen neque apud Trojanos, neque his in castris,
 neque alibi usquam tales equos aut uidi, aut qui uidisset
 audiui. Eoq; adducor, ut credam deum aliquem uobis ob-
 uiam factum, istos equos obtulisse, quippe quos ambos
 scio in arcta tum Ious cœlitum principis, tum ciuis fi-
 liæ Palladis beneuolentia esse. Ad quæ respondens Vlysses,
 Nestor, inquit, Græci nominis decus, deo quidem
 promptum est uel præstantiores his equos efferre, nula-
 to enim diuina uis humanam antecellit. cæterum hi equi,
 de quibus scire uis, Thracæ sunt, in Trojanorum castra
 recenter applicati, quorum dominum Rhesum regem
 Diomedes intererunt, cum duodecim famulis, una iu-
 xtaq; cubantibus. Hunc uero cuius spolia attulimus, hinc
 profecti prope naues interceptimus. Erat enim specula-
 tor ab Hectore alijsq; Trojanis principibus ad nostra
 castra exploranda summissus. Hec locutus, equos per-
 possam uallumq; agebat, latus ac gestiens, cæteris quoq;
 qui cum comitabantur, exultantibus. Atq; ubi ad insigne
 Diomedis

Diomedis tentorium peruenerunt, illic ad præsepio de-
coris capistris equos alligant, ubi alij equi Diomedis sta-
bulabantur, electo pane cibari assueti. Exuias autē Do-
lonis Vlysses in naui reposuit, consecradas postea Pallae-
di, tantorum beneficiorum auctori. Mox ambo mare in-
gressi, sudorem quo madebant, è collo, è femoribus, è suris
abluunt. Abluti corpore pariter atq; animo refrigerato,
labra mürifice fabricata introēunt ac calida lauant aqua,
ungunturq; nitidissimo oleo. Postremo egressi ad cœnam
se confrunt, discumbunt, plenaq; meri optimū paterna &
Palladi libant, & sibi epotant.

I L I A D O S H O-

M E R I C A E L I-

B E R X I .



B I uero de illustri Titoni cōiugis tho-
ro surrexit Aurora, ut immortalibus, pa-
riter atq; mortalibus lucē exhiberet, tunc
Iupiter Peruicaciam, seuum inter deos
numen, ad castra Græcorū dimisit, præ-
ferentem manu impiæ pugnæ portentum. Hec ad Vlyssis
tentorium delapsa, quod ita illius naues in medio clausis,
ut Achillis atq; Aiakis viribus ac virtute fidentium pro-
cornibus erant, atq; in eius culmine stans, ut utrinq; ex-
audiretur, uastum horrendumq; exclamauit, per quod in-
gentem pectoribus omnium Achiuorum uigorem iniecit,
qui defatigari bello non posset, qui pugnando aleretur,
qui deniq; maiorē ex dimicādo quam ex redeundo in pa-
triā haberet dulcedinis sensum. Nam primū ipse Agame-
mō hoc numine instinctus clamorē edidit, et ut omnes ad
arma

arma properarent imperauit, quod ipse pariter fecit. Ac ibi arma primum sibi induit argenteis loris circa talos fabrefacta, tum thoracē illum, quē Cinyres & quidē grati muneris loco donauerat. Etenim inspiciebantur extrinsecus in eo ueluti uiae tribus distinctae coloribus, decē ceruleæ, duodecim aureæ, uiginti squameæ, cœruleū aureūq; colorē inter se nitētes, cū tribus itē ingenti magnitudine draconibus, ueluti in ipsum armati iugulū altrinsecus insurgentibus, quorū colorē simulimum diceres. Iridi, quā, ut sit miraculo mortalibus, Iupiter statuit in nimbo. Post hæc ensem, aureis bullis radiantē, aureisq; cingulus perquam decēter argenteæ uaginæ illigatis, accommodat humeris. Dehinc clypeum, penè ad mensurā hominis capit, miro artificio uisendum, quem decem ex ære orbes ambiant, interiore gyro bis totidē è stanno candardi. In medio autē atq; in ipsis umbilicis cernebatur cœrulea Gorgon, terribilibus oculis terribilius intuens: latera eius diris numinibus terrore ac timore cingētibus. Super zonam uero clypei, quæ argentea erat, excitabatur in spira tortus haud parui corporis draco triceps, quæ capita ex uno colli trunko nascebantur, conuersos mutuo hiatus habentia. tum galeā induit, quadruplici ex equinis setis crista superbam: quæ ad motū, quiddam horrendum uidebatur annuere. Postremo duobus hastilibus dextra correptis, tū ex robusto ligno, tum præacuto ferro præfixis, ita ex hac totus armatura resulgebatur, ut prælōge & propè dixerim in coelū fulgor ipse ferretur. Atq; ita armatū regem Mycenarū, quo magis honestarent Iuno & Pallas, ingentem ab alto sonitū reddiderunt. Tunc suo quisq; aurigæ præcepit, equos cum curribus instructos ornatosq; pro fossa tenrent. Ipsi pedestres è castris sublato ingenti clamore prorumpunt,

prorumpunt, atq; ibi extra munitiones paruo equis in-
 terualllo distantibus, à tergo se Troianis ostendunt. Illi
 quoq; è regione relicto in quo statua habuerāt, tumulo,
 & ipsi procedunt, circa suos quiq; autores, Hectorem,
 Polydamania, & Aeneam, qui è Troianis uelut deus à
 populo in honore habebatur, tresq; Antenoris filios, Po-
 lybum, diumq; Agenorē, & dijs similem Achamantē ad-
 huc cēlibem. Hectorem autē cum modo inter principia,
 modo inter postremos curaret, eoq; nūc intermitteretur,
 nunc oculis subduceretur, ac subinde conspiceretur, puta-
 res stellam esse aliquā ueluti caniculam, nunc emicare in-
 ter nubes, nunc ipsis nubibus operiri. Atq; ita totus, dum
 hic illucq; properat, ferro relucebat, ut cœlesti fulgore,
 quod fulgur appellant, similibus uideretur. Quibus ita in
 occursum mutuum uenientibus, Iupiter contentionem im-
 misit acerbam funestamq;, per quā tot illustrium uirorum
 animas inferno destinauerat, exhibito etiam future cædis
 prodigo. Nā pro matutino rore (adhucq; diluculu erat)
 cruentas guttas ab æthere in terram hominesq; dimisit.
 Igitur Troianus exercitus Grecusq; consligens, tale spe-
 ctaculum edebat, quāle messores edunt, cum bifariam di-
 uisi, late diffusam beati hominis uel triticeam uel hordeac-
 eam messem scrunt. Nam ut illic frequētes manipuli ca-
 dunt, ita hic frequentes homines cadebant ferro percussi.
 Nec aliter quām si lupi essent, illi in hos, & hi in illos fe-
 rebantur: atq; pugnabant, vulnerum prorsus ac mortis
 immemores. Nec eorū quempiam uideres capit in pu-
 gnando submittere. Qua ex re tacitā apud se Peruicacia
 dea capiebat uoluptatē. Sola enim uersabatur in acie: cæ-
 teris dijs adesse prohibitis, ac se intra domū (habent enim
 singuli in olympo mirificas domos) continentibus: non
 tamen

tamen ociosis, sed etiam Ioui succenscentibus, quod ipfis
pronihilo habitis, uictoriam eius certaminis daturus He-
ctori erat. Ille enim uero se debat seorsum a ceteris, tum
hoc sua glorie gaudio fruens: tum eiusmodi spectaculo,
quod urbem Troianam, quod castra Graecorum, quod splen-
dore armorum, quod ut alij occidebant, alij occidebantur,
inspiceret. Tam diu autem anceps praliuum fuit, multiq;
utrinq; sauciabantur ac multi cadebant, cum ascidente
iam die ea aduenit hora, qua cœsores arborum post exci-
sam in nemoro so monte materia, lassa iam manu, ac la-
cessente fame, ad instruendū prandium relusto opere se ac-
cingunt. Tunc Graeci turmales gregalesq; suos abhor-
tando, Troianas phalanges ui ac uirtute proruperunt,
quorum primus fuit Agamemnon, intereopto Bienore prin-
cipe cu Oileo auriga. Sed in dominum quidem ipse impe-
tum fecit, in se uero aurigæ impetum excepit. Si quidem ille
post Bienoris necem de curru desiliens, se obuium præbuit,
cui ex aduerso atq; impigre plagam fereti, Agamemnon
hostili coronam galeæ fecit: qua ictu non sustinente, per-
transiens ferrum, in loco, qui superciliorum est medius, in-
fixum transfozzo etiam osse in intimo cerebro madefactum
est: et hominem, ut erat ad ictum paratus, extinxit. Hos Aga-
memnon uita exutos, ubi etiam radi. antibus armis exuit, hu-
ni iacentes reliquit, & in duos Priamu filios fertur, alte-
ram legitimum, alterum nothum, Antiphum & Isum, in
eodem curru stantes, huc aurigatem, illum (erat enim præ-
stantior) pugnatorē. Et priorē quidem Isum in fixo subter
papilla iaculo, post autem Antiphum peremis, percussa gla-
dio aure. Quos moribudos Agamemnon protinus cu præ-
cipitasset, armisq; spoliaret, eos esse agnouit, quos ali-
quando in altis idæ secessibus, cu armenta boum gregesq;
ouium

ouium p̄aserēt, captos alligatosq; Achilles ad naues ad-
duxisset: ibi q; aliquandiu detentos, postea soluta redem-
ptione remisisset. Eos autē cum inspexissent cæteri Tro=
iani, non aliter ab Agamemnonis manibus subleuare aut
potuissent, aut ausi essent, quām cerua teneros fortus, si
forte uel interfuit, uel interuenit, cū eos in ipso cubili na=
ctos immanis leo statim acri dente cōfringit, atq; exani=mat. Atq; ut misera illa hoc ipso, quōd tam filijs uicina
est, timidior pro sua, quām audacior pro illorum salute,
in confragosas sylvas, saltusq; se proripit, tremebunda,
anxia, sudoribus manas: sic Troiani sibi timētes, se auer=terunt. Quinetiā Agamemnon duos, eosdemq; fratres, in
codem stantes curru, cepit, Pisandrum & Hippolochum
insignis Antimachi filios. Hic est Antimachus, qui donis
Alexandri auroq; corruptus, impedimento fuit, quo serius
Helena Menelao redderetur. Huius filios cum perturba=ti
mentis cepisset, quōd habenæ fugerat manus (pariter
enim equos moderabatur) Agamemnon ritu leonis in ad=uersum prosiliit. Ili ex ipso curru regis genibus aduolu=ti, his uerbis obsecrabat: Reserua nos te obsecramus Aga=memnon, facturus operæ preium ex nostra reseruatione.
Habet enim pater Antimachus domi repositam magnam
uim auri, æris, ferri, aliarumq; rerū preciosarum: unde te
propterea nō modo satis, sed etiā abunde remuneret. Sed
pro mitibus precibus immite responsum acceperūt. Ita ne
Antimacho geniti estis, illo insigni uiro, qui pro concio=ne
Troianos hortatus est, ne Menelaum dum ad uos lega=tus uenit cum dio Vlysse, redire finerent, sed intra urbem
atq; illic statimq; trucidarent? Luite ergo nunc filij pœ=nam paterni peccati. Hæc locutus, Pisandrum percusso
lancea pectore deturbauit à curru, eoq; resupino humi= strato,

Pisandri pre=ces.

Agamemnon.

strato, germani Hippolochi (is autem desilierat) primum manus, deinde ceruices gladio præcidit, iacētēq; ubi spoliauit armis, protrusit pedibus bellantium tanquam pila pistoria contundendum. His actis, iterum ubi maxima cōferta acie tumultuari uidet, eō se infert alijs eum comitancibus. Sed ita Troianis copijs in fugam uersis, toto cāporum spatio equestris equites, pedestribus Græci pedites insequebantur, ac terga cēdebant. Quorum omnium pedibus quāmplurimus strepitus late strebatur. At Agamemnon assiduo et instans fugientibus, et insquentes exhortans, tantam de hostiibus stragē edebat, quantam de arborebus ignis immēsus, cum in densam undiq; spirantibus uentis incidit syluam. Videres paſsim equos inanem trahentes rhedam per planitem illam hac illacq; discurrere agitorū desiderio, quasi illos adepturi essent. Hi uero in solo iacebāt, uulturibus multo quām uxoribus optabiliores. Hectorem uero per medium belli ardorem, per tela, per mortes, per sanguinem, per pulucream quoq; caliginem Iupiter ipse subtrahit. Et iam ad sepulchrū Ili Daranide Troiani peruenierant, audi urbis contingendæ. Agamemnon tamen nec instare, nec uocistrari, nec manus alia super aliam cēde crūctare cessabat. At ubi ad portam Sceam figumq; peruetum est, tunc inhibita fuga Troiani steterunt, ceterosq; qui adueniebat, ad numerum suū recipiebant: qui uero in fuga lentiores erant, eos Agamemnon in locis patentibus adortus urgebat atq; mactabat. Atque ut leo armenta boum intempesta nocte adortus, omnes quidē in fugam timore dispellit, sed unum rapit, reſcissaq; prius ceruice, mox sanguinem sorbet, ac uiscera cuncta depascit: sic Agamemnon ex omnibus quos insequebatur, postremum quemq; scriebat: hunc pronum, illū o supinum,

supinum, aliumq; alio modo de curru equisq; prosternēs.
 Et iam sic furens Agamemnon, propè erat ut mortisram
 illam lanceā strens succederet muris, atq; urbem subiret,
 cum deorum atq; hominum pater Iupiter, in nemorosum
 Idæ uerticem cœlitus est delapsus, manu tenēs rutilū ful-
 gur. Ibi postquā reredit, Irī nihil cunctantem ferre mā-
 data ad Hectorem iubet, inquiens, Iri, pernix ito cum his
 mandatis ad Hectorem: Quandiu uiderit Agamemnonem
 principem inter primos propellētem hostiles acies atque
 trucidantem, tandiu subducens se ipse, ceteram Troiano-
 rum manū acriter aduersus Græcos certare compellat.
 Postea uero quām cūdem uel cæsim uel punctim saucium
 in currum se recepisse cognouerit, tunc ego tantum ipsi
 suggestam roboris, ut Græcos uiciissim in fugam uertat, ut
 cum ingenti strage premens in castra redigat, ut per ca-
 stra ipsa ad naues usq; persequatur, nec antè cædis faciat
 finē, quām sol occumbat, almæq; noctis aduenerint tene-
 bre. Hæc locuto Ioui obsecuta Iris, ex auro alas, ex aura
 pedes habēs, ab Idæis iugis ad augustam Troiam Hecto-
 remq; se cōtulit. Quem cum inuenisset (stabat autem ille
 in currū) proxime accedēs, ita affata est: Hector fili Priaz-
 mi, Iupiter pater hæc me tibi iussit ferre mandata. Quan-
 diu uideris Agamemnonem principem inter primos pro-
 pellentē hostiles acies atq; trucidantē, tam diu subducens
 te ipse, ceterā Troianorū manū acriter aduersus Græcos
 certare cōpellas. Postea uero q; eundē uel cæsim uel pun-
 citim saucium, in currum se recepisse cognoueris, tunc tibi
 Jupiter tantū suggestam roboris, ut Græcos uiciissim in fu-
 gā uertas, ut cum ingeti strage premens in castra redigas,
 ut per castra ipsa ad naues usq; persequare, nec antè cæ-
 dis facias finē quām sol occumbat, almæq; noctis aduene-
 rint

Iupiter Iridi.

rint tenebrae. Haec effata Iris, abiit. Hector autem ut erat armatus, è curru desiliit, quatiensq; manu iacula, copias suas obibat, adhortas ad dimicā dū. Ad cuius uocē cōuersis in hostē Trojanis, restitutū est praeliū, et recruduit pugna. Nihil tamē minus Agamēnō instare, ac primus inter suos, qua auditate erat, et longe primus praeliari. Hoc loco uos musæ inuoco cœlestia tecta incolentes, ut mecum dicatis quis nunc primus Agamemnoni se obuiū tulit, è Trojanis' ne an ex auxiliaribus socijs? Is fuit Hiphidamas Antenoris filius, corpore lato atq; procero, educatus nō in Troia, sed in Thracia ouiū matre atq; nutricula, nō à patre, sed ab auo Cisseo, qui et ad iuste pubertatis annos usq; perduxit, quo tempore militaris gloria maxime cōparatur. Nec eū aliò prius ire permisit, q; ipsi filiā collocaret: qua deßponsa, Hiphidamas è thalamo ad Trojanum bellū parandi nominis gratia profectus est, usq; ad Percotā quidē, ubi et naues reliquit (duodecim fuerunt) maritimo, illinc autē ad Troiam terrestri itinere ac pedestri, qualis nunc Agamēnoni occurrit. Itaq; uterq; infesto ferro alterū petens, ubi sub cōiectū telorū uentū est, Agamemnon contorta lancea frustratus est, ictu trans Hiphidamantem perlato. Secūdo loco Hiphidamas zonā Agamemnonis, que thoraci insidet, non emisso, sed retēto ueruto percussit. Ipsumq; ictū reprimēs manu adiuuit. Verū ne sic quidē spiculū penetrauit, sed apud ipsum zone argētū se inflexit. Tunc Agamēnon et à se euulso, et ab Hiphidamatis dextra reuulso telo, in illū instar leonis irruens, ceruicē uiri gladio haurit. Ille solutis corporis uiribus procumbēs, in ferreū somnum soporatus est infelix: qui dum pro popularibus suis bello oppressis operam nauare uult, uxore reliquit, adolescentulam, pul-

cher formosam, ignarus ignaram alterius coniugis, & ex
qua nihil adhuc uoluptatis percepisset, cui præscriptim tan-
ta pecora, quibus sane quam abundabat, tum donasset, tum
spopodisset. Donauerat enim boues centū, pollicitus mille
caprarum pariter & ouium capita. Hunc autem Agame-
mnon ubi armis exuit, ipsasq; exuicias per exercitū frēs,
cum esset Coonti cōspectus, qui erat primogenius filiorū
Antenoris, ingens frātē de fratribus nece subiit mōror, &
oculos oppluere lachrymæ. Sed ut erat eximius bellator,
proximus Agamēnoni stetit, sed ex trāsuerso, ut uidelicet
eū lateret, atq; ita mediā regis manū subter cubitū lan-
cea transfixit. Agamemnon autē hoc iictu et si uehemēter
exteritus (nā tota cuspis extabat ex altera parte) tamē ne-
sic quidē à pugnando deterritus est: ipsumq; Coontē rae-
pido saltu petens, trahentem inter acies per pedē Hiphī-
damatis cadauer, & fortissimos quoq; sociorū uocantem,
sub parma iaculo confudit, moribudoq; caput supra cor-
pus fratris germani præcidit. ita duo Antenoris filij sub
eiūsdem uiri manibus diē suum obierūt, eodē ex loco, eo-
dēq; tēpore, altā Plutonis domū ingressi. Rex uero quo-
ad calidus ē uulnere cruor profluxit, ordines hostium ua-
stare pergebat, hos lancea, illos ense, alios scriens inge-
tibus saxis, uidelicet acerbitate doloris nondū ad ima de-
mersa: quod factū est, poste aquā manare destitit sanguis,
& circa ipsum uulnus exaruit. Tunc enim ingrauescente
cruiciatu, quali se mulier parturiens configi sentit immis-
so à Lucina Lucinæq; filiabus, in currum insiliit, iussoq;
auriga ad tentoria tendere, inter eundū ad socios excla-
mabat: O' principes socij primoresq; Græcorum, uos iam
sine me nauis ab hostibus & castra tutamini, quoniā ipse
pro uoluntate integrum diem pugnare cum Troianis ab

Agamemnon.

Ioue

Ioue prohibeor. Hæc dicēs, excessit à pugna, corpore &
 animo saucio : equi uero datis habenis, cursum ac propè
 uolatū capessebant, super undas spumas pectoribus emi-
 tentes, super autem siccum puluerem admittentes. Illum
 Hector simul ac digressum bello animaduertit, magna ad
 suos uoce proclamat: Nunc Troiani, nunc Dardani, nūc ^{Hector.}
 Lycij, ut estis, uos uiros ostendite: nunc roboris, nunc me-
 moreste uirtutis, cum à uobis stat Iupiter, qui eximiam
 inde gloriam destinauit, Agamemnon hostium prestante-
 tiſſimo à pugna ſemoto, uos agedum equites reče in ho-
 ſtile aciem immittite equos, adepturi preclara militiae de-
 cora. Sic locutus, accendit animos ardoremq; singulorū,
 & ad inuadendos hostes non aliter instigauit, quām ue-
 nator acres canes acrius instigat in leones aprum'ue a-
 liquem ferociorem: ipſe uero Marti ſimilis inter primos
 uadens, magnosq; præſe ſpiritus gerens, in hostes more
 tempeſtatis irrupit, que tēpeſtas per arduum cœli rapta,
 moxq; mari illisa, ciet turbidos fluctus. Hic uero quē pri-
 mum, aut quē poſtremum & uita & armis ſpoliauit He-
 ctor, cū ei Iupiter eximā hanc uictoriā destinasset? Pri-
 mus omniū quos interemit, fuit Assæus, ſecūdus Autono-
 on, tertius Opites, quartus Dolops Cleti filius, quintus
 Opheltius, ſextus Agelaus, septimus Aefymnus, octauus
 Oron, nonus Hipponous. Et hi quidē principes. De tur-
 ba uero quid dicā? quēadmodū zephyrus in auſtrum in-
 gruens, profundaq; procella nubes illius euerberans atq;
 euomēs, undas maris in cōtrariū rapit, impactarūq; ſaxis
 aquarum rorem uorticō turbine leuatum raptumq; di-
 ſpergit, ſic Hector Græcos agitans atq; urgens, plurima
 plebis capita trucidabat. Et fortassis comploratae fuiffent
 res Græcorum, & eo die debellatū, omnibus Græcis par-

Vlysses. tūm intra, partim extra casira occisis, nīsi Vlysses Dio-
medi dixisset: Fili Tydei, quae(malum) ratio nos nibil
adhuc passos fugere suadet, oblitos nostræ uirtutis? Ad-
esto hic secundum me uir amicissime, ne cum nostra igno-
Diomed. minia Hector deleat naues. Cui respondens Diomedes,
E quidem, inquit, secundum te stabo ac manebo. Cæterum
breuis uoluntas nostra erit, summo Ioue Troianis adiuto-
ria suggestente, non nobis. Hæc ubi locuti sunt, et ambo
rursus in hostem conuersi, ipse Thymbræum iaculo ad si-
nistram papillam illato confodiens, è curru deturbat. Idē
Vlysses facit in illius auriga Molione, uiro inter primos
eximio. His à bello(id est, uita) subtractis, per mediū pu-
gnae tumultum ire pergentes, ueluti gemini apri audacia
freti, cum in canes uenaticos incidūt: ac dominos, item a-
lios una cum curru ceperunt uiros non è grege, sed plus
quam egregios, Percosij filios, in omni diuinatiois gene-
re super alios præstantissimi: et qui cum sciret futura fi-
liorum, quantum in ipso fuit, eos ad mortiferum bellū ire
non sicut, sed ne irent persuadere non potuit, tristibus ad
mortem illos ducētibus fatis. quorum Diomedes dum ani-
mum ab anima, animam à corpore, corpus ab armis sepa-
rat(erat enim singularis armatura) interea Vlysses Hip-
podamum et Hyperochū uita armaturaq; spoliauit. Erat
autem inter primos Troianorum bellatores, heros Aga-
strophus Pæonis filius. Sed hoc ipsum quod inter primos
erat, licet pedestris, causam ei mortis attulit, præsertim
longe progresso à curru, in quem se recipere ut fugā ca-
pesseret, non posse, uchementer indoluit, à Diomede apud
coxam lancea percussus. Et iam Iupiter ab Ida despectas,
restituerat prælium, et æquo Marte se inuicem Troiani
Græciq; interimebāt, quanquam Græci pleriq; amica fu-
ga elapsi,

ga clapsi, ab Hectore respirabat. Ipse autem Hector, cum
 alios, tum uero Agastrophum confictum uulnere repen-
 te cum animaduertisset, in hosties cum uociferatione str-
 tur, Troianorum phalangibus eum sequentibus. Quem ubi Diomed,
 Diomedes agnouit, propere ad Vlyssem, qui propè ade-
 rat, inquit: Vlysses, in me teq; cum tanta mole ingruit ua-
 lidus Hector. Sed agedum stemus, mutuoq; nos tutemur
 auxilio. Hec locutus, immanem lanceam in Hectorem di-
 rectam excusit. Nec eum sfellit ictus, percussa iuxta co-
 num galea. Nam etsi nihil admodum de corpore telū pre-
 strinxit, atque galea euolauit, que & triplici lamina &
 diuino opere fabricata erat (siquidē Apollon eam illi dō-
 nauerat) tamen ita hominem concusit, ut attonitus trepi-
 do gradu quam celerime potuit, etiā celerius quam pro-
 firmitate virium recurrens, se agmini immisceret, caligā-
 tibusq; insueta nocte oculis in genua succumberet, ac ma-
 nu humi innitens, surrexit. Ceterū cum Diomedes adre-
 cipiendam lanceam tendit eō quod illam tulerat impetus,
 longe inter propugnatores humi iacentē, Hector interea
 resipuerat, in currumq; conseruenderat, & ad mediū suorū
 se receperat, ex impēdēti fato creptus. Diomedes uero re-
 sumpta lancea ac reducta, quasi iterū petiturus Hectorē,
 postquam abeuntē uidit, Euasisti, inquit, canis, licet uix e-
 uasisti, & hoc nō tuis viribus, sed beneficio Apollinis, cui
 facere uota debebis semper iturus in prālium. Quod si ta-
 men iterū mihi occurreres, non iterū effugies deterrimam
 mortē, si quis modo & mihi deus affuerit. Nūc alios tuo-
 rū persequar, si quos & consequar. Sic locutus, Agastro-
 phi corpus, à quo spoliando fuerat interpellatus, per ocū
 spoliat. Iamq; ab humeris parvam, à pectore thoracem,
 à capite galeam detraxerat, insignem prorsus armaturā,

Diomed.

cum Paris intento arcu sese inclinans atque occultans, ad
 sepulchralem cippum (nam ibi uetustum Ili Dardanidæ
 monumentū erat) explorata aliquādiu occasione sagittam
 expulit, quæ manū expulsoris munime sfellit, illata in dex-
 trum Diomedis pedem, supra digitos, transq; plantā per-
 lata, atq; humi infixa. Qua de re Paris exultās ac subful-
 tans, festiuissimos cachinnos magno ore tollebat, Diome-
 diq; gloriabundus insultabat: Ictus es Diomedes, ictus es.
 quod utinā pro pede tibi latere trāsfosso spiritum abstu-
 lissem: tamen & sic bene habet, aliquo laborū laxamento
 dato Troianis, qui te uelut trepida capre leonē expaue-
 scunt. Ad quem respondens Diomedes, Contumeliose, in-
 quīt, sagittarie, cōtumelia digne, capite puellariter com-
 pto, corde puellis addicto, quid tantopere gloriaris, quod
 extremum pedis mīhi pupugisti & quod non pluris facio,
 quam si fœmina me aut puer paruulus percussisset. Citra
 sensum enim doloris est ictus uiri, nulla uirilitate, nulla
 uirtute pollutis. Quod secus fiet ex me. Nam siue obuiū
 te mīhi ferre tentabis, nullo tibi ista arma erunt adiumen-
 to: siue telo meo te uel paululum assequar, satis penetra-
 bile esse illud intelliges, quo quicunq; ictus est, statim iā-
 euit exanimis. Et cū domi uxor inter pupillos filios præ-
 dolore amissi coniugis dilaniat genas, ille nō fœminarum
 turba, sed auium stipatus, in eo loco putrescit, quem san-
 guine suo moriēs tinxerat. Hæc effatus, cum Vlysses eum
 proxime accedens, stansq; scuto protegeret, ipse subfi-
 dens sagittam eduxit, cōsecutoq; atroci dolore in currum
 ascendit, & aurigam dirigere ad naues cursum iussit,
 uix satis patiens uulneris uexationem. Vlysses autem,
 cum se solū cerneret, omnesq; alij perculsi fugissent, apud
 Vlysses. se cum gemitu, inquit: Hei mīhi, quò difficultatis redactus
 sum?

sum? Fugero consternatus animo ?ingens dedecus. Man-
 scro? ingens periculum ne circumueniar, cum nemo nubi
 in tanta hostium multitudine adsit, supersimq; solus, cætc-
 ris à Ioue metu perterritis. Sed quid me solū? quid socios
 abesse? quid metu perterritos fingo? cum sciam deteriores
 tantum solere discedere à prælio, non fortes: quorum ut
 quisq; præstantissimus est, ita cōstantissime in acie persta-
 re arbitror, ut aut feriat alios, aut ipse ferriatur. Hæc dum
 Vlysses mente atq; anima uersat, iam clypeatæ Teucro-
 rum cohortes aduentabant, iam plures unū intersepserāt,
 iam undiq; infestis telis premebant, cum in modū, quo ue-
 natici canes uenatoresq; iuuenes, aprū ex profundo sal-
 tu progressum circumfistunt. Et licet fra in obſſidentes,
 atq; hinc illincq; aſſilientes, infrēndens, dentes animumq;
 exacuat, illi tamen perſtant, instant, urgent. Huic apro fi-
 milis Vlysses in egregium Dei optem insiliens, summum
 humerū hasta traiecit, dehinc interrenit Thoonū Euno-
 mumq; ac Chersidamantem. Sed Chersidamantem equos
 iam conſcendere parantem, qui tamen accepto prius su-
 per ſcutum uulnere inter umbilicum ac latus relabens, ac
 terram cubito contingens, in puluere iacuit. His relictis,
 Vlysses Caropem Hippasi filiū & ipsum lancea cōfodit.
 Cui auxilio ueniens generoſo animo & diuina dignitate
 corporis Socus (erat enim frater) proxime Vlyſſem ſtetit, Socus Vlyſſi.
 atq; ad eū inquit: Clariſſime Vlyſſes, doli laborisq; au-
 diſſime, hodie aut ex duobus Hippasi filijs gloriaberis
 interēptis ſpoliatisq; aut hoc telo cōfclitus ſpiritum per-
 des. Post hæc uerba cōtorsit telum, quo Vlyſſis clypeum
 thoracemq; ac latus omne traiecit, uitalibus tamen (Pallas
 nāq; prohibuit) illæſis. Ille ubi ſentit uulnus nō eſſe leta-
 le, relato aliquantulum pede, ſocum affatus eſt: Infelix,

Vlysses. eripuisisti ne mihi usum belli? At ego tibi usuram uitæ etripiam, & quidem hodie, atq; hoc in loco: ut hoc iaculo ictus, mihi quidem gloriam, Plutoni uero des animam. His dictis, Soci tergum iam in fugam uersi, atq; abeuntis, sic inter humeros iaculo confixit, ut cum pectore quoq; trāfigeret. Ei cum sonitu in terram collapso atq; animam agenti, insultans, Soce, inquit, Soce, plane cepit te mors. Miser, non parentes tibi istos oculos legent, sed infastæ aues ad inhumatum cadauer aduolantes eruent. Me uero defunctum Græci mei sepclient. Sub hæc dicta lanceam Soci, qua erat ipse transfixus, è latere pariter & ex scuto extraxit, ui crux extra uulnus, ui doloris intra uulnus subsecuta. Quo crux conspecto, Troiani se mutuo cohortantes, in unum cuncti feruntur. Ille uero sese referre, ictus uitare, infesto telo ictus inferre, deniq; omni operre mortem arcere, & inter hæc socios quāta maxima poterat uoce inclamare, semel, iterum, tertio. Quem cū Menelaus toties & ipse audisset, ad Aiacem extemplo, qui propinquus erat, inquit: Princeps Ajax, aures meas per pulit uox uelut Vlyssis, & ea tanquā oppresi ab hostibus uimq; patientis. E quidē illi præmetuo, ne quid peius patiatur solus in medio hostium, si differimus: quem cū tantū precij sit, adiutum potius quam desertum oportet, ne amissi postea ingens desiderium subeat Græcos. Quare recipiendi illius gratia redeamus. Hæc locutus dux ipse perrexit, Ajaxq; diuina corporis dignitate comes secutus est. Offendunt autem Vlyssem tum plurimorū, tum præstantissimorū hostium ferro uallatum, & ueluti quendam inter crudos lynces ceruum, quem sagitta confixum, sed fuga ab oculis sagittatis elapsum, feræ illæ montoso sylue striq; loco circunstidunt, iam uiribus ex cursu defectum,

iam

iam sanguine frigescente, doloribus ex uulnere affectum
laniant deuorantq;. At si unmanem aliquē illuc leonē dæ-
mon adduxerit, diffugiant, relicta fortiori fere præda ad-
deuorandum. Sic postquam Ajax proximus Vlyssi astigit,
præferens illud turris instar clypeum, Troiani aliis aliò
diffugerunt. Et Menelaus quidem sauciū manu præhen-
sum eduxit è pugna, eousq; dum auriga currum obuium
duccret. Ajax uero in Troianos insiliens, ante omnes in-
terenut Doryclum Priami filium, sed nothum, tum Pan-
docum, tum Lysandrum, tum Pyrasum, tum Pylartem.
Et non aliter agitans, cedens, occides homines equosq;
quām amnis pluialiibus inflatus à monte torrentibus ci-
tatiō fertur, camposq; inundans, multas quercus, multas
pinus, aliasq; arbores que exaruerunt, multaq; etiam ru-
dera peruoluit in mare. Et hæc Hectore ignaro, ut in si-
nistra acie occupato ad flumen Scamandrum, ubi moles
belli erat, cōtincens fremitus exaudiebatur, plurime mor-
tes siebant, sed præcipue ab Hectore, nunc è curru, nunc
è solo, nunc lancea, nunc alijs tcls phalanges hostiū pro-
fligante. Quod cum ita esset, non tamen Græci loco, quo
institerant, moti fuissent, nisi Alexander confixo trigo-
na sagitta Machaonis humero, inutilē eam bello reddi
disset. Pro quo cum cæteri Græci, ut in ea conditione,
extimescerent, ne forte ipsis fugam facientibus, ille ab
hostibus extingueretur, Idomeneus protinus ad Nesto-
rem inquit: Nestor Achiuorum gloria, conscende cur-
rum, ut tecum Machaonem sumas. Vir enim medicus præ
multis alijs pollet, dum præcidēda extrahendaq; sunt tem-
la de membris, & fomenta medicamentorum apponen-
da. Sic locuto Idomeneo obsecutus Nestor, ubi currum
suum cū Machaone ascēdit, e quos ut irent flagello iussit.

Idomeneus
Nestori.

Illi sua alioqui sponte naues uersus ire cupientes, uiam
 (ut sic dicam) uorabāt, ac propē uolabāt. Cebriones autē
 cum in alio quasi cornu turbari apud Troianos cognō-
 uisset, ad fratrē inquit: Hector, nos in extrema belligera-
 mus acie, cum cæteros Troianos in dextro cornu tumul-
 tuari uideā, equitibus peditibusq; promiscuis. In tumultū
 enim eos agit Ajax Telamonius. Propē nānq; hominem
 noui ex spatio clypeo, quem ad humeros gerit. Diriga-
 mus ergo illuc equos, ubi acrior pugna est pedestriū atq;
 equestrium, & unde continuus sonus uenit se inuicem in-
 terimentiū. Hæc locutus, equos sonanti flagello cædēs, &
 quò dixerat properare adigēs, super cadauera clypeosq;
 ducebat. Vidisses nō modo rotas, sed totū axem ipsumq;
 ambitū sellæ curulis oppleri sanguineis guttis: quas cum
 ferrum rotarum, qui canthus dicitur, tum sublinuter cur-
 rentium equorū ungulæ, in altum iaculabātur ex ijs cor-
 poribus, quæ conculcabāt. Ita auditus Hector quām primū
 irrumpendi in aciem, perduellesq; perrumpendi, fereba-
 tur, redditurus Græcis miserū tumultum, ut intelligeretur
 eum non diu ab ipsorū cæde cessasse. Vbi peruenit, quas
 habebat obuias hostiū cateruas, has lancea, gladio, saxis
 ingentibus inuadit, in fugamq; conuertit, ipsumq; Aia-
 cem (Iupiter enim illi timorem incusit) à pugna compe-
 scuit. Stetit igitur Ajax inops consiliij, leoninoq; aspectu
 nouum tumultum intuebatur. Tum reiecto post tergum
 scuto, se in fugam uertit, percultus, inuitus, mœrens, non
 magis sua, quām nauium causa. Ideoq; modico gradu &
 genu à genu uix moliens abibat, urgētibus cū retro Tro-
 ianis, ueluti agrestibus uiris cū agrestibus canibus nullo-
 sum leonem, quē ingressum boum septa, cupientemq; iam
 adoriri opimum taurum, illi non sinunt, acutis iaculis in-
 censisq;

censisq; facibus incessentes, atq; hunc in modū tota nocte cōsumpta, et si maxime uiolenta fera est, tamen tot terroribus coērcita, sub ortū Luciferi mōsta discedit. Et quē ad modū pueri cū ingressum sata asinum circunſtentes fuſibus enixe cādunt, atq; adeo ſuper eū fuſtes infringunt, brutum tamen depaſci ſegetē pergit, contēptisq; uerberibus (quippe illius & tatis nō prius illinc abigi potest, quām ſaturatū fuerit) ſic Troiani auxiliaresq; Aiacem lanceis infestabāt, et ille ſubinde conſcia uirtute cōuersus, phalāges hostium ab inſtando cohibebat, rurſuſq; cum fugam repetebat, tum uniuersi ad caſtra cōtendebāt, tam qui antecedebant (medius enim ipſe inter utroſq; incedebat) quām qui inſequabantur. Quorum inſequentiū tela, partim in immenso illo ſcuto, partim non perlato iſtu humi deſigebantur. Hunc ita obrui telis cum animaduertifet Eurypylus, acceſſit, proximusq; Aiaci ſtetiſt. Tum obſeruato quem hominem quemq; hominis locum feriret, Apiaſonem principem Phaſiſ filiū ſubter iecur iaculo trāſfirxit, eumq; protinus uita fugiente collapſum adiens ſpoliauit armis. Quod uidēs Alexander atq; indigne ferens, reducto neruo & rurſus remiſſo, ſagittā emiſit, & Eurypyli femur dextrū ita percuſſit, ut harundo ipsa in uulnere frangeretur. Eo iſtu Eurypylus uehemēter affeſtus refiliensq;, ac reiectis ab humero ſpolijs, retro ſe recepit ad ſuos, tardante tum uulnere inceſſum, & ad illos inter eū= dū exclamans, inquit, O ſocij principes primoresq; Græ= corum, facta manu adeſte Aiaci Telamonio, atq; occurri= te, ut eum à præſenti eripiatis exitio, quod non opinor euadet, ita cum multis telis obruiunt hostes. Sic uocifra= to Eurypylo ſocij affuerūt, in anteriora clypeis ſinistra, in posteriora lanceis dextra reductis. His ita uenientibus

Eurypylus.

Aiax

Ajax obuiam uadens, ubi proximos eos habuit, conuertit
uultus, atq; in hostem stetit. Cū hæc in acie geruntur, pu-
gnaturq; torridis & sole & labore corporibus, interea
Nestor manantibus sudore equis Machaonem in castra
perduxerat, quem inter transitū Achilles cernens, agno-
scensq; (stabat autem in sublimi puppi ad spectaculū tam
duri certaminis flebilisq; fugæ) euestigio Patroclum nomi-
ne uocauit. Ille ad amici uocē, è tentorio, ubi erat, strenue

Patroclus. profligit (quæ prima ei causa exitij fuit) priorq; ad Achil-
Achilles. lem inquit: Achilles qua me accersisti gratia: quo mea
opera uti uis? Ad quē Achilles, Mi Patrocle, nimurū nunc
Greci, ut reor, ad mea se genua proijscent, obsecrantes
auxilia. Ita enim in intolerabiles neceſſitates deuenerunt.
Tu uero ad Nestorem, ac percontare, quemnam ē prælio
saucium deportauit. Nam cū non longe hinc rapido cur-
su præterucheretur, uultum comitis intueri non licuit, à
tergo autē plane Machaon esse nubi uisus est. Ita iubenti
amantiſſimo amico Patroclus obtemperans, currēti quam
eunti ſimilior, ad caſtra ſe contulit. Sed eo iter carpente,
Nestor ac Machaon iam ē curru deſcenderant, quem di-
ſiungendum Eurimedonti, qui famulus Nestoris erat,
relinquentes (ſiquidem ad Nestoris tentorium uene-
rant) ſua uterq; ueste ſudorem ſiccabant, ac ſtantes ad
oram maris, aduersa ſe aura refrigerabat. Tandem taber-
naculum ſubeunteſ, in ſua uterq; ſella reſederunt. Quibus
ita ſedentibus, potionem, quam uocant cyceonem, præ-
parabat Hecameda magnanimi Arſinoi filia; quam a ca-
teris Grecis electam (erat enim forma deabus æquanda)
ſibiq; donatam Nestor, quod consilio reliquos antecelle-
ret, è Tenedo deportauerat, cum id oppidum Achilles
euertifſet. Preparato cyceone, mulier primum mensam
appofuit,

apposuit, decoram sanc decoreq; uestitam. Dehinc superposuit arean concham cum capis ad potus condimentum, & melle, necnon hordeaceas farinas, iuxtaq; per quam decorum calicem, que senex domo portauerat, aereis clavis interpunctum, duobus innixum pedibus, quatuor uelut auribus redimitum, ad quarum singulas binæ columbae aureæ pasci uidebantur, deniq; tam grauem, ut repletum uix à mensa aliis uel mouere sufficeret. Que Nestor non modo mouere sufficiebat, uerum etiam porturus facile tollebat. In hoc cum ea, quæ ad cyceonē pertinent, Hecameda nigro mero diluisset, caprinumq; caseum certo fermento trituratum addidisset, unaq; farinas hordeaceas subegisset, confectū cyceonē illos iussit haurire, quod ambobus aridā sitim, & qua enecti erāt, omnino sedauit. Cū ita epoti sermonibus se oblectaret, ecce Patroclus diuina corporis dignitate ad ianuam affuit. Cui senex, simulac cū uidit, à throno assurrexit, obuiamq; processit, manuq; prehensum introduxit, & ut resideret iubebat atq; adeo cogere conabatur. Nam ille recusabat, dicebatq;: Non uscat nūhi uenerande Nestor sedere, ne cogas, non acquiescam, cum me Achilles miserit, mibi nō modo reuerendus, uerum etiam formidandus: probe enim ipse nosti qualis iste sit, qua morositate, quam subito crumpat in inculpationem etiam culpa uacantium. Misit autem sciscitatum te, hic que decebas quisnam esset. Quis sit, sciscitari non attinet, cū uideam agnoscāq; Machaonem esse. Nunc functus officio, renūciaturus illi reuertar. Cui respondes Nestor, Et quid ita, inquit, Achilles Græcam gentē euertit? An non ipse euertit, aut se illā euertare ignorat? En, inquit, quo calamitatis deuenimus? Summi Gr̄corum apud naues iacet, aut gladio, aut lancea, aut sagitta

Patroclius Ne-
flori,

sagitta vulnerati, ut hic quē postremum ego adduxi. Præter hunc iactus est Diomedes, iactus est Vlysses, iactus Agamemnon. Horum malorum nihil Achilli dolet, nihil curæ est. Quid enim in tanta hominis uirtute crudelius est? An cūctatur dū nobis omnibus alijs super alijs trucidatis, misserum in modū naues hostili absūmatur incēdio? Etenim mihi uires non adsunt, iam per senilē debilitatē incuruo. Atq; utinā adessent, quales olim florēte etate, ut eo bello, quod inter nos et Epios (qui ijdem Elidenses sunt) exarāsit, cū Itimoneum illum Hyperochidē, qui habitabat Eli-de, iaculo interemi, uirū in primis strenuum, & tūc inter primos tutantē sua boum armenta. Abigebamus enim nos à finibus Epiorum pecua pro abnegato ab illis credito. Cetera rusticorum manus cū illum iacentem confexit, aufugit. Nos opimam sane prædā abegimus, boum quinquaginta armēta, totidem greges ouium, totidem porcorum, totidem caprarū, plurimorum capitū singulos, neca non paria equarum centū, quarū nulla non grauida erat, pars bona pullos etiā allactabat. Hęc cum per nos Pylon perducta uidisset senior Neleus, miro afficiebatur gaudio, cū ex ipsis opibus, tum uero ex filij uirtute, quòd maiora quam pro etate opera militiæ edere. Postridie simulac diluxit (nam per noctem cum præda intraueramus) publica præconis uoce iussis adesse ijs, quibus ab Epis debebatur, quæ magna multitudo erat, singulis pro sua portione satisfactum est, optimatibus qui ob hoc ipsum coacti erant, causas singulorum cognoscētibus. Prius tamen Neleo patri grandi grege ouium, trecentorum uidelicet capitum, & boum armento cum suis pastoribus sibi delectis, & quasi rebus repetitis ab ea ciuitate, à qua multum ei debebatur. Siquidē Augias Epiorum

rum rex, quatuor equos uincere assuetos, quos Neleus eò
 miscerat ad curule certamē, quod ibi exercebatur, propo-
 sito tripodis prēmio, cum currū retinuit, renusso turpiter
 auriga. Caput autē atq; illecebre Epijs atq; Augie in-
 teruerlēdi crediti, & patrē per ignominiā afficiendi, fuit
 contēptus paternae senectutis, adolescētiæ meæ, Pyliorū
 paucitatis, postiquā Hercules (longum hoc iam tēpus est)
 nostrā domum patriaq; euertit, ex duodecim Nelei filijs
 uno me & nūmīmo, ex frequentiōq; populo infirmicribus
 relictis. In huius itaq; Augie iniuriæ satisfactione, pater
 plurima sibi sumpsit ex his, quæ superabat ex debitorum
 solutione. Cætera populo inter se uiritim, ne quis exors
 esset lucri, dispartienda concessit. Quod nos ubi rite atq;
 ordine fecimus, simul circa urbem sacra perpetrauimus,
 tertio autē quām hæc gesta sunt die, ingēs Epiorū instru-
 ctusq; exercitus, iunctis peditum atque equitum copijs,
 Thryoëssam adorūtur, quod est oppidū satis longinquū
 à nobis, ac regni Pylij postremū, super Alpheū arduo in
 loco positū, atq; id obsidētes, omni opere expugnare ni-
 tebātur. Adduxerant quoq; secum Molij, cui nondū per
 etatem uires uiro militari necessariæ suppotebant. Hos
 autem eò uenisse, atq; oppidum obsidere oppugnareq;
 Pallas propere nobis noctu delapsa cælo renūciauit, ar-
 mariq; ciuitatem, fieri agmen, & protinus in expeditio-
 nem prodiri iussit. Quod alij cum libētes alacresq; feci-
 sent, unus ego per patrē facere prohibebar, quod diceret
 nondū me satis gnarū rci militaris. Quicquid diceret, pa-
 rum hoc fuerat, nisi equos mihi omnes occultasset. Sed ne-
 ista quidē impedimenta mibi impedimento fuerunt, quin in
 bellum uel pedestre exirem. Sic me audiū agebat Falla-
 dis numē. Sed pedestre ita egi, ut cum maiore laude quām

equestres nostri redire. Eo dic ergo cum equitibus socijs ad fluuiū quendā nomine Minyeium uenissimus, qui opido Arenæ uicinus, ostia maris facit, ibi sub sedimus usq; ad aurorā, expectantes dum pedestres copiæ applicarēt. Inde profici sub armis uniuersi circiter meridiē ad huberem Alphei fluuiū peruenimus. Ibi solennia Ioui optimo sacrificia celebrauimus, immolatæ Neptuno quidem atq; Alpheo singulos tauros, Mineruæ autem eximiam uaccam, mox corpora curauimus, sumpta communiter cœna, & preter ipsum profluëtem strati, somnum cepimus. Postero die prima luce, uotis Ioui ac Mineruæ nuncupatis, nihil minus quam tantum belli opus expectatibus hostibus apparuimus, ac priusquā expugnarēt Thryoësam, quam oppugnantes omni ui offendimus, arma intulimus. Vbi utring; concursum est, consertoq; prelio acriter dimicatum, primus omnium ego cōtorta lancea Molium interrem, uirum strenuum, & tunc præ ceteris loco & animo & robore dimicantē. Erat hic præfectus equitum Epiorum, ac gener Augie regis, cuius primigeniam Agamedem in matrimonio habebat. Idemq; gnarus tot generum medicamenta faciendi, quot ea sunt quæ tellus (quanta est) parturit. Hunc tantum uirum comites cum in terram prolapsum, meq; in eius curru stantem (quippe in currum illius arreptis equis ascenderam) & inter primos pugnatem widerunt, territi passion diffugerunt. Ego uero nymbose procellæ instar irruere, instare fugientibus, terga cedere, donec ad quinquaginta currus cepi, binis apud quēq; hominibus meo telo interēptis. Cum quibus forsitan duo Actorionis filij Moliones, terrā & ipsi à me confusi dentibus momordissent, per quod Iouis beneficio magnus nostræ uictorie cumulus acceptisset, nisi pater

pater Neptunus illos multa nebula opertos è prelio subduxisset. Nos tamen immiso equitatu, hostem persequentes, stragem edentes, spolia legentes, emensi sumus Aspidos campos usq; ad Buprasion, petramq; Oleniam, & Alesion, unde urbs illa sortita est nomen. Quo ex loco, occiso illic ultimo per me hostium, domū imperio Palladis sumus reuersi, omnibus palmam ut inter uiros Ioui, sic inter uiros Nestori dantibus. Talis ego extiti, quoties autoritas, aut publica exigebat utilitas. At Achilles inter has necessitates sociorum, solus uim uirtutemq; suam tenebit in ocio? quem certum habeo ubi omnes fuerimus extincti, plurimum macroris ex pœnitentia contracturū esse, ac tanta Græcorum clade illachrymaturum. Quanquam ò dij boni, quod ad te attinet Patrocle, quid tu e quid rei geris? Ita ne tibi præcepit clarissimus heros Menoetius pater, quo die te ex Phthia ad Agamemnonē misit? Audiuius enim (ne ignorare me putas) ego atque Ulysses intra Pelei palatiū singula, quæ pater tibi præcepit, cum ambo omnem Græciam obeuentes, comparandi gratia exercitus contra Troianos, ad Peleū uenissimus, ubi et patrē tuum inuenimus, & te iuxta Achillem. Forte tunc Peleus apud cohortē aulæ opimi tauri, quæ immolabat, femoraadolbat, super ipsa sacra libans nigrum uinum ex aurea patera, quam manu sustinebat, te atq; Achille circa carnē uictime occupatis. Quibus ita agentibus, cum nos interuenissimus, pro foribus stetimus. Achilles, ut nos inspexit, stupefactus exiliit, manuq; præhensos introduxit, atq; in sellis licet renitētes collocauit, & aposito coniuiali edilio, ut mos est, hospitaliter accepit. Postea, uero cum cibo & potu refectis atq; exhilaratis, dicendi copia facta est, ego sermonē orsus sum, & ut uos

iuuenes nobiscum ueniretis hortatus, id quod ipsi magno
 opere uolebatis. Tu senes parentes suo uterq; filio
 dedere mandata: Peleus quidem Achilli, ut niteretur semper
 ad optima, & primas inter principes obtinere. Me-
 noetius autem haec tibi: Fili mihi, natalibus Achilles tecum, natu-
 tu illo es maior. Ipse tibi uiribus multo antestat, tu cum
 scies debebisq; (nam recti consilij admittet ille rationem)
 autoritate regere, sapienter admonere, fideliter emenda-
 re. Haec tibi senior pater, quod preceptum Patrocle obli-
 tus es. At nunc certe redigente me tibi in memoriam, ad-
 mone haec Achillei, si consilij tui admittat fortasse ratio-
 nem. Nam quis scit an dæmone uolente, tu potissimum
 cum inducas? Efficax enim est amici exhortatio. Quod
 si religione aliqua, aut Iouis oraculo per matrem renun-
 ciato, retineri se excusat, te saltem in aciem mittat, con-
 cessis tibi suis tum armis, tum militum copijs, ut aliqua
 salus efficiaris nostris, si forte specie Achillis conterritus
 Troianus exercitus facessat a prælio, & Græcus respi-
 ret, iam penè consumptus, ac refocilletur. Refocillari enim
 a pugna sufficit breui momento. Vos uero integri acre-
 centes, facile defessum hostem uel ipso clamore a castris
 ad moenia sua repelletis. Haec Nestor. Quibus permotus
 Patroclus, repetito cursu ad Achillem redibat. Et cum
 naues Ulyssis præteriret, quo in loco res forenses ac se-
 natoriae agebantur, stabantq; altaria, obuium Eurypy-
 lum habuit, claudicantem ob feminis uulnus, atro san-
 guine scaturiente cum sonitu, capite atque humeris sue-
 dore uelut imbre manantibus, sed adhuc tamen compo-
Patroclus, tem mentis. Quem Patroclus miseratus comploransq; ita
 affatus est, O' indignum casum luctuosamq; fortunam
 principum Achiuorum. Hoccine fato hoc uenerunt, ut
 longe

longe à patria suo corpore canes pascerent? Sed age
 heros Eurypyle, hoc unum mihi responde: Vtrum adhuc
 nostri Hectori pares sint, an impares, atque ab illo pro-
 fligantur? Huic respondens Eurypylus, Aclum est, in= Eurypylus.
 quit, illustris Patrocle de nobis, actum est. Omnes haud
 dubie apud has naues occumbemus. Nam & nostrorum
 clarissimi quiq; cæsim punctim' ue sauciati, in tentorijs.
 iacent, & Troianorum uirtus in nos assidue inualescit.
 Sed tu ut me serues obsecro, in tentorium ducas, sagit=
 tam incidas, euellasq; calida aqua cruxrem eluas, vulneri
 mitigatoria illa atque optima medicamenta alliga, que te
 Achilles edocuit, a Chirone iustissimo Centaurorum ipse
 edocetus. Nam ex duobus medicis fratribus, Machaonem
 existimo in tentorijs manentem, magis alium meliorem
 sibi medicum requirere, quam se medicum alij præstare.
 Podalirius uero in campis ferociam sustinet Troianoru. Patroclus.
 Ad quem respondens Patroclus, Qui potest, inquit, istud
 fieri heros Eurypyle, cum mihi sint mandata Nestoris
 præuerienda, quæ renunciare Achilli me iussit? Verum
 ne sic quidem patiar te neglectum in tanta calamitate.
 Hæc ubi dixit, medium hominem complexus ac baiulans,
 tabernaculo intulit, super bouina coria, quæ famulus do-
 minum ferri uidens substrauerat, extendit. Dehinc sagit=
 tam desecuit gladio, eduxitq;. Post hæc, membra cruxre
 fœdata abluit calida aqua, postremo radicem quan=
 dam, quam manibus triuerat, amari saponis,
 sed que doloris amaritudinem leua=
 ret, apposuit, per quam una
 cum dolore sanguine re=
 presso siccatum est
 vulneris.

I L I A D O S H O-
M E R I C A E L I=

B E R X I I .



V M ita Patroclus circa Eurypyli cura
tionem apud illius tentorium occupatur,
interea omnibus copijs inter Troianos
& Græcos certabatur, hos quidem inclu
sos intra munitiones, illos autem extrin
secus fossam transcedere, uallum proruere, castris irrum
pere querentes. Quod & facturi erant dijs uolentibus,
quibus infans Græci munitiones illas ad tutelam nauium,
ducta extrinsecus fossa excitauerant, quod nullum eis ex
hibuissent honorem sacrificiorum: ut per hoc & uiri &
præde, cæteraque que muro cingebatur, incolumia essent.
Quo factum est, ut non modo hæc opera non arcent
hostes, sed ne diu quidem perstarent. Siquidem quandiu
inter uiuos Hector, in iracundia Achilles, sospes Priamus,
incolumis fuit Troia, tam diu stetit & murus. Postea ue
ro quam Troianorum præstantissimum quique oppetiere mor
tem, Græcorum partim extinctis, partim superstitibus, qui
superfuerunt, decimo demum anno Troia excisa, in pa
tria reueterunt. Tunc cum Neptunus atque Apollon inito
consilio exciderunt, immissa undatione fluminum, que ex
illis montibus deuoluuntur, Rhesi, Heptaporii, Caresi,
Rhodi, Grenici, & Acsepi, Scamandri, Simoëntisque, ubi
tot scuta, tot galeæ, tot etiam semideorum hominum cor
pora humi decidrant. Horum fluminum oslia quidem
Apollon opera illa nouendiali spatio detorsit. Alucos ue
ro Iupiter, quo properantius euerterent, iugibus pluuijs
inflauit, cum interim Neptunus in hoc ministerio prin
ceps

ceps tridentem tenens, truncos ac saxa, quibus murus fundatus erat, ac multo cum labore strucius, utpote sublimis et crassus, demoliebatur, et in Hellestheticum mare iaciebat, tandemque exciso (quantuscumque ad oram maris et super omne littus extegebatur) arenis inductis, omnes fluuios reuocauit in pristinum cursum. Hic exitus muri futurus erat, ubi nunc et de quo inter duas nationes acriter certabatur, turri tabulatis ad crebros ieiunus hostium concrepatibus. Nam Hector non contetus fugasse Graecos est in campis, trepidosque in castra compulisse beneficio Iouis, etiam debellare pergebat Troüm manu sociorumque conutante. Atque ut apri, leones' uero a canibus uenatoribus sese addens antibus ac mutuo auxilio subnixis crebra tela intorquentibus circumiecti, generosus animus neque timet neque terretur: sed ea praestantia, qua ad extremum occensus est, identidem se conuertit, et quocumque tendit, etiam illi tendunt; sic Hector in quacumque partem pugnae ibat, suos in se conuerterebat, fossamq; murosque inscindebat, transcendere iubens. Sed neque hominibus, neque equis suppeditabat audacia. Quippe haud facile uidebatur, eaque quos uel fossam transfilire tam latam, uel aliqua ratione transire, uel in tam iniquo aggere insistere, praesertim currum trahentes: tum eò quod ubi ad summam crepidinem aggeris peruentum esset, timendum erat ruinæ periculum, cum per se magnum, tum uero quod ruentes induerent se sudibus, qui penitus defixi ad tutelam castrorum, ut introrsum crassi, ita extrinsecus præacuti in utroque fossæ labro crebri extabant. Itaque ut equestres aggredieretur castra in curribus stantes, ratio non erat, sed pedestres, si fossam transissent. Quod intelligens Polydamas, Polydamas, Hectorem adiit, atque ita allocutus est: Hector uosque alij

cium ac sociorū principes, non constat ratio equos per
fossam traducendi, quod perquam arduum est & propter
murmurum in supercilio ripæ positum, ut neq; descendere
cum equis nobis fas sit, neq; illinc pugnare loco angusto,
& ad recipiēdam calamitatem quam instrēdo magis ido=
neo. Quod si omnino Iupiter in hostes male cogitans, in
animo habet auxiliari nobis, ut hæc diruamus, nihil ma=
gis uelim, quam ista execrata hostium capita quam pri=
mum hic longe à patria ad interemptionem redigi. Sin
minus, & illi rursus à nauibus uertentes ora, nos terga
uertere compellat, & in hanc sic alte depressoam incidere
fossam, opinor ne nuncium quidem de nobis esse redditu=rum, ita ad unum omnes ab hoste necabimur. Quare agi=te omnes assentiamini sententiæ meæ, relictis hic supra
fossam equis, suo cuique aurigæ, ipsi ut sumus armati He=ctorem pedestres uniuersi sequamur: sic non sustinentes
impressionē nostram Græcos occidione occidemus. Hæc
Polydamas. Cuius sentētia ut salubrior probata, Hector,
sicut erat armatus, è curru desiliit, Cebrione se Polyda=mantereq; comitari iusso, & alio minus strenuo ad custo=diendos equos pro Cebrione substituto. cæteri uiso He=ctoris descendisse, & ipsi descendunt, iubentesq; suo
quisq; aurigæ, ut pro fossa instructos atq; in procinctu
tenerent equos, in quinq; cuneos se discreuerunt, cum
ternis ducibus. Primus cuneus præstabat cæteris & ani=mo & robore hominum, quibus nihil longius erat, quam
rescissis munitionibus ad tētoria nauesq; pugnare. Hunc
ducebat Hector, Polydamas & Cebrion. Secundum
Paris, Alcathous, & Agenor. Tertium diuina specie
Deiphobus Helenusq; Priami filius, & Asius Hyrtaco
genitus. Quartum formosus Acneas Anchisiades, cum
duobus

duobus Antenoris filijs Archeloco & Acamante, omnis
rei bellicæ scientissimus. Quintum qui constabat ex auxi-
liaribus, Sarpedon cum Glauco Asteropæoq; , quos ex
omni sociorum manu præcipuos, ut erant sine contro-
uersia post Sarpedonem præcipui comites, sibi delegerat
ille uir summus atq; singularis. Igitur ita distributi, ac
consertis clypeis instructi, in hostes tendunt, magno im-
petu, maiore animo, maxima spe murum proruendi, eosq;
intra illum extingendi. Solus autem omnium Asius non
existimans sibi consilio Polydamantis acquiescendum,
maluit experiri stans in curru cum auriga penetrare ad
naues, uelocissimis equis, quos ex patria Arisba duxer-
at, fretus: sed animosius, quam prudenter. Nam neq; cum
equis, neq; sine equis ad Troiana mœnia reuersurus erat,
sed misero fato in castris sub Idomenei telo postremum
diem obiturus. Hac itaq; fidutia Asius sinistrorum uiam
tenens, quæ serebat ad portam Aeam, per quam redire
Græcorum currus è campo solebant, equos immisit, &
forte euenit ut porta aperta esset, quod uidelicet si qui
adhuc Græci foris essent, illac se possent recipere, Leon-
teo tamen & Polypoete Pirithoi filijs custodibus. Eam
Asius sicut altam latamq; ita late patentem cum uidisset,
recta concitat cursum. Socij quoq; quorum quinq; præ-
ter Asium principes erant, Iamenos, Orestes, Acamas,
Thoon, Oenomaus, sublato truci clamore insequuntur, se
non posse ab hostibus sustincri, sed in ipsis castris Græcum
obtruncaturos persuasum habentes, sed stulte persuasum.
Inuenerunt quidē portā apertam, sed & custodes eosq;
fortissimos, ut in utroq; Lapitharum genus agnosceres,
siue ex uigore animi, siue ex robore corporis, siue ex sta-
ture dignitate. Stabant enim pro porta uelut geminae in-

montibus quercur, que magnis immis̄is radicibus nitētes
 in illis non paucscunt, nec pluijs nec uentis celsos ipsa=rum uertices ferentibus: nec ad aduentum magni Asij loco cesserunt terrore percussi, sed corporibus animisq; fidentes, expectauerunt irruentem. Nec minus Asius so=cijsq; protentis in altum clypeis, reintegratoq; ululatu, subeunt murum. Polypetes autem atq; Leconteus tam dintra portam perstiterunt, dum ad propulsandum periculum socios excitarent: à quibus ubi palam factum est, hominem in murum niti, tum uero exclamatum, trepidatum, & ad subsidia ferenda cōcursum est: moxq; hi duo extra portam pugnare cōperūt, tanquam in montoso saltu gemitini atq; indigenæ apri, qui uiso aduentantium canum ac uenatorum tumultu, expectant, ac proruētes qui obsepti sunt syluam, in apertum prodeunt, donec eos aliquis uenatorū uenabulo exanimet. Et qualis illorū aproprium frendētium crepitus sit, ita & horum armaturæ fremebant ex iactibus aduersariorū. Addebat autem iſſdem anūnum ad acriter dimicandū præter conscientiam uitutis, quod de superiori loco socij pro turribus stantes, tum alia tela, tum maxime saxa iaciebant, de castrorum, de nauium, de ipsorū salute solliciti, adeo ut ex atris nubibus insano uento impulsis non plus nitium excutiatur in terram, quam tunc mis̄ilium ultro citroq; comeabat. Sed ex lapidibus (nam multo crāt meliores) uastior sonitus reddebat, galeas clypeosq; pulsantibus. Qua de re

Aius Ioul.

ingemiscens Asius, percussioq; fmore, Iouē dolore dictāte his uerbis appellat: Iupiter pater, omnimodo & tu amator es uanitatis, atq; adeo amātissimus. Ego tibi fidem habēs, spe ducebar, credebāq; fore, ut non sustinerent hosties uim uiresq; nostras. En ut acres uespae atq; apes, pō=fit

sita ad arctum collem tecta, cum filijs subeunte uenatore
non deserunt, sed permanet, pertinaciterq; propugnant:
Sic duo hi haud amplius à porta submoueri queūt, obſtru-
nati potius aut trucidari aut capi, q̄ cedere. H.ec Asius.
Quia oratione Iouē exorare non potuit, iam animatū ad
hanc gloriā Hectori dandā. Nam interea alij ad aliā por-
tam dimicabāt, quas pugnas ſigillatim me exequi nō mo-
do difficile sit, sed etiā diuinū quiddā. Enim uero undiq;
circa mūrū ignes dispositi erāt, Troianis cremare naues
cupiētibus, Græcis uero, ſi ſalui cum nauibus eſſe uellent,
occurrere coactis. Quo ex ſpectaculo tristes dij, quicūq;
Græcorū studiosi erant, tamen pugnantibus Lapithis ui-
res ſuggerebāt. Ibi primū Polypetes Danaum impigre
dimicatēt intererūt, galea iaculo traiecta, atq; omni in-
tus cerebro diſipato. Post hunc alios duos Pylonem &
Hormenū: necnon Leonteus Hippomachū, apud balthū
forte percutiens, emissa lancea ſternit, mox educto gladio
in alios irruens obtruncat Antiphatem, quo humi reſu-
pinato, obtruncat deinceps Menonem, Iamenon, atque
Orestem, quorum corpora cum interfectoris ſpoliant,
tunc & plurimi & optimi Troianorum Hectore ac Po-
lydamante ducibus, omni ope uiam ſibi per ruinas muri
facere nitebātur, ut ad deflagrandas naues procurrerēt.
Græci, ne id fieret, pro fastigijs munitionum ſolicite pro-
uidebant. Inter hæc ecce in aëre aquila quædam immanē
maculosumq; angue ac ſeminecē unguibus ferēs, Troia-
nos, ut reſcindendo muro instabant, à ſinistra circuiuit.
Atq; ita inter ferendū nondum deposita naturali ferocia,
anguis conuerto retroſum ore in raptricis pectore iuxta
iugulum dentes impressit. Illa præ dolore morsus predā
in medianam aciem dimittens, cum clangore procul illinc
quanta

quāta maxime potuit celeritate auolauit. Eo colubro ui-
 jo, sic propalam iacente, Troiani exhoruerūt ueluti in-
 fausto Iouis augurio. Ipse quoq; Polydamas Hectorē a-
 diēs, ita affatus est: Hector, et si me semper uerbis territas
 recta consulente, tanquā tibi parū & in ista tua potentia
 obsequente, tamen cum sit contra officium, eum qui cum
 ciuibus de repub. agit, praeuaricatione ueritatis demererī
 hominē aliquē, ut ego nunc te demererer falsa dices, etiā
 nunc promam quod sentio optimum esse: Non instemus
 expugnare castra spe ad naues penetrandi, nihil admodū
 profecturi, nō magis quam auis ista profecit, quæ (si quid
 mihi credis) ad nostrum uenit exemplum. Nanq; hoc au-
 gurium ita interpretor: ut hēc ales, quem serebat ungu-
 bus immanem colubrum, ad nidum filijs escam perferre
 non potuit, sed uiuo relicto abiit: sic nos etiamsi strenue
 murum fortiterq; refringamus, iterum in gruētibus Græ-
 cis repellemur à nauibus castrisq; , turpiter remetientes.
 tandem quā uenerimus, uiam, ac relinquentes nostrū plu-
 rimos ab hoste trucidatos. Atq; hunc in modum præstā-
 tiſimus uates & ariolandi ſolertiſſimus, cuiq; ceteri fi-
 Hector. dem habebat, augurium auguratus est. Hector autē tor-
 uis hunc intuens oculis, reſpondit: Polydama, iſta que-
 dixisti, haudquaquam mihi probatur, & tu aliter quam
 sentis dixisti, nolens ueram ipsam, atq; hac meliore ape-
 rire ſententiam. Sin utiq; ex animo atq; iudicio locutus
 es, nimurū tibi dij & animū & iudicū & ſenſa & ſen-
 ſus ademerunt. Quippe qui iubcas me neglectis consiliis.
 diuinis atq; pollicitis, tuis ariolationibus accedere, quas
 nihil facio prorsus atq; contēno, ſiue dextrorſum aue-
 ortū uersus, ſiue ſinistrorſum ad occasum uolēt. Nos ipſi
 Ioui, q; me iuſſit ſperare, cōfidimus, & hominū & omnū
 deorum

deorū principi. Quò mihi ista auguria tua? optimū augurium est pugnare pro patria. Aut quid tāto tēpore bellū atq; aciem perhorrescis? Si enim cæteri nōs ad naues oc-
cumbemus, non est uerendū ne tu quoq; occūbas, quippe non es ita præstati animo atq; pugnaci. Cæterum, ne in-
scius sis, si quē hominū uerbis tuis seductū subtrahere se à pugna, aut te ipsum pugnā detrectare cognouero, euesti-
gio mea lācca confixus animā fundes. Hæc fatus Hector
processit, cuneo sociorū sequete cum lēta uociferatione,
insuper exorta uenti, qui ab Idaeis montibus slabat, tēpe-
state(Iupiter eam excitabat) cāpestris late puluis fireba-
tur in ora Graecorū: qui illorū quidē interemit, Troiano-
rum uero auxit audaciā pariter & gloriā, præcipue He-
ctoris. Ergo Troiani tum ipsorū uirtute, tum Iouis nu-
mine subnixi, propugnacula perfringere, turriū gradus
cōuellere, saxa prominētia, super quæ turres stabant, de-
moliri, magis ac magis sperantes patefacere sibi iter ad
naues. Græci nihil munus perstare, nec gradu deiici, pro-
pugnacula ipsa scutis protegentes, subeuntem Troianū
ad illa diruenda arcere atq; detrudere. Atq; Aiaces per
turrem ambo properātes, atq; omnia obeuntes, cum uoci-
ficatione animos sociorum excitabant, alios mollioribus,
alios durioribus uerbis instigando, O' socij Achiu, quiq;
eximij, quiq; mediocres, quiq; in simili estis: Neq; enim o-
mnes in bello sunt pares, sed omnes unus labor hic uo-
cat, quod & ipsi cognoscitis: Nemo hinc ad naues refu-
giat, aduersariorum territus minis, sed & ipsi procedite,
& idem facere alios mutuo iubete. Si forte altus Iupiter
dederit, ut hoc propulsato discrimine, ipsum hostem ad
urbem usq; persequamur. His exhortationibus duorum
principū aliij ad propugnandū incitabātur. Quidam multi

autem

Aiaces Græci

autē niūū ulli, nymbis à Ioue sopitis uentis, hyemali dic
 labuntur, quibus (præter mare niues illabentes in se per
 instabilitatē cōuertēs) cætera omnia uestiūtur, excelsi mō
 tes, celsa promontoria, herbidi campi, lēta arua, anicena
 littora, sinuosi portus: tamen multi lapides utrinq; uolita=br
 bant, sonitu iclūū uocifrationumq; undiq; apud murum
 inuadescente. Neq; uero Hectori cæterisq; Trojanis fas
 unquam fuisset fores portæ atq; repagula perrumpere,
 nisi Sarpedonem filium Iupiter in hostes, ueluti Iconem
 in boues, excitasset. Huius clypeus ex sex taurinis tergo=
 ribus compositus erat, inducta desuper lamina ferrea, &
 eius orbe (nam erat rotundus ex à sâbro ærario factus)
 aurea ora ambiēte. Hunc Sarpedon clypeū sinistra præ=
 strens, ac duo iacula dextra quaties, ire perrexit, tanquā
 leo montiū alumnus, qui diutina effiratus inedia, hortāte
 fama, ad rapinā in caulas ouīū se quantumlibet munitas
 intēdit, ubi si custodiā cum lanceis canibusq; ad tutelam
 gregis offenditerit, nihil tamē minus securus periculi sui in=
 silijt in oues, aut rapina potiturus, aut uulnus pro rapina
 accepturus: tali Sarpedon animo ad inuadendū murum
 cuertendaq; propugnacula rapiebatur: Prius tamen, et si
 properabat, Glaucum Hippolochi filium sic allocutus:
 Glauce, quid ita nos ambo præter cætros tāto in honore
 apud nostros habemur, & loco sedendi, & plenioribus
 poculis, possidentes etiam ad oram Xanthi tam exinium
 predium, partim constitum, partim ad sata huberrimum,
 & quos Lycij tanquā deos quosdam intuentur? Non' ne
 capropter deceat nos cum primis popularibus stare in
 pugna, & primos discrimin adire certaminis? ut sint è
 nostris qui dicant, Profecto nostri reges non defunt glo=br
 riae suæ, nec se imperio Lyciorum, carnēq; esculentiore,
ac uiino
 Sarpedon.

ac uino poculentiore quo fruuntur, indignos ostendunt,
 cum dimicent tanto robore ac tanta audacia. Quan= quanò Glauce si huiusce belli defuncti periculo, spera- rem fore, ut immortalem uitam ex exortem senij uiuere= mus, nimurum neque ipse pugnarem in primis, neque te ad idem agendum adhortarer. Nunc autem non modo in hac mortalitatis necessitate positi cum simus, sed etiam mille generibus mortis obnoxij, certe, ineuitabilisq; eamus uel daturi de nobis alteri gloriam, uel nobis de altero adepturi. Hæc locuto Sarpedone, Glaucus nec abnuit, nec annuit. quos ambos sequente Lyciorum ca- terua, cum ex aduerso tendentes conspexisset Mene= stheus Petci filius, & turrin ubi ipse erat petentes, ue= hementer extimuit, intelligens quantum cladem essent allaturi. Collustrans igitur oculis, si quem principum è curru conspiceret, qui socios tutaretur in tanto pe= riculo, Aiacem utrungq; conspexit, una stantes, ac iuxta illos Teucrum, qui tunc ueniebat à nauibus. Quos uo= cantem, ut in tanto strepitu, fragore, fremitu uel armo= rum uel portrum, munitionumq; quas rescindere Troia ni nitebantur, uel uociferationum, que ferebantur in coe= lum, quia ex audiari fas non erat, propere Thooten præ= conem pro se dimittit, dicens, Die Thoota, curre curiculo ad accersendū hunc utrungq; Aiacem, si uterq; (quod mul= to satius est) præsto hic esse per eorum commodum po= test, quia præsens hic pernicies imminent ab ingruenti= bus Lyciorum ducibus, quorum tanta in superioribus præ= lijs extitit uirtus. Sin uterq; non potest, quod & illic la= boratur, at Telamonius certe cum Teucro fratre præsto sit. Cui obtemperans præco, cursu decurso ante Aiaces stetit, & ad eos inquit: Aiaces Achiorum principes,

Menestheus,

Thootes.

Menesthe

Menestheus princeps uos illuc praeost esse efflagitat, pae-
rumper saltem illuc opem laturos, & quidem utrumque
(quod multo satius est) si per uestrum commodum licet,
quia praesens ibi pernicies imminet ab ingruentibus Ly-
cioru ducibus, quoru tanta in superioribus prelijs extitit
uirtus: sin uterque non potest, quia & hic laboratur, at
Telamonios. Telamonius certe cum Teucro fratre presto sit. His au-
ditis acquiescens Ajax Telamonius, confessim ad Oileum
inquit: Ajax, tu nunc Lycomedesq; hic stantes, urgete
socios ad pugnandum, dum ipse ad serendas illis suppetias
eo, ac redeo. Nam coiuuo huc redibo, poste aqua ab illis
periculum propulsauero. Hec ubi dixit Ajax, abiit comi-
tante cum Teucro & Pandione, qui arcum Teucri fere-
bat. Hi postquam ad Menestheum per murum ingressi
ad turrim peruenierunt, offendunt illum cum socijs sata-
gentes, quoniam Sarpedon Glaucusq; cum alijs Lycioru
primoribus iam in fastigia euaserant. Hic iterum ad ad-
uentu subsidij renouato clamore concursum est, & Ajax
omnium primus magnanimu Epiceiū socium Sarpedo-
nis interemit. Siquidē nactus rude marmor inter ipsa cul-
mina, quod uix unus (quales nunc sunt homines) ætate et
uiribus florēs, altera manu ferret, ipse facile sublatum ita
contorsit in Epicei galeā, ut ea diffissa, caput ipsum cum
ossibus facta cerebri confusione contereret. Ille in caput
labēs, sicut in aqua proni præcipitat, deorsum à turri
delatus est, atq; exanimatus. Teucer quoq; animaduerso
Glauci apud ipsum fastigia strenue pugna crientis brachio
nudato, locū ipsum sagitta confixit. Eo ictu Glaucus ab
instituto pugnandi seruore cohibus est. Sed dissimulato
uulnere, ne quis hostiū illo cognito gloriabūdus ei uerbis
insultaret, furtim desiliit. Sarpedone autem et si digresso:
Glauco

Glauco (quem statim digressum esse cognouit) subiit dolor, non tamen diffidentia: protinusq; Alcmaonē Thespolis filiū certo ictu cōfodit, à quo educta iterū lācea, pronus ille in faciem corruit. Tunc Sarpedon propugnacula ipsa atq; uestigia reuelles manibus, parte partē (ut ligata inuicem erāt) sequēte, murum denudauit, uianq; fecit ad multorum pariter ingressum. Quod cernētes Telamonij fratres, unum telis ambo petiuere: Teucer quidē sagitta, qua in lucentē clypei baltheū circa pectus illata, ne occideret hominē, Iupiter obstitit, nolens filij exitū illo loco esse: Ajax uero lancea, qua reducta insiliēs scutū trāsuerberauit, cumq; cōcūsset, ac quātumlibet ferocē repressit, ac cōsternauit. Et ceteri quidē paulū à summitate muri submoti sunt. Sarpedō uero non prorsus loco cessit, optās speransq; incepi muneris assequi palmā: conuersusq; ad suos, Quid ita, inquit, Lycij ignauum istic tenetis ocium? Sarpedon Ly-
 Nā uni mūhi quāuis strenuo perquā arduū sit rescindēdo
 muro uiam munire ad naues. Agedum cōferti ingruite. Plurū enim quām unius est opera præstatiōr. Hāc exhortatoriā ducis castigationem reueriti cōmites, circa ipsum ducem in hostem uehemētius ingruūt. Græci contrā alia atq; alia cohorte (magni negotijs res uidebatur) acie introrsus firmabāt. Ita neq; Lycij per ruinā muri uiā sibi ad concremandas naues facere poterant, neq; hos Græci reiūcere ab eo muri uestigio, quod illi semel institerant. Sed quemadmodum duo uiri de terminis indiuidui limitibus agri discordes, mensoriam linean qua fines utriusq; discernant, manibus tenentes, tandem de exiguo termino rixantur: Sic utriq; de propugnaculis, quibus diuisi erāt, belligerabant, et hi et illi scutis parmisq; protecti. Eoq; et si nonnulli nudato inter uertendum se tergo, plures ta-

men per ipsa scuta sauciabantur, turribus ac muri culminebus ubique crux natantibus. Et sicut mulier proba, quæ questum manibus facit, ut natos ab inopia vindicet, in apponenda lana trutinam subleuat uento præpondentem, ita inter Græcos atque Troianos pari more decernebatur, donec Iupiter hoc eximum gloriae decus Hectori dedit insiliendi ante omnes in casla Græcorum.

Hector. Nam exclamans inter eundum ad socios, inquit: Ingruite fortissimi ciues, demolimini murum, aperite iter, & ignem hostilibus nauibus inferte. Huic exhortationi omnes Troiani (nam omnes audierunt) obtemperantes, murum addensati inuadunt, telaq; præferentes, turrium scalas ascendunt. Ipse uero saxum quod è regione portæ stabat, arripuit, uasti tum ponderis (nam duo illud uiri, quales nunc sunt, non facile in plaustrum è solo leuarèt) tum corporis, sed deorsum crassi, sursum acuminati. Id Hector una manu sublatum ac facile tractans (Iupiter enim faciebat illi leue) non laboriosius, quam opilio cum fert arietis uellus, portauit propius portam. Huius autem portæ erant geminæ fores, ut proceritate sublimes, ita asserum crassitudine robustæ: quas interius obseruabant totidem repagula altrinsecus posita, sed eadem a nborum clave. Huc Hector proxime accedens, ac bene annitens pedibus, ne uanior esset ictus, sed prolato sinistro, ac totis in rotando saxo aduocatis uiribus, medias fores cum ingenti fragore percussit, sed cum maiore prostrauit. Nam diffractis utrisque cardinibus emotisq; repagulis, discerptæ altera ab altera, ruinam fecerunt, saxo suapte mole ingresso. Quod insecurus Hector, uolucri noctuæ similis irrupit, quem tunc nemo aliis (dijs exceptis) se obuium ferens, illinc coercere potuisset. Oculi uelut ignis ardebant,

bant, undiq; corporis armatura fulgorem horredum reddebant. Ipse duo iacula manu gerens, ad Troianos conuersus, iubet eos transcendere munitiones. Illi celeriter imperata facientes, partim munitiones superant, partim per ipsas portas infunduntur. At Graeci fugam capessentes, cum attonito tumultu se ad naues proripiunt.

I L I A D O S H O-

M E R I C A E L I-

B E R X I I I .



V P I T E R autem, posteaquam Heritora cum Troianis ad Graecorum natalia euerxit, relicto illis interim studio, ut per se cruentum committerent prælium, ipse illico procul ora conuertit, oculosq; defixit in regionibus Thracum equestris bello strenuorū, Myriorumq; fortium bellatorū, ac Agauorū innocentissimæ gentis, ut quæ sine ulla diuitijs equino uictitat lacte. Cum igitur nusquā ad Troiā respiceret, haud quam suspicans fore, ut aliquis deorū auxiliū ferret Graecorū partibus, Neptunū oblata hæc occasio nō latuit, insidetcm tūc nemorosum Samothracie dorsum, in quod progressus ē mari cōscenderat, unde omnē Idā, omnē Troianā urbē, omnia castra subiucere oculis posset: unde prospiciebat bellū, admirans Troianos, miserans Graecos & ob id grauiter Ioui succensens. Itaq; statim citato gradu à monte descendens, subter immortales plantas syluis collibusq; trementibus, ter conatus est Aegas petere, ubi in medijs aquis fanum habet, & in fano armaturā auream immortalcmq;, ter conatus, ter pedem continuit. Quarto

q. x. tandem

tandem moram rupit, quo in loco ubi instituit, primū equos ad currum iunxit auricomas atq; aeripedes, dehinc auream sibi armaturam induit, tum sumpto flagello & auro & arte conspicuo, bigam ascendit: immisissq; equis super undas fertur, ita leui agiliq; cursu, ut axis nihil admodum tingeretur, ipsis aquis præsentia numinis (agno-
scabant enim suum principem) lætis, atque obsecundan-
tibus, cetis quoque undiq; è fundo excitis. Cum appulisti
specum mari circumfluum inter Tenedon atque Im-
bron, illic equos sistit. Vincula, quibus alligati ad currum
erant, detrahit, quo pasci possent. Compedes aureas, que
nec frangi queant nec dissolui, ut redditum domini oppe-
riretur, inducit: ambrosiam pabulū apponit, mox ad exer-
citum Græcorum è mari ire contendit. Cum uenit, Tro-
iani uel turbini uel flammæ simulimi, Hectorē cuneati se-
quebantur, rabidi, acclamantes, nihil ex labore, nihil ex
conatu remittentes, quod uidelicet spē ingressi essent, se cū-
etas naues cum cunctis Græcis ad internacionem redactu-
ros. Ipse imagine assimilata, robustaq; uoce Calchantis,

**Neptunus Aia
cibus.** Græcos hortabūdus adiit, & in primis ambos Aiaces, sua
nihilominus spōte alacres ac pronos ad pugnā, inquiens,
Aiaces, hic queso tutamini Rēp. solitæ uirtutis memores,
nō miseræ fugiæ, aduersus hostē qui uī trāsit murū. nā alibi
nihil admodū metuo, ubi sunt qui arceant Troianos. pro
hoc ego loco timeo, pro hoc præcipue sollicitus sum, quem
Hector ipse cum sua manu oppugnat, furēs, ardēs, & qui
se maximi Iouis esse filiū iactat. Vobis autē deus aliquis a-
nimō suggerat, ut perstetis hic fortiter, hortātes etiā alios
ut illū, quantūlibet annitentē, etiā autore Ioue fretū: tamē
ab accessu nauī prohibeatis. Hæc cū eis dixisset, ambosq;
scipione tetigisset, iter intendit ea perniciitate, qua se de
arduo

arduo editissimæ rupis culmine ad insequendam alteram
auem demuttit accipiter, eam superne conspicatus in sub-
iecta planicie agentē. Eo tactu ambo sibi pectus animosi-
tate, manus agilitate, pedes leuitate, genua uigore aucta
esse senserūt, sed prior Oileus: ideoq; ad Telamonū pro-
tinus ita inquit: Ajax, non uates nos Calchas ad defendē-
das naues adhortatus est, sed aliquis cœlitū sub Chalchā-
tis imagine, quem ex talis ac poplitibus, cum abiret, facile
agnoui. Facile enim dij ab hominibus dignoscūtur. Quin
michi animum sentio factum esse animosiorē ad repu-
gnandum atque pugnandum, manus quoq; & pedes ue-
getiores, & quasi me ad agendum instigantes. Cui re-
spondēs Ajax Telamonius, Et mibi, inquit, idem cōtingit,
manus ad lanceān pruriunt, pedes inuitant, & sua sponte
moliri uidentur, animus ita exurgit, ut cum Hectorē tam
acri atq; indefatigabili bellatore pugnare uel solus au-
deam. Cum hæc inter se duo alacres colloquūtur Aiaces,
illo corporis & animi uigore, quo erant à deo instructi,
tunc ipse deus eos quoq; incitatum pergit, qui malo dc mi-
ti post hos apud tentoria mentem à formidine, membra à
defatigatione relaxabat. Eosdem cum hostem expugnatis
munitionibus irrupisse in castra uidissent, ingens macror
ac desperatio incessit, fatentes tum lachrymis, tum uoce,
nulla iam ratione præsentē deuitari posse perniciem. Hos
Neptunus sic attonitos adiens, non difficile animauit,
crexitq;: & ante omnes è primoribus præstantioribusq;
septē, qui cæterorum phalāges instrueret, Teucrum, Lei-
tum, Peneleum, Thoantem, Deipyru, Merionem, & Anti-
lochū, quos ita allocutus est: Quid istud dedecoris Argiui
principes, quos ego, ut uiribus atq; ætate florentes, cōfi-
debam pro defendēda nauium incolumente stare in acie?

Oileus,

Telamonius

Neptunus.

Vos uero segne tenetis ocium. Quod si pergitis, haec dies
nobis illuxit, qua sub Troianis occumbamus. O facinus,
quid nouitatis, quid ego prodigijs video? quod me nunquam
suscipiat sum fuisse usurum, Troianos in castra uenisse,
qui antehac neque conferere nobiscum manus, neque expe-
ctare nos uel momento temporis audebat. Non secus atque
imbellis fugacesque cerui, non resistunt alijs feris, ut lupis,
pardalis, lyncopantheris: sed in syluis hoc illucque discurre-
santes, harum ferarum pabulum fiunt. Nunc uero longe
ab urbe ad ipsas naues prelantur. Cur itaque nempe ob ue-
cordiam ducis et socioram militum, qui in inuidiam du-
cis, quem exosci sunt, quod Achillem laesit, pugnam detre-
stant, et ob id apud naues quoque trucidamur. Et ille qui-
dem haud dubie in culpa est, qui iniuriam fecit. Non est
tamquam cur a bello nos subtrahamus. Placenus quæso quam-
primum uirus acerbitas. Placabiles namque sunt sensus bo-
norum. Atque ista socioram ac militie detrectatio, cum o-
mnibus turpis, tum uero nobis turpisima est, non modo
fortibus, sed etiam principibus fortium. quod facientibus,
quod ad me attinet (infirmior enim sum quam alij, quam
ut uobiscum ipse digladier) cum toto uos ex animo male
oderem. O dij boni, cunctabimini adhuc: at ista cunctatio
malum hoc mox maius efficiet. Ponite quæso ante oculos
singuli dedecus huius rei atque indignitatem. En Hector fori
bus portæ cum ipsis uectibus refractis, ad naues iam pu-
gnans robur suum ostendit. Adeo res in ultimum est addu-
cta discrimen. Hunc in modum Neptuno illos adhortato,
phalanges Græcorū circa duos Aiaces se se gerunt, ste-
teruntque tam strenue, ut eas neque Mars ipse si interueniat,
neque ipsa Pallas, uterque bellorum praeses, incessaret. Nam
qui crant robore ac uirtute præstantes, diuum Hectorem
cum socijs

sum socijs expectabant, aliquantum ab alijs sciuncti, inter se tamē ita coniuncti atq; conglomerati, ut scutum scuto, clypeus clypeo, lancea lāceæ, galea galeæ, uir uiro co-
 bāresceret, & propè inniteretur, ipsis etiam munacibus
 cristis superfulgentes galeas sese contingentibus. Atq; ita
 instructi, ac pleni fidutia, & ad pugnandū bene animati,
 Troianis duce Hectore ingruentibus sese obijciunt, & te-
 la in eos ualentibus dextris excutiunt. Quemadmodum
 autem cautes aliqua solutis citato torrente radicibus, à
 dorso celsi montis cum ingenti fragore per stragem ne-
 morum rapida fertur, subinde subsiliens, sed ad nulla ob-
 via subsistēs, eadē ubi in plana ducenit, quantūlibet inci-
 tata, tamen rotandi tenorem seruare nou potest, sic citatus
 ferebatur Hector, occidēs hostes, minansq; ad naues usq;
 ad mare se esse penetraturū, dumtaxat, antequā in globos
 hostiles incideret: in quos impactus, nō modo nō stetit, sed
 etiā eoērctitus reiectusq; est, tot lanceis tot gladijs ex ad-
 uerso petitus atq; concussus. Itaq; relato pede, socios ma-
 gna uoce inclamauit: Fortes Troiani, magnanimi Lycij,
 Dardani bellatores, assistite mihi. Nō enim opinor diu me
 hostes sustinebūt, et si globis se arctauerint, sed ab hac ma-
 nu propellentur, si uoce à principe deorū Ioue iussus ego
 adiutusq; cōtra hos pugno. Hec locutus animū accendit
 ardoremq; singulorū. In quibus Deiphobus, quaē sua ma-
 gnanimitas erat, colligēs se sub clypcū quē preſtrebat, a-
 gili gradu procedebat. In hūc Meriones, explorato quē
 feriret loco, pilū cmisit, nec aberrauit, si non aberrare est
 uano ictu ferire. nā pilū inter taurina tergora hostilis scuti,
 in ea parte, qua ferrū hastæ suffigitur, crepuit, ulterius ali
 oqui trāsiturū. Nihil tamē munus clypcū à se Deiphobus
 excusit eo ictu cōteritus. Meriones quoq; retro ad suos ces-

fit, bis admodum dolens, quod nec hostem uulnerasset & telum confregisset. Eoq; se ad tentorium suum contulit, alterum allaturus quod ibi reliquerat. Cæteri prælium conscrunt, insurgitq; pertinax clamor. Ibi primus omnū Teucer egregium quendam è Teucris interermit, nomine Imbriū, locupletis Mentoris filium Priamūq; generum. Nam Medesicastam Priami filiam notham in matrimonio habebat. Hic ante aduentum Græcorum habitauit Pe-
dasi. Orto deinde bello, Troiā commigravit, ut Troianos inter quos erat præcipius, bello iuuaret, & apud sacerū diuersabatur, peræquè ab illo habitus, atq; si unus è filijs foret. Hic ubi Teucer ei telum, quod ab aure contorserat, è uulnere reuelliisset, cum armorum sonitu defluxit, sicuti ornus quæ in longe conspicuo montis cacumine, cum tenetis ramis ad terrā succisa prosternitur. Ad eum ita constratum Teucer accedebat, arma (erat enim insignia) spoliaturus. Sed cum in se uidisset infestum telum coniisci ab Hectore, destituit, illudq; parua corporis declinatione uitauit. Sed magnanimus Amphimachus, beati Aectorionis filius, ut recens in aciem aduenerat, excepit. in quē humi-
cum armorum sonitu collapsum cum iret Hector, ut gæ-
leam ciperet, ipsum uiciissim Ajax Teuci frater telo pe-
tiuit, nec corpus perstrinxit, nam totus lucido ferro tege-
batur: sed tanto robore umbiculū clypei percussit, ut eum
loco reiecerit. Eoq; retrocedente, singula cadauera bini
Greci ad suos protraxerūt: Amphimachum Menestheus
& Sthichius Atheniensium principes, Imbriū ambo Aia-
ces, singularē eorum uirtutē declarātes. Atq; ut duo leo-
nes præcepta ab auidis canibus capram tenaci morsu te-
nentes, suspēsan scrūt in spissum nemus, sic hostile cada-
uer uterq; Ajax ad suos asportauerunt. Quod ubi armis
exuerunt,

exuerunt, Ajax Oilcus capite truncavit, ergo frens animo Amphimachi necem: conuersusq; in hostes, caput rotuit, quod pedum tenuis Hectoris delatum est. Neptunus quoq; ex Amphimachi nepotis exitu magna sane acerbitate contracta, illinc ad naues iter tendit, ut plus periculi Troianis plusq; calamitatis crearet, excitatis ad prælium alijs Græcis. Allocuturusq; Idomeneum, speciem sibi induit uocemq; Thoantis Andremonis filij, qui princeps Actolorum in omni Pleurone & in excelsa Calydone tenebat imperium, & ut deus quidam uulgo in honore habebatur. Idomeneus autem quando Neptuno obuius factus est, redibat à tabernaculo amici, quem sura confixa socij uix eripuerant: datoq; medicis mandato, petebat tentorii suum, cupidus adhuc redeundi in pugnam. Huic occurrens Neptunus, ita inquit: Princeps Idomeneū, quò euauerunt munæ illæ, atq; insultationes nostrorum hominum in Troianos? Cui Idomeneus, O' Thoan, inquit, nemo in causa est, quātum equidem intelligo. Non enim inscitia rei militaris, nam omnes pugnā callemus, non ignavia, non formidine, nam nemo ab acie fugit, non segnitie, nam nemo laborem recusat, profligamur ab hostibus, sed sic deorum maximo placet, ut longe à patria, ut in terra hostili, ut in glorijs, mortem & quidem teterimā uniuersi oppetamus. Tu tamen Thoan ex tua consuetudine facis, semper enim fuisti pugnax, qui alios ubiq; cessare certnis, horteris ad prælium. Perge igitur, nec munus istud cohortandi cæteros intermittas. Tunc exceptit iterum Neptunus: Ego uero Idomeneū imprecor ei, qui ualens hoc in statu non pugnat, ut ex hac terra nunquam redeat domum, sed hic canum esca & ludibrium fiat. Tu oxyus sumptis armis unā uenias. oportet enim huic rei pariter

Neptunus.

Idomeneus.

Neptunus.

incumbere, si cui usui, et si tantum duo, tamen alicui usui
esse possumus. Coaugmentata enim uirtus hominum pollet
etiam quātūlibet infirmorum, de quo numero nos non
sumus, assueti etiam pugnare cum fortibus. Sub hēc Ne=
ptunus in aciem abiit. Idomeneus autem ingressus tento=
rium, sibi arma circundedit. Tum egressus, gerens manu
iacula, citato gradu proficiscebatur, fulgore armorū ma=
icrem in modum utpote ex cursu uibrantium, simulis ful=
guri, quod terrificis incensum radijs Iupiter sublimi de=
xtrā ab illustri olymbo excutit, ostentans mortalibus im=
mortale ostentum. Atq; sic festinans, non ita multo extra

Idomeneus. tentorium habuit obuiū Merionem famulum, qui uenie=
bat ad lanceā sumendā. Ad quem Idomeneus inquit: Me=
riones mi, quidnā uenis relicto prælio atq; acie? Nūquid
et tu uulncratus es? Et ita, ut perferre dolorem non pos=
sis? an nuncius ad me uenis? seu tua sponte, quod cupias

Meriones. me in acie potius stare quam domi sedere? Cui Meriones,
Imò uero, inquit, uenio, sumpturus telum, si quod tibi do=
mi reliquū est. nam quod habui, in ipso ictu super scutum

Idomeneus. Deiphobi principis iaculatus infregi. Ad quē Idomeneus,
Non modo aliquod unum, sed unū et uiginti domi mibi
sunt: hoc est, tibi sunt, si tot uolueris. que ex aduersa frō=
te ianue stant, ipsoq; fulgore se indicant, et ea quidem
Troiana, que ex illis interemptis abstuli, in tentorio uide=
bis. Neq; enim opinor cui hēc sunt, eminus cum hoste pu=
gnare. Cui Meriones, Et mibi quoq; inquit, cōplura sunt

Meriones. hostium spolia, sed longius quam ut in expedito mibi sint
ad sumendū. Nam neq; me degenerem existimo, sed sem=
per in ancipiti acie cum primis stare cōsuesse, nec alicuius
sociorū tanquā mibi auxilio futuri recordari, et hoc te=
Idomeneus. ipsum optimè scire. Ad hūc Idomeneus, Scio quidē quāta

uirtute

uirtute sis, cæterū quid ista cōmemorare te attinet? quod
 si nūc præstatiſimi quiq; Græcorū cōtracti, certatim pro
 nauibus pugnemus (uirorū enim uirtus præcipue ex emu-
 latione dignoscitur) iam strenuus ab ignauo, ab imbelli
 bellator appareat. nanq; ille uix potēs sui est, ut nequeat
 eodē in uestigio persistere, sed subinde mutat loca, modo
 huic, modo illuc pergit nutās atq; uacillās, superq; utrūq;
 pedem ſubſidens præ metu, miscrum in modū corde palpi-
 tante, ac dētibus cum ſonitu tremētibus. Hic autē neq; lo-
 cum mutat, neq; corpore uacillat: in ipſo primo pugnæ
 cōgressu modice timet. cū insedit loca ad tēdendas infidi-
 as, optat quā primū acri ſe prælio mīscere. hoc in loco ti-
 bi, ſi uel enſe feriare uel telo, non tribuctur ignauiae aut
 imbecillitati, dūmodo nō feriare in ceruice tergo' ue, aut a-
 lia posteriori parte, ſed in aduerso pectore, aut in utero,
 & hoc cū ultro pedē infers, non cum pedē refers, interq;
 primos dimicat, nō post primos. Sed hæc haſtenus, ne uelu-
 ti pueri fabulantes tēpus teramus, ne'ue proterius aliquis
 hoc nobis uitio ueritat. Tu age introēas domū, telūq; ca-
 piat. Hæc locuto Idomeneo, Meriones (ut erat certaminiſ
 auidus) celeriter introiit, telū cepit, iterū rediit, Idomene-
 umq; ſecutus atq; affeſcutus eſt. Quales autē cū Martem
 patrē in bellū euntē comitātur duo filij, Craterus, & qui
 quēlibet strenuū terreat bellatorē Atarbes, cū ē Thracia
 in Ephyras aut in Phlegyas arma ſumētes, perq; mediā
 aciē ſeu per cornua eūtes, nō utroſq; exaudiūt, ſed alteros
 tantū, ut ijs uictoriā largiātur. tales hi duo principes et a-
 nimō & ſpecie in bellū ſe cōferunt. Et Meriones ad Idomeneus
 nū prior, Quā in partē, inqt, Idomeneū inclinat animus
 ut pgamus? in dextrū ne latu, an in ſinistrū? Nā nuſq; nō
 credo negociū exhiberi ſocijs. Cui reſpoſdens Idomeneus,
 In medio,

Idomeneus. In medio, inquit, præsto sunt alij propugnatores, & in primis ambo Aiaces Teucerq; cum in stataria pugna bonus, tum in sagittando omnium optimus. Hi Hectorem (quantlibet sua sit famæ sitisq; pugnandi) saturabunt, satiabuntq;. Et ut fortis strenuusq; sit, tamen arduum erit talibus uiris deuictis deflagrare naues, nisi in illas Iupiter ipse flagrantem concitat facem. Neq; enim maior Ajax ei simulis est, qui mortalis sit, qui pane uescatur, qui ferro possit saxisq; uiolari. Adeo ne ipsi quidem (quo nihil est fortius) Achilli concesserit, duntaxat in stataria pugna. Nam in celeritate pedum nulla cōtentio. Eapropter perge mihi ad læuum cornu, ut uideamus quam pri-
 mum, si cui demus ipsi gloriam, an si quam nobis. Hæc lo-
 cuto Idomeneo, Meriones strenue ire ac præire contedit.
 Qui cum eò peruenissent quo maturabant, & (ut con-
 spicui ex armis erant) conspecti & cogniti fuissent, in
 ambos ab omnibus se inuicem cohortantibus, concursum
 est ad ipsas extimas naues: ubi redintegrato certamine, sic
 inhorruit acies, utrisque infesto animo, corpore, ferro in
 mutuam perniciem incumbentibus, ut inhorrescit pugna
 uentorum, cum nacti puluerulentas uias, pro se quisq; pul-
 ucream nebula excitare, & in altum torquere conan-
 tur, & ut illa nebula in aduersum ueniens oculos premit:
 sic tunc continens fulgorem galearum, loricarum, scuto-
 rum proxime politorū premebat, nec oculos tantum, sed
 etiam mentem: ut supra modum fuerit futurus impavidus,
 qui hanc speciem alacrior quam timidor inspectasset.
 Huius autem tantæ inter hos heros cladis autores erant
 duo dij partium studiosi: hic quidem uolebat Græcos ui-
 etos, a Troianisq; uexatos, non tamen extinctos, & He-
 ctorē Troianosq; eatenus esse uictores, quatenus Thetidi
 atq;

atq; eius filio, quibus hoc dabat, satis fecisset: ille ediuerso
 Græcis uim uiresq; subministrabat dolens uicem eorum,
 quomodo ita & Troianis domarentur, & ob id summo=
 pere fratri infensus. Nam idem deus, eadem dea, idem lo=
 cus ambobus est parens: sed hic & maior natu, & * plu=
 rimum rerum gnarus. Ideoq; ille non propalam, sed clan=
 culum è mari prodijt, furtim intrauit acies, occulte sub
 humana specie ad resistendum assidue Græcos erigebat.
 Quo magis contentio crescebat, atrox prælium conse=rebatur. Et cum utriq; confertim perrumpere alteros ni=tuntur, utrinq; multi occumbunt. Ibi Idomeneus et si etate semicana, tamen in hostem exhortatus socios irruit, in fuganq; uertit: occiso Othryonco, qui nuper è patria Cabeso uenerat ad comparandam sibi singularem glo=riam, sed perinde difficultem. Quippe spopoderat Priamo, se hostes ab ora Troiana effugaturum, nisi recedrent. Pactus tamen pro hoc merito Cassandram uxorem, etiam indotatam. Nam erat filiarum Priami pulcherrima, que res eum animosum faciebat ad bellum. Huic Idomeneus sublimiter incedenti, rimatus locum, uibrata lancea me=dium uentrem, non sustinente ictum thorace, confixit, inq; terram collapsu (collapsus est autem cum ingenti so=nitu) gloriabundus insultauit: Othryonee, equidem tibi primas inter omnes mortales tribuo gloriæ partes, si modo exoluas quicquid Priano promisisti, pro quo inuicem tibi filia ille uxorē despondit. Quid nos? profecto eadem tibi & promittimus et exoluemus, ut pulcherrimā filiarū Agamēnonis, ex Argo accersitam, tradamus uxorem: dum tamen Ilium hoc tun insigne oppidum nobiscum euertas. Quocirca sequere me, ut apud naues de re uxoria ac spō=salibus transfigamus. Neque enim indignus sum, quo arua spice hæ

spicē hæ nuptiæ fiant. Cum sic locutus cum pede per aciem
 traheret, ecce Asius in ultionē defuncti aduenit, stans
 ante equos, quos sedulo auriga post dominum pedestrem
 ducebatur, penè ipsius humeros ac terga afflantes. Et sic
 magna auditate Idomeneum ferire conanti, Idomeneus
 ipse ita guttur subter mentum coniecta hasta percussit, ut
 illa per cervicem emineret. Quo uulnere Asius non aliter
 quam quercus, aut acer, aut ilex aliqua sublimis, à fabris
 in usum succisa naualem, humili collapsus est, confusumq;
 murmur pariter & sanguinem fundens ante equos, quātus
 erat, in cruento puluere uolutabatur. Hoc cum uidisset
 auriga, stetit inops mentis, & quasi ipsi sibi excidit,
 non ausus ab hostibus in fugam auertere equos. Cui An-
 tilochus inter hanc hæsitationem telo medium uentrem,
 quem locum destinauerat, thorace non sustinente cōfixit.
 Eoq; de curuli sella prolapso, humiliq; singultiente anima
 equos abduxit. Deiphobus autem casu tristatus Asij, pro-
 prius accedens Idomeneū iaculo petit. Sed ille telum ex ad-
 uerso speculatus, subter orbē clypei se cōtraxit, ut aut de-
 uitaret illud, aut clypeo exciperet. Siquidē is clypeus du-
 obus canonibus erat compactus, lamina ferrea taurinis ter-
 goribus obducta. Verum Deiphobus, et si spe, non tamen
 iactu frustratus est. Cuius iaculum Idomenei clypeum su-
 periulās, ac cum sonitu radens, in iecinore principis Hy-
 penoris Hippaso geniti demersum est, hominēq; cōfestim
 Deiphobus. genibus submitti coēgit. Hic uasta Deiphobus, ac proca-
 ei uoce iactabundus exclamat: Non iacet iniuridatus
 Asius, non caret apud inferos ad quos tendit, mortis sola-
 tio. Nam profecto gauisurū scio, quòd ego sibi parētaui.
 Sic insolenter locutus Deiphobus, cum alios Grecos do-
 lore afficit, tum maxime Antilochum, qui iacentis socius
 erat.

erat. Sed ne iacentis quidē curā abiecit, accurrens q̄; amicū scuto protexit, donec subeuntes duo sociorū Mecisteus Echij filius & dius Alastor, uterq; vir insignis, cripunt, ac grauiter lamentantē ad tentoria reportarunt, Idomeneus uero nōdum uel Reip. satisfactū putans, uel animo suo satisfactū habēs, sine intermissione pergebat, ut tēram mortē aut hosti offerret, aut ab hoste acciperet. Stabat autem à Troianis Alcathous clari Acsyetæ filius. Cui, quod ex omni Troia esset uirtute præcipiūs, Anchises Hippodamiam in matrimonium dederat, filiam primigeniam, quæ parentibus quidem cordi erat, ut filia, sed ex hoc magis, quod formositate, quod ingenio, quod opibus domesticis æquals ceteras antecelleret. Hunc Neptūnus Idomeneo iniuriae obnoxium præbuit, hallucinatis eius oculis, torpefactis cruribus, ut neq; fugam capessere, neq; gressum moliri posset, sed tanquam cippus aut procerus arbor perstaret immobilis. Atq; sic stanti loricam, quæ eousq; domino saluti fuerat, läcca persfregit, redditoq; stri-dulo sonitu tum ipsius ictus, tum perfractæ lorice, cussis in corde insedit, & post ruinam ab ipso corde micante quatiebatur: sed brcui pōst extinctum pulsu quatī desijt. Tum Idomeneus uasta & ipse ac procaci uoce iactabundus exclamat: Deiphobe, num tibi uidetur esse par, tres Idomeneus, hostes interemisse, quod ego feci: atq; unum, quod tu fecisti: demonie, quoniam ita insolenter gloriabare, consiste mecum, fac copiam pugnandi, ut discas qualis ego bellator sim, oriundus ab Ioue, à quo ortus est auus meus Minos, pater Deucalionis, qui me genuit principem Cretensium populorum, & hic adiectum nauibus in tuam patrisq; perniciem, atq; aliorum Troianorum. Hæc locuto Idomeneo, Deiphobus incertus animū cogitabat, utrum illinc

illinc digressus, alium aliquē ex præstantissimis socijs accerseret, an uel solus belli fortunam experiretur. Delibranti conducibilius uisum est conuenire Aeneam. Eum percit stantē post aciē, ac postremum, utpote Priamo semper iratum, quod tam eximum inter ceteros uirum parum pro dignitate, aut nullo honore prosequeretur. Ad

Deiphobus. hunc accedens Deiphobus, inquit: Aenea princeps, nūc si quid te cura tuorū tangit, ueni opem latus Alcathoo, cui te decet opem ferre, quod sororis maritus est, & te domi uestræ paruulum educauit. Eum tibi Idomeneus uita armisq; spoliauit. His uerbis Aeneas toto animo confusus, tamen ad bellandum excitatus, in Idomeneum fertur. Ille uero non ueluti adolescentulus territus est, fugeq; se mandauit, sed persistit more suis agrestis, que in desertis montibus percepto frequentioris hominum aequalis aduentu perstat, surrectis setis, freudentibus sanis, ardentibus oculis, præstanti animo ad uitros canesq; arcendos. Atque ita expectans aduenientem Aeneam Idomeneus, aliquot fortium suorum, quos impræsentiarum uidit, Ascalaphum, Merionem, Antilochum, Aphareum, Deiphyrum uocans, præsto sibi esse his uerbis adhortatus est: Venite amici defensuri me ab Aenea aduersus me ueniente. cum quo uiro tam celeri pedibus, tam ualido in prælijs, hominumq; intersectore, solus congredi summopere uereor, eò quidē magis, quod in ipso bona ætatis flore positus est cum uires præcipue uigent. Quod si aequalis illi forē, quo animo sum, protinus aut ille de me, aut ego de se eximā uictoriā reportarem. Sic locuto Idomeneo, cūcti uno animo reductis ab humero clypeis astiterūt. Ediuerso Aeneas & ipse socios, quos inspexit conuocauit, Deiphobū, Paridem, Agenorem. Post hos (nā hi principes

principes erant) alij populariter sunt secuti, ueluti oues quæ saginatae è pascuis Tityrum sequuntur. Et ut eorum pastoris tunc exhibilarescit animus, ita nunc Aeneae intuentis ad se agmina confluere Troianorum. Ergo ubi circa corpus Alcathoi cōcursum est, lanceæ quæ utrinque certo iictu torquebantur, horrendum in modum super arma crepitabant. Sed præter ceteros uideres duos eminere ipsi Marti equiparandos, Aeneam Idomeneumq; in festis hastis sc mutuo petentes. Aeneas tamen prior hastam in Idomeneum contorsit: quæ, cum hic eam ex aduerso uenientem deuitasset, cassa iictu perlata est: humiliq; defixa, impetu suopte contremuit. Sed non incassum Idomenei hasta in Oenomaum perlata est, quæ nacta conuxum thoracis atque perrūpens, intestina ipsa lacerauit. Quam iterum ex Oenomao in cubitum humili collapso atque extinto eduxit, inhibitus etiam detrahere arma, quod hostium millibus obruebatur, & ita obruebatur, ut adierit periculum uitæ. Nam non genua ad irruendum toties in hostes suppeditabat ad se strenua celeritate illinc eximendū, non se iam tueri stando facultas erat. Qui cum aliquādiu discriminè se capitis propulsasset, sensimq; referret pedem, Deiphobus (ut erat illi semper insensus) in eum lanceam torsit: sed iictu deceptus est, licet nō frustratus. Nam pro Idomeneo humerum traiecit Ascalaphi. Illo in latus humili defluente, circa corpus eius acceditur pugna. Nec dum pater Mars Ascalaphum filium rescierat cecidisse in prælio. Nam in arduo olymbo subter aureas nubes sedebat cum alijs dijs, ab Ioue uetus prælio intercedere. Huius autē sic in medio positi iubatam casidem cum rapuisse Deiphobus, eius brachii Meriones Marti simulis infiliens telo confixit, pariter & prædam manu discussit:

redden

reddēteq; caſſide humi percūſſa raucum ſonum, iterum in
 hōſtem Meriones inuolauit, telum ē prono brachio ex-
 traxit, & ad ſuos ſe recepit. Ilium Polytes germanus
 medium complexus, exportauit ē prēlio uſq; ad equos,
 qui poſt aciem tumultumq; bellorum ſtabulabantur cu-
 ſtode auriga. Ibi in rhēdam optime ornatam poſitum
 ad urbem remiſit, grauiter lamētantem ex crudi iactatio-
 ne uulneris, cuius proſlumen per manum decurrebat. In-
 terea cāteri pugnabant renouata uehementi uociferatio-
 ne. Illic Aeneas Aphareum Caletoris filium ſibi ad-
 uerſum in iugulo ferit, quo ičtu Aphareus ſubmiſſo fi-
 niſtrorſum capite, galea ſcuto que ſe contingentibus,
 morte ſolutus eſt. Antilochus autem obſeruans Thoo-
 nem, dum tergum uerteret, oblata que occaſione inua-
 dens, tergum iſum ferit, ita grauiter, ut continens
 uena, que illac ad ceruicē currit, omnis amputaretur. eo
 ičtu Thoon in posteriora recidit, ambas manus charis fa-
 miliaribus extēdens. Antilochus uero accurrens, arma de-
 trahebat, oculus tamē lustrās ne ipſe feriretur. Sed eū Tro-
 iani hinc atq; hinc circumſtētes, cum crebris ičtibus ſcu-
 tum pulsarēt, nihil tamen perſtrīngere poterant. Aderat
 enim ei Neptunus, qui Nestoris filiū inter tot muſilia tu-
 taretur, alioqui non euafurum, ita nunquam pugnare in-
 termittebat, nunquam quietam lanceam tenens, ſed aſi-
 due quatiens, & ad hōſte arma circumferens, ac ſe ſub-
 inde circumagens, rimansq; ſemper, quemnam oppor-
 tūne aut eminus iaculo peteret, aut cominus inuaderet.
 Quod faciēs, non latuit Adamantē Afij filiū, qui in eum
 progressus cominus umbonē percūſſit, ſed inuidēte ičtum
 uitāq; Neptuno, ſpiculū refractū eſt, eufide tanquā igni-
 to clauo intra ſcutū remanēte, reliqua parte humi cadēte.

Quem

Quē relato gradu cedētem, ut subduceret se iictibus. Meriones infecutus, inter umbilicum ac genitalia, ubi uiris acerbissimus doloris est sensus, lanceam defixit. Ad quē iictum Adamas non secus resiliēbat ac reluctabatur, quam taurus cum arctis uinculis à bubulcis inuitus adducitur. Nec diu, ut in tanto dolore, reluctatus est: sed obortis ad lumina tenebris, breui expirauit. Vbi Meriones accedēt, telum de inguine eduxit. Helenus uero Thraicio gladio, ut sunt Thraicij grādes, galeam Deipyro secundum tempus percussit, fregit, excusit: quam dum quidam pugnantium Achaeorum ad pedes suos reuolutam colligit, Deipyrum æterna nox texit. Eius morte grauius ferēs Menelaus, minaci uultu, uoce, lancea, quam librārat, in Helenum tēdit, & ipsum uicissim intēto arcu ultro ueniētem. Atq; ita pariter ambo telum in alterum excusserunt. Et sagitta quidē percuesso thorace, ubi cōnexus est, haud aliter resiliēt, proculq; reuolauit, quam scapi fabarū, lupinorum'ue, cum uētilatoris pala, tum ualido flatu iactati, longius uolant. Menelai uero lancea in manu, que deorū arcū tenebat, et per ipsam manū in ipso arcu defixa est. Helenus ut morte uitaret, concessit ad socios, suspēsam manū gerēs, & affixā una lanceā trahēs. Cui cum magnanimus Agenor & lanceā reuellit & manus funda lancea, quā suus famulus habebat, colligauit, Pisander funesto fato duclus, recta in te Menelaē, imo in morte pergit. Nam abs te erat occidēdus. Hi in mutuum euntes occursum, postquā proximi fuerūt, hastas cōisciūt. Sed sua Menelai sine iictu præteriecta hominē est, sua Pisandri, in huius scuto defixa, nō trāsfixa, summo tenus ligno se fregit. Verum ille ob hunc iictū letatus, uictorē se esse interpretabatur. Idē cum Menelaum stricto insiliē-

tem mucrone conspexit, & ipse quam subter scutum ha-
 bebat bipenem, fideli chalybe, ac oleagino manubrio
 proceroq; corripuit, & inuadetem inuasit, atq; equi-
 nas iubas apud ipsum conum galeæ percussit. Ipse ue-
 ro ab illo percussus est, ubi frontis extremitas cum nasi
 summitate committitur. Quo ictu ossa crepuerunt, cruenti
 oculi ante pedes dederunt, ac succidetibus tibijs, ad ter-
 Menelaus. ram ipse defluxit. Menelaus autem adies incusso pectori pe-
 de arma detraxit, atq; conuicia Troianis gloriabundus
 faciebat, inquietus, Facestite sic, facestite a castris Tro-
 iani insolentes, tumultuosiq; ultores. Parum habetis tan-
 ta clade, tamq; inciuli probe me semel affecisse, aspor-
 tata cum multis opibus uxore, quam uirginem duxeram,
 apud quam hospitaliter accepti diuersabimini, ne iterum
 afficiatis nequissimi canes infandum ignem nauibus in-
 ferentes, & ad interpretationem nostram immani furore pro-
 perantes, non ueriti graue iram Iouis hospitalis, qui pro-
 fecto uestrâ urbâ obiter aliquando euertet. Iupiter pater
 (nam te sapientia aiut cunctis hominibus dijsq; præstare)
 numine tuo sunt hæc omnia, ut Troiani sicut rebus alijs,
 ita bello prælioq; satientur. Satiantur enim quotidie so-
 mno, uenere, catu, chorea. quibus rebus tam lepidis iucun-
 disq; Troiana pubes magis geslit excellere, quam belli-
 cis. ideoq; in bellis incepti existunt. Quare nobis et si
 ardetibus ad pugnam, tamen in uitis a pugna conce-
 dendum est. Hæc locutus, cruenta, quæ detraherat hosti
 arma, in manus socijs dedit, ac rursus in pugnā redijt, pri-
 misq; se pugnatoribus immiscuit. Ibi in eū insiliis Harpe-
 lion Pilæmenei regis filius, cum quo ad bellū Troianum
 uenerat, nequaquam in patriam reuersurus, medium scu-
 tum lancea cominus percussit, sed nō traiecit. Qui cū re-
 trogradus

trogradus se reciperet ad suos , circumferens oculos , ne
 quis eum uulneraret, nō deuitauit mortem , quam uitabat .
 Nam in abeuntem Meriones sagittam immisit , que de-
 fixa in coxa dextera subter ossa , in pubem euasit . Ille eo=
 dem loco subsidens , ac deinde prostratus , tanquam lum=bricus , largo profluuiio sanguinis inter fidelium sociorum
 manus animam agebat . Erant autem socij Paphlagones ,
 qui sedula cura circumstabant iuuenem . Et cum iam
 animam egisset , luctu graues incurruunt , tollunt , unaque
 cum misero patre uim profundente lachrymarum ad ur=beim reportant . Eius nece admodum contristatus Paris
 (apud ipsum enim ille cū permultis Paphlagonibus ho=spitabatur) Euchenorem tragula inter aurem malamq; cofixit pariter & extinxit . Erat autē hic & facultatibus
 & uiribus & indole animi inter paucos , nec suæ mortis
 ignarus : siquidem ei senior pater Polyidus homo egre=gius atq; idem uates , frequenter apud Corinthū ubi ha=bitabat , prædixerat , ipsius exitum fore , aut domū ex atroci morbo , aut militiæ ex ferro Troiano apud naues , cum Græcorum cæde plurimorum . Filius uero tum atrocitàtē morbi reformidās , tū ignauia dedecus , si committeret , ut à cæteris pro ignauo haberetur , militare maluit , * cer=tam mortem certa morte cōmutans . Atq; hunc in modum
 ad sinistrum cornu dimicabatur , æstuantibus ac penè ar=dentibus sole armis , labore corporibus . Iam Troiani pro=fligabantur , iam Græcis in manus uictoria erat , ut quibus Neptunus animū auxiliumq; præberet , cum Hector
 huius rei nescius adhuc ibi erat , quò primum post irru=ptionem in castra fusis cæsisq; ordinibus hostium euase=rat , ubi subductæ naues erant Protesilai et Aiakis , cinctæ
 muro , sicubi fragili humiliq; , ibi fragilissimo atq; humili=

limo: sed nō fragiliori, quām pro uirtute illic tendentū.
 Tendebant enim ad id castrorū latus maxime fortes pu-
 gnacesq; uiri cum optimis equis Bœotij, Iones, Locri,
 Phthij. Hi quacunq; ope assiliētem Hectorē flammæ simulē
 à se conantes arcere non poterant. Quorum primi erant
 Athenienses duce Menestheo Petei filio, comitatibus Phi-
 da, Stichio & Biante. Post hos alij, Epiorum quidē duci-
 bus Mege Phylei filio, Amphione ac Dracio: Phthiorū
 uero Podarce atq; Medonte, qui Aiakis Oilei frater ex-
 tra matrimonium natus erat, à natali solo semper extor-
 ris, atq; in Phylace domicilium habens, ex quo germanū
 Eriopidis nouercæ Iphycleū Phylace genitū interemit,
 tunc enim in Philacem concessit. Hi itaq; pre ceteris
 Phthijs cum Bœotijs naues ab Hectore tuebantur. Ipse
 uero Ajax Oileus à Telamonio nunquā discedebat, ne tē-
 poris quidem momento. Atque ut duo boues per noualia
 graue aratrū trahentes alteq; ducētes, sulcū cōcordi ani-
 mo ac solo iugo dirempti, campum ipsum emetiuntur
 ac remetiūtur, capitibus pronis membrisq; sudore manā-
 tibus: sic ambo Aiaces in labore belli maxime erant cor-
 pore animoq; coniuncti. Verum Telamonio multi &
 egregij socij præsto erant, qui ei defessis cruribus, exan-
 clato sudoribus corpore, scutum detraherent. Oileo autem
 Locri sui non aderat. Quippe diffidebant in stataria pu-
 gna uersari, quod cassidibus ferreis quibus solent equinae
 iube suffigi, quod habilibus parmis, quod ualidis lanceis
 carerent, solo arcu ac funda utentes. Quibus armis freti,
 ad bellum Troianum uenerat, quibusq; mox hostiles le-
 giones perruperūt. Nam ceteri iustis armis muniti pro
 frōte pugnā cū Hectore Troianisq; cōserebant. Hi autē
 succēturiati ac latētes, à tergo creberimas sagittas emit-
 tebant,

tebant, ita hostē obruentes, ut cōfessionē timoris exprimēt: expressuri etiam confessionē fugae à castis adurabem, nisi Polydamas adiēs Hectora sic fuisse allocutus: Hector, indocilis es prorsus alienis praeceptis obtēpare, nolēs ea re cæteros anteire consilio, quia hoc à deo accepisti, ut bello cæteros anteires. Neq; uero fas est, ut unus uniuersa pariter ferat. Alij enim deus tribuit bellicam laudē, alijs sanam mētem solersq; pectus: cuius qui compos est, & priuatim multis emolumēto, & publice totis ciuitatibus saluti fuit. Id quod ipse maxime agnoscis. Quapropter tibi, ut optimū mihi factū uidetur, dicā: Corona hostilis iam te cinxit, & undiq; tela ingruūt. Nā socij posteaquā murum trāsgressi sunt, partim sub armis semoti ocīū tenēt, partim præliatur. Et hi palatim circa naues, atq; utiq; pauci cum multis. Quocirca digredere hinc, ac uocatos undiq; socios huc congrega, ut ex hoc loco cōsultemus in mediū, utrū præstet, an iterū inuadere naues, si deo libuerit hanc nobis tribuere uictoriā, an sine noxa hinc recedere, ne forte (quod magnopere metuo) hesternam cladē, quam acceperūt, cum fœnore nobis hodie reddant, cum non procul absit uir ille singularis, quē non diutius suspicor à pugna cessaturū. Hæc locuto Polydamente, eiusq; oratione probata, Hector ut erat armatus è Hector. curru desiliit, & ad hunc inquit: Polydama, tui officij sit præstatiſſimos quosq; nostrorū hic continere, dū illuc eo, socijsq; pugnātibus occurro, celeriter huc reuersurus, ubi illis que opus factō sunt, imperauero. Hæc locutus, niuali monti ſimilis abiit, inclamansq; omnem Troianam ſocialēmīq; manum, cursu & quaſi uolatu obibat. Ili audiato eo receptui uocati cuncti ad Polydamantē ſe contulerunt. Desiderabātur autē ex principibus Deiphobus, He-

lenus, Asius, Adamas, quos Hector inter primos pugnatores atq; ubiq; uestigans, nec sospites, nec mortuos inuestigans, quod alteri in urbe saucij, alteri in tentorijs Græcorum occisi iacebant. Mox reperit Alexandrum ad finistrum cornu flebilis pugnæ adhortantē alios ad certamen.

Hector. In hunc Hector, cū propius accessisset, fœdis cōuicijs inuehens, inquit: Dispari, non Alexander, corpore formosissimo, animo deformatissimo, & ob mulieres perditō, ubi nam sunt fratres nostri, princeps Deiphobus, ac princeps Helenus? ubi princeps Asius? ubi princeps Adamas? ubi princeps Othryoneus? nūc plane expugnata est urbs, nūc arx Iliū euersa est, nunc reliqui nihil superest, quo minus ultimum nobis adsit exitium. Cui respōdens speciosissimæ

Paris. Helenæ pulcherrimus maritus, Quoniā, inquit, Hector te iuuat culpa uacantem inculpare, alio tempore obiurgato me detrectantem bellum, si quando detrectauero. Neq; enim me sine uirtutis indole prorsus genuit mater. Nam ex quo tibi ad naues initum est prælium, ego cum hostibus sine intermissione pugnauī. Quos autem enumerasti socios, interempti sunt præter ambos fratres, quorum uterq; in urbem rediſt, uterq; uulneratus, uterq; hasta, uterq; in manu, uterq; Iouis munere ab exitio creptus. Tu uero præito, quò tua uoluntas fert, quo'ue iuuat, nos te comitabimur. Nemo quidem (ausim dicere) est in quo specimen strenuitatis non desideres, sed tamen pro modo uirii. Nā magis quam pro uiribus in bello efficere, quantumlibet annitaris, natura non recipit. Hæc locuto Alejandro, accepit excusationem Hector, amboq; ire cōtentunt, ubi præcipue coalescebat pugna, & atrox prælium incrucescebat, circa Cebrianem, Polydamantem, Phalæm, Orthæū, Polyphœtē, Palmyn, et duos fratres, Hippotionis

potionis filios, Ascanium & Moryn. Qui pridie ex opimia Ascania uenerant, & eodem die (sic Iupiter coëgit) in bellum descéderant. Ibant autem Troiani ad pugnam similes insanæ procellæ, quæ à Ioue patre cum uasto tonitruo, conflata partim in terram ruit, partim mari infunditur, imbris ipsiis horridū quiddam late crepitantibus. Et ut eadem spumosas sonorasq; undas altius atq; altius, alias atque alias ciet: sic instructæ Troianorum ceteræ ac ferro fulgentes, suum quæque ducem aliae atque aliæ subinde sequebantur, sed sub duce omnium Hectore. Is similis Marti orbiculatum præstres clypeum, etiam pedes tegentem, multis tergoribus structum, ac multo chalybe uestitū, sub trementibus lucidae galeæ iubis phalanges interimebat, si forte hostes timore percussi loco cederet. Verum ne sic quidem pectoribus eorum timore incutere poterat. Hunc è diuerso Ajax ante omnes pleno gradu ambulans, his uerbis prouocabat: Dæmonie accede propius, Ajax, qui ita terrorem præbes Arguiis. Non enim ob imperitiā rei militaris, sed ob triste flagellū Iouis nos domiti sumus. Omnino tibi in optatis est excidere has naues. Sunt item & nobis manus ad uim propulsandam, nec ad propulsandam modo, uerum etiam ad inferendam: ut non tu naues nostras, sed nos tuam urbem expugnemus, euertamusq;. Tibi quoque ipsi affirmo, non procul abesse, cum fugiens urbem uersus Ioui patri cæterisq; diis uota facies, ut equi te per campestrem puluerē uehentes, sint accipitribus uelociores. Sic locuto Aiace, ecce præpes aquila dextero omnine præterlapsa est. Ad cuius aspectum Græci tanquam ad felix augurium bonam spem capientes, succlamarunt. Et Hector ad Aiacem respondens, inquit: Ajax blasterator, quam procul à uero locutus es. Utinam sic ego

r 5 semper

Hector.

semper Iouis optimi maximi essem filius, ab ipsa quoq;
regina Iunone genitus, pariq; honore colerer, atq; colis-
tur Apollon & Pallas, ut haec erit atra dies omnibus Græ-
cis, cum quibus & tu pasces apud istas naues tuo corpo-
re atq; ab domine canes ac uolucres, iacens humi meo te-
lo confosus, si tamen meum telū expectare sustinebis. Haec
fatus præcessit, principibus una sublato horrido clamore
sequentibus, quem alij à tergo ordines exceperunt. Graci
uiciissim ex ipsis redditu uociferatione, duces Troianorum
strenue expectabant. quorum hinc atq; hinc promiscuus
clamor æthera Iouisq; lampadas penetrabat.

ILIA DOS HO-

MERICAE LI-

BER X III I.

Nector.



ESTOREM autē clamor et si per-
potantem non latuit. Itaq; ad compoto-
rem inquit, Machaon, equidem uisam
quomodo se res habeat, quid' ue sibi ue-
lit haec iuuenu ad naues uocifratio. Tu
uero sedens uinum hoc perge potare, dum nostra Heca-
meda aquam calefecerit, qua te cruore oblitū abluat. Ego
autem consenso superiore loco, actum tamen quid rei sit
explorauero. Posthaec uerba iacentem Thrasymedis filij
clypeum multis terebratum ictibus sumit (nam suum ob
hanc ipsam causam ille habebat) sumit item lanceam, &
hanc & illum in prima sua parte ferro lucentem. Is ubi
extra tabernaculum stetit, protinus rem indignam agno-
uit, murum dirutum, Græcos satagentes, Troianos fer-
citer instates. Atq; ut ampliuagum pelagus, cum aduen-
tantium

tantum uentorum consciū pīrpurescit, & aliquādiū
 fluctibus nondū gementib⁹ nutat, nec ultro citroq; euol-
 uit undas, donec aliquis flatus ab Ioue dimissus certam in
 partem dirigat cursum: sic animus Nestoris æstu curarū
 bisariam fluctuabat, utrum ad pugnantes, an ad Aga-
 memnonē iret, sed ad Agamemnonem uisum est satius, illis
 interea qui in acie erant mutuo se interimentibus, tum
 eminus missilib⁹, tum cominus gladijs alijsq; telis, quod
 ex sono ipso armorū percussorum atq; fractorū dabatur
 intelligi. Nestorē cū iret, reges qui uulnerati erant, Aga-
 memnon, Diomedes, Vlysses ē tentorijs progressi, obuiū
 habuerūt. Stabant autē seorsum à loco certaminis plereq;
 naues, parum à crepidine maris subductæ, ut quæ primæ
 subductæ fuerant, cæteræ gradatim interius, ultimas mu-
 rus cingebat. Nam et si spatiōsum sane erat littus, tamen
 cōmode cūctas naues, nisi angustius populi tēderent, cō-
 tinere non poterat. Ita primæ quæq; naues, ut laxius ha-
 bitaretur, super basibus positæ, omnem littoris oram oca-
 cupauerāt. Ut hinc ergo spectarent pugnā, tres simul re-
 ges processerāt, singulis hastilib⁹ innitentes. Vehementer
 enim omnes clamor ille cōfuderat, sed adhuc uehementius.
 confudit Nestoris aduentus, quem appellans ultro Aga-
 memnon, Quid ita, inquit, ò Nestor Neleiades, magna
 Græcorū gloria, omisso tam ancipiti bello, huc te confers?
 Vereor ne quod Hector aliquādo pro cōcione Teucrorū
 minatus est, se nō prius in urbē reuersurū, quam & naues
 cremasset, & nos interemisset, id re perficiat. Nā ut locu-
 tus est, sic omnia fieri uidemus. Ó me am miserā cōditionē.
 Cæteri Græci & ipsi irati nūhi sicuti Achilles, in inuidiā
 meā pugnare pro nauibus nolūt. Cui res pōdēs sapiēs Ne-
 stor, Haud dubie, inquit, ita se res habet, & id Louis ipsius
 consilio

Agamemnon.

Nestor.

consilio, qui huius periculi autor est. Murus quidē, quem ad tutelam nostri nauiumq; extruxeramus, cui cōfidebam⁹, qui uidebatur dirui non posse, dirutus est. Nostri ad naues sustinent prælium atrox, pertinax, & ubi nescias, quantūlibet contépleris, utrā in partem potius ab urgen⁹ tibus hostib⁹ premātur, ac trucidetur: ita intermixti cum illis sunt, & eorū uocifratio fertur in eolum. Nos uero dispiciamus, quid hoc in casu statuēdū putemus, quod rei conduceat. nam ut bellū ingrediamini, uobis ego nō suaserim. Saucijs enim nequaquam interest ingredi bellū. Agamemnon autē adhuc respondēs, inquit: Nestor, quoniam murus cum fossa, ubi tantū laboris exhausimus, sperantes illum tutelæ & nostri & nauī fore, nec posse dirui, nūc nihil tutatur, & dirutus est, ad nauesq; certatur, nimirum nūtu Iouis hoc fit, & sibi est cordi, & ita sibi est cordi: ut enim aliās (quod scio) prop̄cessus erat in nostrū fauorem, sic nunc cum cæteris dijs hostibus fauet, eneuato nobis & animi & corporis robore. Quare agite acquiescatis omnes sentētiae quam dixero: Quæcunq; naues ad crepidinē maris sunt, eas omnes deducamus in aquā, deiectisq; ancoris, crimus in salo usq; ad uesperā, tum cæteras, si hostes à bello abscesserint, deducemus. neq; enim perniciem fuga uitare, crimini dandū est, nocte præsertim. Et meliore loco est qui fugiendo euadit malū, quam qui nolendo fugere, malo ipso intercipitur. Ad hunc torue intuens Vlysses, inquit: Atrida, quisnam tibi ex ore sermo excidit? Scelerate, dignior qui alteri ex abiectis hominibus exercitui imperares quam nobis, quibus ab Ioue attributum est, iam inde ab incunte ætate grauiſſima administrare bella, ut mutuo essemus auxilio. Ita ne sustines animo ab Troianæ urbis obsidione discedere, cuius potiuſ dæ

da causa tot ærumnas toleramus? Sile igitur, & cō magis, ne quis auditam istam inter alios orationem uulget, uti aliquis principū, qui libere omnia diuulgare audeat, neu illi à tot militibus pareatur, in quot imperium obtinēt. Præterea, o stultitiam singularem, qua te præcipue notare debeo, qui iubes stante adhuc acie deduci naues, ut quæ optanda hostibus sunt agamus, hostibus iam propè uictoribus. Non enim nostri qui pugnam sustinent, sustinebunt, cum hoc uidebūt, & ut ab acie ad fugam nauesq; respicient. Atq; ita tuo consilio principes Grecorū Graeciq; omnino fractis animis dilabētur, & nosipso in prærupto fati positos præcipitabimus. Ad quem respondens Agamemnon, O' Vlysses, inquit, quām austera me oratione exhalcerasti? E quidem non inuitos ego illos ad deducendas naues impellebam, sed existat aliquis, qui meliorē mea sententiam dicat, seu grandior seu minor natu, cum mea bona gratia dicturus. Tunc Diomedes exceptit: Prope adest uir iste nobis nō diu querēdus, si malitis in meam ire sententiam. Nam is uir ego sum, minimus quidē natu, sed ex patre (unde sicut quiuis gloriari possum) egregio genitus, T ydeo illo, qui ad Thebas occubuit. Etenim Proetus treis sustulit liberos, Agrium, Melantem, & Ocneum auum meum, minimū natu, sed uirtutis indole maximum. Hic ut aliij duo, apud Pleuronē Calydonemq; habituit, manens semper in patria. Eius filius peregrinatus à laribus (ita Iupiter cæteriq; uoluere dīj) subsedit Argi, ducta in matrimonium filia Adrasti, ubi domum sane locuples tem his rebus quæ ad uitam pertinēt, habuit: itemq; pluria latifundia, partim nuda ad serendū, partim uestita arbustis in ordinē quincūcemq; digestis. Fuerūt quoq; ei non parum multi pecorū greges, & prater hoc, ut uniuersos

uersos Gr̄ecos rei bellicae uirtute pr̄estaret. H̄ec ut uera sunt, ita m̄hi cōmemoranda, & audienda uobis fuerūt, ne uos existimantes humilibus me ortū esse natalibus, ne degenerasse credētes, cōtemneretis sententiā meam, quācūq; dixi sc̄m. Quid ergo dico? Eamus in pr̄elium, et si saucijs, tamen necessitate uolente eamus, dūmodo simus extra teli iactū, ne uulnus uulnerato addatur. Atq; illinc placantes eos, qui hactenus indulgentes iracūdiae suae, à pugna cesant absuntq; adhortemur redire ad socios & dimicare. H̄ec Diomedes. Cuius sentētia libēter audita ac probata, in pr̄elium pergūt, Agamemnone pr̄ecedente. Ad quem

Neptunus.

Neptunus non segnis pro Gr̄ecis excubator, sub senili specie accessit, prehensaq; eius dextra, inquit: Atrides, nūc gaudet, nunc letatur apud se Achilles ex spectaculo c̄edis fugēq; Gr̄ecorum, sanguis, crudelis, demens, & prorsus amens. Sed ille quidem cum sua sibi amentia pereat, eiq; deus infestus sit. Tibi uero nō ita multum dij infensi sunt. Nam ipsi principes ducesq; hostium, quod & tu uidebis, à nauibus tentorijsq; fugient, atq; inter puluerem palati, per campos repetent urbem. Post h̄ec uerba Neptunus cursum per castrensem planitiem inijt, tam uastum exclamans, quantū nouem decem' ue millia hominū conseruentū pr̄elium exclamarēt, per quod uim cunctorū animis iniecit, non modo bellandi, sed etiam debellādi. Iuno autem è summo olympi fastigio ubi stabat, cōtinuo cognouit frātrem, eundemq; leuirū sub aliena imagine uersari in acie. Sed ut hinc lētabatur, ita illinc fodiebatur animo, quōd uidebat fratrē eundemq; uirum in Ideo uertice sedētem. Itaq; aliquādiu secum meditata, quonā pacto mentem Iouis falleret, h̄ec uisa est ratio pr̄estare: ubi se compserit, adire maritū in montem Ideum, si forte captus ille forme uenustate

uenuſtate cū uxore coēat, & inter amplexus oculis ani-
 moq; mariti soporem irriget altumq; mollemq;. Igitur ad
 cubiculum pergit, quod ei filius Mulciber struxerat, æreis
 postibus, fulgētibusq; foribus, que ita arcana clavi obſe-
 rabantur, reſerabanturq; ut eam nemo deorū alijs cogere
 ad officiū ſuum poſſet. Has fōres ubi reclusit, introiſt,
 cluſit. Ante omnia ambroſium corpus amœnaq; membra
 omnibus purgamētis liberat, deinde oleo pingui, ambro-
 ſio odorato, quod unguentum tethyomenon uocant, &
 erat iam antē conſectum, oblinit. Cuius tethyomeni tra-
 etati tanta fragrātia extitit, ut de domo ipſa Louis in ter-
 ram uſq; atq; in coelum protinus continens odoris aura
 ferretur. Hęc eo non cætera membra tantū, id eſt, corpus,
 ſed etiam crines oblinit decoros, fulgidos, & quales eſſe
 numinis, ac quanti numinis eſſe conuenit. Eos poſtquam
 manibus pexuit, ac circum caput cōcinnauit, ambroſiam
 pallam amiciuit, quam Pallas intentiore ſtudio multa cum
 imaginum uarietate texuerat, ſubſringente ea ſupra pe-
 ctus aurea fibula. Tum ſe præcingit balteo centū pendu-
 lis bullis diſtincto. Dehinc laminis auricularū tranſpu-
 etis, ex more tergeminas inaures appendit, leto hilariq;
 quodam fulgore radiantes. Tum crines reticulo uelat re-
 centi, eximio, & qui ſolem iſpum candore cōquaret. Po-
 ſtremo diuinis pedibus lepidas reddidit crepidas. Atq; ita
 omni corporis appetitu ornata dia dearum, ē thalamo
 proceſſit, ſeuocatamq; à ceteris diis Aphroditam, hūc in
 modū eſt allocuta: Gere mihi morē amātiſſima filia in hoc, Iuno.
 quod dicam, etſi nō libenter obſequeris mihi atq; infenſa
 es, quod Græcis ego ſtudeo, cū tu ſis studioſa Troianorū.
 Cui respondens Aphroditā, inquit, Hera magni Saturni Venus.
 filia, prome quod in animo habes, in quod tibi obſeq an-
m illa

mata sum, dum istud et meæ potestatis sit, et futurum ex
 luno. mea dignitate. Ad quam Iuno doloſo animo respondens,
 Da mihi nuc, inquit, amore ac cupidine, quo tu mortales
 omnes immortalesq; domitas. Volo enim me conferre ad
 extremos terrarū terminos uisura oceanū, unde dij genus
 trahunt, et matrem Tethyn, qui dum Iupiter Saturnum
 subter terras ac maria detrusit, à Rhea me acceperūt, stu-
 diose crudierunt, sedulo educarunt. Cur autem eos nunc
 institui uisere? ut ex discordia ualde acerba ualdeq; diu-
 turna in gratiam, et à diuortio in quo post contracta
 odia perseuerarunt, in coitum atq; concubitum reducam.
 Quod si tum uerbis meis, tum beneficio tuo effecero, sem-
 per me posthac dilectam, semper uenerandā uterq; nomi-
 nabunt. Ad hanc respondes Venus, inquit: Profecto neq;
 officij neq; decoris fuerit, istud quod petis abnuere tibi,
 que in summi Iouis cubas amplexu. Hec locuta, ceston
 discolorem balteum, quem circa pectus gerebat, reuinctū
 soluit. Ibi insunt amores, ibi cupidines, ibi illecebræ, ibi
 blandæ suadæ, ibi deniq; omnia amatoria lenocinia ac
 ueneficia, que quantūcunq; prudentis declinat mentem.
 Hunc ceston in manus Iunonis Aphrodita tradens, ait:
 Abde tibi intra sinu hoc cingulū, per quod recipio tibi,
 quicquid in animo habes, effectū reportabis. ita in eo sunt
 omnia ad cōciliandū amorem pertinentia. Ad hæc uerba
 cum risisset Iuno, Venereū balteum in sinu abdidit. Atq;
 illa abscedente, illinc profecta est: arduumq; olympū re-
 linquens, descēdit in Pieriam amœnamq; Emathiam. de-
 hinc pergit super niuosos bellacis Thracie montes ac
 montū uertices, ita ut pedibus terrā nō tangeret. Tum ex
 Atho supra fluctuosum mare peruenit in Lemnon urbem
 diui Thoantis. Ibi germanum mortis Somnum cōuenit,

manu

manu prehendit, atq; his uerbis affata est: Somne cuncto= Juno.
 rum hominū pariter & deorū princeps, si quando uerba
 mea exaudisti, nūc uelim maxime exaudias: Sopora mibi
 oculos Iouis, simul atq; inspexeris in mutuo nos ample= Juno.
 xu amori operam dare. Pro quo beneficio nō modo habe= Juno.
 bo tibi perpetuā gratiam, sed etiam referā, dato tibi solio
 aureo, perenni, decoro, atq; ita decoro, ut in eo filius meus
 Mulciber (nam is illud fabricatus est) quantus sit arti= Juno.
 fex ostenderit, unā cum scabello ad pedes solij, ubi tui de= Juno.
 licati pedes inter cōuiuia innitantur. Et ad eam Somnus, Somnus,
 Iuno Saturni magni primigenia, equidcm alium quemuis
 immortalium deorum tibi facile soporauerim, etiam apud
 ipsa fluenta fluminis oceanī, unde cæteri dij genus ducūt.
 Saturniū autem Iouem soporare nō ausim præterquā ab
 eo iussus. magno enim me aliās præcepto edocuit, quo die
 illum ego alto profundoq; sopore cōplexus, mentem sibi
 eripui, cum tu huius doli inuentrix in magnanimum eius fi= Juno.
 lium Herculē, quem perditū uolebas, redeunte ab euersa
 Troia, spurcas uentorū tēpestates excitasti, separatumq;
 ab amicorū comitatu in urbē Coon impegisti. Quod Iu= Juno.
 piter ubi resciuit, per impatientiā animi deos omnes pul= Juno.
 sabat, prosternebat, per domumq; iactabat, me præcipue
 queritans atq; uestigans trepidum anhelantemq;. Et in= Juno.
 uestigasset, ab ipsoq; æthere in mare iactasset, nisi domi= Juno.
 tori hominū deorumq; Somno nox saluti fuisset. Ad quā
 cum miser configissim, Iupiter et si audius ultionis, tamen
 iram cōpescuit, reueritus noctem, ne quid illam(si perge= Juno.
 ret irasci) forte ostēderet. Et tu Iuno nūc iubes iterū me
 tantum periculū aggredi? Cui Iuno: Somne, inquit, quid Juno.
 tibi cum ista solicitudine? Quasi uero tanta cura Troia= Juno.
 ni Ioui sint, quantæ filius Hercules. An existimas tantum

ex ijs doloris posse contrahere, quantum ex illo cōtraxit?
 Veni igitur sublato isto metu, daboq; tibi unam iuniorū
 somnus. Charitū nuptui, que tua uocetur uxor. Somnus cum hæc
 audisset, gauisus, Age, inquit mihi iusurandum interpo-
 ne per Stygium flumen, altera manu tellurem, altera ma-
 re tenens, ut nobis testes sint omnes dij infri subter ima
 orbis Saturno assidentes, te daturam mihi unam iuniorum
 Charitū, nēpe Pasitheā quam semper adamaui. Sic locuto
 Somno annuens Iuno, in illius uerba iurauit, in testimo-
 niū uocatis nominatim omnibus dijs subter tartara degē-
 tibus, qui Titanes appellātur. At postquam cōceptis uer-
 bis iurijurando adacta est, ambo relicta Lemno atq; Im-
 brea urbe, amicti aëre, celeriter itinere cōfecto, mari pri-
 mum egressi, perueniunt in arborum ferarumq; parētem
 Idam, in locum primum, qui dicitur Lechos. Illinc itinere
 pedestri ire pergunt, ad eorū incessum subtremente arbo-
 rum coma. Erat illuc inter cæteras abies quædā singulari
 proceritate, editissimo in aërem uertice. In hanc Somnus,
 Iunone progrediēte conscedit, ut ex ea os Iouis intuere-
 tur, in ipsis abiēgnis frondibus abditus, sub specie monti-
 culæ ac uocaliculæ uolucris, quam dij Chalcida uocant,
 homines autem Cymundem. At Iuno festinatis pæsibus in
 Gargarū summū Idec'acumen euasit, seq; oculis uiri ex-
 hibuit. Illius statim pectus amor peruasit, ubi confexit
 uxorem, qualis quondam perueraserat, cum primo petito cō-
 corditer cubitu sunt concubitu cōmixti, parentū charita-
 tem præ coniugali obliuiscētes. Itaq; surgens, ante ora il-
 lius stetit, eamq; prior allocutus est: Iuno, quid tibi cū isto
 Iupiter. accessu? Quò properas ex olymbo delapsa, cum equi tibi
 præsto non sint, quibus aliquò festinabunda proueharis?
 Iuno. Cui respondens dolosa uxor, inquit: Volo me conferre ad
 extremos

extremos terrarū ternūos, uisura Oceanū originē deorū
& matrem Tethyn, qui me studiose erudierunt, seduloq;
educarunt. Cur autem eas nunc constitui uisere? ut ex di-
scordia ualde acerba ualdeq; diuturna in gratiā, & à di-
uortio, in quo post contracta odia perseuerarunt, in coi-
tum atq; in concubitum reducam. Sed prius ad te uenien-
dum mihi putauī, ne poslea mihi uel tacitus succenseret,
quod non impetrata tua uenia ad domū Oceani me cōtu-
lissim. Nam quod de equis interrogas, qui me supra ter-
ras portabant & maria, ad radices huius montis eos re-
liqui. Cui respondēs Iupiter, ait: Juno, posterius tibi da Iupiter,
bitur illò ire. Age preuertas huic rei, ut coēas meū. Nū-
quam enim tam imperiosus neq; fœminæ neque deæ amor
pectorū mea possedit. Non uxor Ixionis, quæ præstanti-
simū Firithou genuit. Non Danaës Acrisionis filia, quæ
in signissimū uirorū Persea peperit. Non Phoenicis filia,
quæ mihi singulares uiros Minoēm Rhadamantēq; pro-
genuit. Non Thebanæ Semeles atq; Alcmenæ, quarū hæc
magnanimū Herculē, illa iucunditatē hominū Dionysium
mibi ac filium enixa est. Nō Cereris, nō Latone, non po-
stremo tui ipsius, quātū nūc me tenet ac titillat tui libido.
Ad hunc dolose respondēs Juno, Qualē tu queso, inquit, Juno,
mi Iupiter protulisti sermonem? Scilicet hoc in cacumine
rem meū habere cōcupisces, ut omnia in propatulo aga-
mus? quid dedecoris ignominiæq; passuri, si quis aliorum
coelitū cubātes inspiciat, paſsimq; adiēs cæteros deos hāc
de nobis fabulā dissipet? Evidē, ut de me dicā, cū ad opē
Veneris surrexiſsem, nō esset mihi frons domum nostram
reuertēdi. Quod si tibi istud agere utiq; libet, atq; omni-
no animo insidet, est cubiculum, quod filius communis ti-
bi fabricatus est, ac firmis foribus postibusq; muniuit.

Illuc cubitum eamus, quoniā ita cepit libido coēundi.
Iupiter. Cui Iupiter: Iuno, non est causa cur aut deorū aut homi-
 num oculos uerecare arbitros. eiusmodi enim tibi effundā
 ex auro nubē, ut per eam ne ipse quidem sol, & ipso per-
 spicacissimo sidere, tamē nos inspicere nō possit. Sub hæc
 uerba Iupiter ulnas uxori circundedit, subter quos nouas
 statim herbas tellus ipsa procreauit, teneras, densas, rosi-
 das, odoratas, floribus inter uioreum capita tollētibus, lo-
 to, croco, hyacintho. Ibi coniuges recubuerunt, obducta
 desuper nura pulchritudinis aurea nube, unde prælucens
 in subiectos sillicidium irrorabat. Cum autē hūc in mo-
 dū Iupiter v enere ac somno depositus, in uxoris quiescit
 amplexu. Sōnus ab arbore ad castra cursum intendit, hæc
 Neptuno denunciaturus. Ad quem proxime accedens, ita

Somnus. locutus est: Age nunc Neptune studiosius tutare Argiuos
 hoc temporis momēto, dum Iupiter dormit. Dormit enim
 mollem soporem, quem ego illi offudi cubanti cum uxore.
 Nam ad cubandū secum ob hanc causam uxor ipsa sedu-
 xit. Postquam hæc locutus est Somnus, ad inclytas homi-
 num tribus abiit. Neptunus uero illius uerbis confirmato
 magis animo ad tutandas partes, cōfīstīm longe progres-
 sus, ad primos sic inquit: Argui, ita' ne per secordiam ce-
 detis uictoriā Hectori, ut cum suo decore, nostroq; dede-
 core naues exurat: id quod ipse loquitur ac iactat, quo-
 niā Achilles animo exbulcerato in praliū nō est descēsus.

Neptunus. Ceterū nō ita multū nobis Achilles requiretur, si nos
 inuicē ad mutua auxilia excitemus. Sed agedū assentia-
 mini cuncti sententiæ meæ: Omnes qui ē nobis bellatores
 sunt, habētes angustiora scuta, commutent cum alijs mi-
 nus bellatoribus, ampliora scuta habentibus. Atq; induit
 optimis quibusq; ex omni exercitu clypeis, ac lucētissimis
 quibusque

quibusque galeis tecti, longissima quæque pila tenentes
 manibus, eamus. I mō uenite me duce, atq; affirmante He-
 ctem, quantumlibet obliuetetur, nō amplius esse mansu-
 rum. Hæc locuto Neptuno assensi cuncti libenter obtem-
 perarunt, ipsis quoque regibus, Agamennone, Vlysse,
 Diomede, et si uulneratis, in hoc operā suam nauatibus.
 Nam adeantes unumquenq; permutabant arma, meliori-
 bus meliora, deterioribus deteriora tribuentes. Posteaquā
 omnes ita instructi sunt, quicquid interualli inter tento-
 ria nauesq; ac mare implentes, ire pergunt, duce Neptu-
 no strictum ferente gladium, prælongum, præacutum, &
 ueluti fulgor præfulgidū, quo non est fas deum frire ho-
 mines, sed tantū coercere ferientes. Troiani è diuerso, ubi
 & ipso sub Hectore ornati sunt, suprema animorū cōtē-
 tione pugnā adoriuntur. Tam igitur horrida iubilatione
 utriq; cōcurrerūt, illi sub Neptuno, hi sub Hectore duce,
 quāto nec boatu marini fluctus longo tractu maris à tru-
 ci aquilone propulsi littoribus illiduntur, nec fremitu flā-
 mi ignis nalta cremandi licentiam in confragoso arbo-
 ribus monte deseuit, nec stridore uetus, cum maxime uiol-
 entus est, in arduis arborum comis insanit. Ibi primus o-
 mnium Hector aduersa fronte in aciem processit, telumq;
 contorsit, ictu uano, non iaclu. Nam percussit quidē Aia-
 cem, sed ne telum perstringeret corpus, impedimento fue-
 runt ambo baltei (hunc enim locum percussit) alter cly-
 pei, alter ensis, qui simul à dextro humero per obliquum
 pectus intenti erant. Hanc frustrationem ictus ægreferēs
 Hector, ut aduersariorum & ipse fugeret ictum, ad suos
 se recipiebat, sed eum Ajax sublato saxo, qualia multa ad-
 suffulciendas naues inter pugnantū pedes projecta erat,
 inter pectus iugulumq; percussit. Quo ictu Hector uelut

s 3 turbo,

turbo, quē strombum dicunt, rotato corpore, excusso dextera pilo, labente sinistra clypeo, inclinante caput gales, in terrā cum ingenti armorum sonitu non aliter corruit, quam quercus de cōlo tacta radicitus cadit, tētrū reddens odorem sulfuris, ita ut qui proximū astiterant, attonitis illam sensibus spectent (dira enim res est lōuis fulmen) Greci conspecto humi Hēctore, exclamant, accurrit, in unum pro se quisq; tela iaculantur, pertrahere ad se posse hominem sperant. Verum nulli, non modo pertrahendi, sed ne feriendi quidē facultas fuit, prius intercedētibus Troianorum sociorumq; fortissimis, Polydamāte, Aenca, Agenore, Sarpedone, Glauco. Quid hos dico? Nemo hoc in casu tuorū te neglexit Hēctor, sed uniuersi, ut quisque proximus steterat, scutis protexerūt. Tum sodales humo sublatum inter manus ex acie ad equos usq; asportarunt, quos extra tumultum certamenq; auriga in cataphratto stans curru custodiebat. Ibi collocatū ac grauiter gemētē ad urbē remiserūt. Cum uero ad flexuosa fluenta Xanthi, quem Iupiter genuit, uenissent, ē curru deponunt, respurguntq; aqua. Tum ille respirās aspexit, surgensq; in genua, atrū cruentem euomuit, atq; iterū retro labens ob intolerabilem dolorē plagę, oborta oculus nocte, intermore tuus iacuit. At Græci, ubi subtractum bello Hētorem uiderunt, crescente audacia magis ac magis hostem urgent, quorū longe primus Ajax Oileus insiliens, lancea cominus strit Satniū Enopis filium ac Naidis Nymphę, ideo sic uocatum, quod eum pascēte boues Enope propter ripas fluuij Satnientis illa peperisset. Hic, ubi eū Ajax percussit (percussit autē apud uterum) cum ad suos resiliisset, ad eius cadauer aspera pugna concitata est. Et eximius Polydamas auxilio iacētis ueniens, dextrū humerū Prothoēnoris

thoēnoris Arcilyco geniti lancea traiecit. Eoq; in latus
humī fuso uehementer exclamans, insolenter hostiibus in=
sultabat: Non incassum arbitror ex dextra Polydamantis Polydama=
sis exisse telum, sed ab aliquo uestrū fuisse corpore exceptū,
eoq; telo illum^{*} inueniētem ad altam Plutonis domum de=
scendere. Mouit stomachum Græcis Polydamantis hæc
proterua iactatio, & præcipue Telamonis Aiacis, qui
proximus Prothoēnori steterat. Itaque statim in illum
elato gradu obeuntem, iaculum iecit. Quod Polydamas
ut letiferum, projecto in transuersum corpore, uitauit. Sed
Archilochus Antenoris filius accepit (eum nanque po=
tius dij destinauerant neci) ubi occiput ceruixq; commi=
tuntur, amputatisq; cum intimo gutture ambobus neruis,
prius caput in terram decidit, ore nasoq; per puluerē re=
uolutis, quam crura ac genua. Sub hæc Ajax Polyda=
mantem compellauit: Animaduerte mihi Polydamas, ne Telamonius,
uanum responde. Nunquid tibi fecisse paria uidemur,
pro eo quem amisimus hoc occiso? qui neque instrenuus
uidetur, neque ex instrenuis natus, sed aut frater Anteno=
ris, aut filius aut certe (quod plane video) gentilis. Hoc
Aiacis & facto & sermone Troiani molestiam contra=
xerant, & in primis Acamas, protegens fratrem occi=
sum, Promachum Boeotium pedibus cadaver trahentem
lancea extinxit, & immensa uoce insultando gloriaba=
tur: Argui ignavi, lingua quam manu pugnaciores, non Acamas,
solos nos tanget dolor luctusq;: nam & de uobis quoque
hic plerique mactantur. Inspicite an uobis Promachus
meo prostratus istu dormitet. Projecto non diu fratri
mei extitit inulta nex, ne sine causa gloriari quis soleat,
se domi fratrem reliquisse necis ultorem. Sic fatus, in=
dignationem Græcis excitauit, præcipue que Peneleo.

Cuius turbide uenientis ictum non opperiente Acamante Ilioneus excepit, filius Phorbantis, hominis sane beati, quod eū Mercurius è Troianis præcipue diligebat, fortunisq; auxerat, & qui solam hanc sobolem ex uxore suscepserat. Huic nunc subter supercilium, hoc est, in ipsum cilium, ubi radix oculi sedet, iaculum incidens effossa pupilla per ipsam oculi sedem, perq; neruos in ceruice exiit. Eidem cum ad ictum succidisset, ambasq; manus extensisset, Feneleus educto ense ceruicem medium haurit, caputq; cum galea humi deiecit. Caput adhuc iaculo confixum, quod uelut papauer protendens, papauerq; appellans, hostibus ostentabat, conuiciumq; faciebat his uerbis:

Feneleus. O' Troiani, cum ego uxori Promachi reuersus cum alijs Græcis in patriam renunciauero, Ilionem ab amantissimis parentibus domi lugeri à me interemptum, non tamē illa uiro fruetur. Hæc ille. Troiani uero trementibus formidine genibus lymphati pro se quisq; circunspiciebant, quo præsens fugerent exitum. Hoc loco musæ cœlestia domicilia incolentes, dicite mihi quæso, ubi Troianos in fugam Neptunus uertit, quisnam Græcorum primus & uita spoliauit et armis hostem? Primus Ajax Telamonius, præstantissimum virum Hyrtium Gyrti filium Mysonum principem interemit, Antilochus Phalæ & Mermrum, Meriones Morim & Hippotionem, Teucer Prothoonē Periphetaemq;, Menelaus Hyperonorem principem aduerso in uentre percussit, atq; intima exta lacerauit. Ilii offusis ad lumina tenebris, anima per ipsum uulnus exire adacta est. Plures autem quam alias quispiam obtruncavit Ajax Oileus, ut qui primus propter singularē pedum uelocitatem premeret hostium fugientium terga, quoties Neptunus illos in fugam compulisset.

I L I A D O S H O-

M E R I C A E L I-
B E R X V .

ED ubi Troiani per ripā , per slipites ,
 per fossam fugiētes multis suorum amus-
 sis ad currus cohibito cursu resistierunt ,
 trepidi , cōfusi , palantes , Iupiter in Idaō
 uertice experrectus , surgēsq; à Iunonis
 latere stetit , cōspexitq; ambas partes , & in partibus uer-
 sari Neptunum , Troianos quidem fugere , Græcos uero
 instare , Hectorem autem in campo depositum inter assi-
 dentium sociorū coronam , & in ultimis esse , arēte & su-
 spiriose meante spiritu , atq; inter anhelitus reddente san-
 guinem , quoniam non ab inualidiſimo Græcorum erat
 percussus . Hunc tali in casu miseratus deorum atque ho-
 minum pater , toruo conuersus in Iunonem uultu , sic ins-
 quit : O inexhauste malitiæ caput , doli artifex inexpu- Iupiter.
 gnabilis , ingrata nequitiae tuæ opera , & Hectorem abe-
 git à pugna , & socios adegit in fugam . Mihi crede , si ea-
 dem nunc machinationis malignitate , qia iterum aliâs
 me captasti , loris te operiam . An non memoria tenes , cum
 te in uincula compedi , cum ab alto suspensa inter æthe-
 ra & nubila peperdisti , gemina incude ad pedes , immen-
 sa auri massa ad manus alligata ? quod ægre ferentes reli-
 qui dij cœlites , adeo te circunſistentes non potuerunt sol-
 uere , ut eos , prout quenque ceperā , ab arduo olymbo ro-
 tauerim , uix ducentes animas ac male uiuos , cum in ter-
 ram peruererant . Ac nec sic quidem placari animus po-
 tuit ex dolore contracto , ob dium Herculem , in quem tu
 contractis cum borea consilijs fœdam tempestatem con-
citasti ,
 s s

citafii, cum eū nauigare iubissem. Deinde miserū in Cœum
 oppidum impiegisti, unde ego per te pessime mulctatum
 eripui, & Argos reduxi. Hæc tibi ego in memoriam re-
 digo, quo à tendēdis mibi insidijs aliquādo desistas, unde
 intelligas, quid lucri feceris concubitu nostro ac coitu, ad
 quem captandi mei gratia uenisti, ab alijs dijs tuc uer-
 tie conscijs. Sic locuto Ioue, expauefacta Iuno, hunc in
Iuno. modum excepit: Per ego nunc tibi terram hanc, per hoc
 supra nos latiuagum cœlum, per ipsam subter ima terra-
 rum labētem Styga, sanctissimum religiosissimumq; omni-
 bus dijs iusurandum, per tuum sacrosanctum caput, &
 per nostrum ab ineunte adolescentia genialem thorum,
 per quē nunquā deicerare uana ausim, iuro, non meo indu-
 ctu Neptunū, sed suo, suaq; sponte, quod miseretur stra-
 gis Græcorum, uenisse ad strendas eis suppetias, atq; ita
 Hectorē Troianosq; mulctasse. Ego uero, ut probe ani-
 mum meum scias, non modo mibi persuasi, ut tibi mori-
 gera sim, sed etiam illi suaserim, ut idem ingrediatur iter,
 quod tu altitonās Iupiter ingredi cœpisti. Ad huius ora-
Iupiter. tionem cum risisset Iupiter, ita respondit: Posthac Iuno,
 si unanimis mibi fueris, quoties inter deos sedebis, faci-
 le Neptunus quantumcumq; alio propensus sit, tamen suā
 uoluntatem ad meā tuamq; cōuertet. Quod si tu ex ani-
 mo ac uere locuta es, i nunc ad conciliabula deorum, ac-
 cerſitum iuſſumq; uenire hic Irim atq; Apollinem, ut
 Irim ad Neptunum mittam, iuſſuram illi meis uerbis, ut
 desistat à bello, domumq; redeat. Apollinem uero ad He-
 etorem, ut eum relaxet a doloribus quibus nunc angitur,
 inspiceretq; pristinas uires, & ad repetendam incitet pu-
 gnam, hacenus, ut Græcis iterum in trepidam fugam
 uerſis, atq; in naues Achillis incidentibus, ipse Achilles
 sodalem

sodalem suum Patroclum auxilio mittat: cumq; mox edita plurimorum hostium cæde, tum aliorum, tum filij mei Sarpedonis, Hector propius urbem interimat, & ipse postea ab irato Achille occidens. Post illa aſſidue ex omni bello meo numine à nauibus ad urbē fugati discedent, dum Græci Palladis artibus excelsam Ilium subuerant. Quocirca neq; prius ipſe ab indignatione definā, qua Græcos mulctare institui, neq; alium deorum eis huc ferre auxilium finam, quām Achillis cupiditati satis fecero, prout semel Thetidi matri promisi, ac capite anniū: quo die illa genibus meis aduoluta, ut filio hunc honorem haberem, obſecrauit. Hæc locuto Ioui obtemperans Iuno, ab Idæis iugis in cœlum subuolauit eadem festinatio- ne ac celeritate, qua mens prudentis hominis, & qui multum terrarum peragrauit, recursat, cum multa ſibi agen- da instant, huc ſe conſtrat an illuc. Ut appulit, & ad coe- tum deorum, qui in domo Louis erant perueuit, ab illisq; conſpecta est, omnes ei officij gratia aſſurrexerunt, obuiā ierunt, & pro ſe quisq; pateras porrexerunt. Illa poſthac- bitis alijs, ē manu Themidis paterā cepit. (nam hæc offi- ciosior cæteris obuiam präcurrerat) atq; huiusmodi uer- bis est eam allocuta: Quid ita Iuno, ut uideris, attonita Themis, uenisti: nimurum à tuo coniuge perterrefacta. Cui re- ſpondens Iuno, Ne, quæſo, inquit, dea Themis à me ista Iuno. ſcisciteris, que ipsa per te nosti, quām impotenti ille fit animo atq; immuti. Tu uero, quæ domi tempestino deo- rum conuiuio präſides, parage munia tua. Tamen ex me audias licet unā cū cæteris dijs, quām indigna Iupiter & ait, et agit, haud ſane peræquè omnibus uel dijs uel homi- nibus, ſi qui forte conuiuantur hilarius, futura uoluptati. His dictis reſedit, & cum per domum conturbatos uide- ret, riſit.

ret, risit, sed labris tantum, citra illam latitudinem hilae ritudinem frontis. Tunc arguens cunctos, talibus allocuta Iuno. est: O nos imperiti ac uecordes, qui antehac conati sumus, uel post hac conabimur, adeentes Iouem reuocare ab eo, quod animum intendit. Desciscentes namque ab eo ait se nibili facere, neque ut retineat sibi curae esse. Se enim longe nobis uniuersis uiribusque præstare. Et hinc habetis quicquid mali uos singuli habetis, quorum est in primis Mars, ut opinor, occiso in acie Ascalapho, quem Mars filium & ex omnibus mortalibus sibi dilectissimum ait.

Mars. His auditis, Mars utraq; manu series simora atque ciulatas, ad ceteros inquit: Nemo uestrum dij coelites inuidia me uideri dignum ducat euntem ad castra Graecorum, ulciscendi filij gratia, etiam si mihi fatale sit Iouis fulmine ictum me iaccere inter cadavera puluere ac cruentore concreta. Sic locutus, iussit Metum Terrorisque iungere equos. Ipse fulgetibus se armis accingebat. Quia ex re maior aliqua turba atrociorque indignationis excitata esset in deos, nisi publica uice commota Pallas relicto ubi sedebat solio, surrexisset uestibulo, atque illi capite galeam, ex humeris parvam, e manu lanceam detraxisset, positusque armis, illum uerbis etiam castigasset, inquiens: Utinam perires stoli= Pallas. de, uesane, demens. Nam frustra aures ad audiendum habes, qui nec intellectum in columem, nec pudorem habes. Non exaudisti, aut non intellexisti, quæ Iuno ab Ioue digressa renunciauit? An maius criminibus tuis accedere cumulum, ut iterum quamvis animo rutiparis, hic reuerti cogare? Imo Iouem reuerti cogas, non modo in tuum malum, sed etiam in nostrum. Protinus enim ille relictis Graecis atque Troianis, reuersus in coelum, turbam ciebit: & nos omnes tam insontes quam fontes ordine plectet.

Quocirca

Quocirca nunc te iubeo sedare perturbationem de filio
amusso. Nam alij quoq; fortiores isto ac præstantiores et
prius occubuerunt, & posterius occumbent. Nimis enim
negocij fuerit, omnium mortalium genus sobolem a mor= luno.
talitate vindicare. Sic memorans Pallas, Martem in solio
collocauit. Iuno autem seuocatis extra domum Apollini
Iridiq; deorū nuncie mandata Iouis exposuit, inquiens,
Iupiter ambos uos quām celerrime ad se in Idam ire iu= luno.
bet. Itē igitur atq; illi uos fissite, acturi quicquid iniun=
xerit uobis, atq; præceperit. Sub hæc uerba Iuno regres=
sa, in solio suo resedit. Illi ab olymbo deuolantes ad fœ=
cundam arborum ferarumq; Idam, offendunt Iouem in
celso Gargaro sedentem, fragrantissima nube ambitum.
Cui cum præsto fuissent, steterunt. Iupiter ijs conspectis
haudquaquam iratus, cum uerbis uxoris celeriter obtem=
perassent, Irim his uerbis priorem est allocutus: Iri, ire te, Iupiter
& ire celerem uolo ad principem Neptunū, nihilq; præ=
uaricari, sed cuncta que mando renunciare. Præcipe ei
uerbis meis, ut omissa pugna atq; acie, uel in coetum con=
cedat dcorum, uel in domicilium maris. Quod si cōtumax
quām dicto audiens esse maluerit, etiam atq; etiam con=
sideret, ne meum in se impetum, quantumlibet sit fortis,
expectet, intellecturus quanto ego sim fortior ac maior
natu. Quanquam ipse intelligit hoc, atq; ita intelligit, ut
ne uerbo quidem proferre sustineat se & quiparandum esse
mīhi, quem cæteri dij contremiscunt. Sic locuto Ioui ob=
temperans Iris, ab Idæis collibus ad almam urbem Pria=
mi ea sedulitate ac festinatione deuolauit, qua niueæ stillæ
ac gelida grando ab ætherei aquilonis turbine discussa,
decidit è nymbo in terram. Et cum proxime ad Neptu=
num accessisset, ita inquit: Princeps Neptune, quendam Iris.
tibi

tibi à Ioue nuncium perfero. Præcepit tibi ille, ut omissa
pugna atq; acie, uel in cœtum concedas deorū, uel in do-
mīcīlīum māris. Quòd si contumax quām dicto audiens
esse malueris, minatur se huc aduersus te in prēlīum uen-
turum, & ut manus suas uites iubet, esse se multo & ui-
ribus et natu maiorem. Te uero ne uerbo quidem sustine-
re, ut te sibi æquiparares, quē cæteri dīj contremiscūt.

Neptunus.

Ad hanc Neptunus grauiter indignatus, O rem indignam,
inquit: Est ille haud dubie magnis præditus uiribus, sed
superbius quām pro uiribus loquitur, qui me parem sibi
dignitate, nisi morem gessero, minetur uelle ui coercere.
Etenim tres liberi ex Saturno nati sumus & Rhea, Iua-
piter, ego, & Pluton, suam quisque dignitatem sortiti:
Nam cum trifariam uniuersa diuissimus, sorti rem come-
nūsimus. Mīhiq; cessit mare, Plutoni inferne tenebræ,
Ioui cœlum cum laxo æthere & nubibus. Terra autem
& olympus non certi dei, sed communis omnium sunt.
Quamobrem nihil est mīhi cum isto concilio Iouis, ha-
beat ipse rationem cum portione quæ sibi obuenit. Etsi
præualidus est, tunen in ea ociosus maneat, nec me uelut
humilimum quendam territare uelit, tanquam manus illa-
turus. Quibus uerbis sic imperiosis consentaneum fuerit
filios potius filiūq; castigare, qui ei iubenti uelint nolint

Iris. pārebunt. Cui respondens Iris: Hunc' ne ipsum Neptune
sermonē tuum Ioui referam, acrem præruptumq; an sen-
tentiam retractas? Retractant enim honorū mentes in lo-
co sentētias suas, & te non fugit, ius plectendi compete-

Neptunus. re semper grandioribus natu. Ad hāc respondens Neptu-
nus, inquit, Recte sane tu quidem Iris dea locuta es. Et
tunc profecto bene habet operæq; precium est, quoties
nuncius circumspectus est. Verum urit mīhi mentem hoc;

atq;

etque eorū lacerat, cum uelit eos, qui immortales sunt ac
æquabili dignitate prædicti, petulantibus uerbis incessere.
Ceterum eis irascentis cedere non est, cedam uolens, tam
men testatus apud te minas meas, quod tibi ex animo lo-
quor: Si ille sine me, sine Minerua, sine Iunone, sine Mer-
curio, sine Vulcano induxerit in animū parcere Troia-
nis, nec urbē euertere, non dato hoc uictoriae decore Ar-
giuis, sciat inexpiablem nobis iracundiam fore. Sic locue-
tus abscessit, repetitoq; mari subiit aquas, relictis Græcis
magnum sui desiderium relinquens. Tunc Iupiter ad Iupiter,
Apollinem ait: Ito nunciare Apollo ad eximium Hecto-
rem, postquam Neptunus ad mare concessit, deuitans è
nostra manu infortunium, si bellum in me sumere uoluissi-
set, quod quale sit, edoceti sunt, & nimū edoceti alij quoq;
dij, ut illi inferiores inferis, qui circa Saturnum agunt, ma-
gisq; ex usu amborum fuit & meo & suo, cum concede-
re ab oculis meis etiam irascentem, nec expectare manus
meas, quod sine ipsius malo fieri non poterat. Tibi uero
sum pta ergide, qua maxime terrorē in cutias Græcis, sit
curæ Hector. Ipsiq; eatenus magnam uim excites, dum
Græci fugientes ad naues Hellestontumq; deueniant. Ibi
ego quid factō dictoq; opus sit curabo, quo rursus Græ-
ci ab eo labore respirent. Hæc mandata patris obedien-
ter Apollo exequens, ab Idæis iugis se dimisit, accipitri
similis uelociſſimo omnium avium, sed mitium uenatori.
Reperit autem Hectorem non intercluso ſpiritu anhelan-
tem, non fatigatum sudoribus, non stratum, sed seden-
tem, sed mentis compotē, sed circumpositos socios agno-
ſcentē. Et hæc tum primum, postquam cum Louis numen
alleuarat. Ad hūc accedens ac corā stans Apollo, ita pro= Apollo.
Locutus est: Hector Friamī nate, quid tu hic ita emotus
à ceteris?

à ceteris? quid ita tenui ualeudine? Num tibi quid ad-
 uersi accedit? Cui uix per imbecillitatem respondens He-
 ctor, Quisnam tu, inquit, es deorum optime, qui me co-
 rā interrogas? an te præterit me apud naues à forti Aia-
 ce, cum eius obtruncarem socios, ingenti saxo afflictum,
 atq; ita interceptam animam fuisse (nam in pectore per-
 cußus sum) ut crediderim me hodie manes ac domū Plu-
 tonis fuisse uisurum? Cui princeps Apollo, Tu uero, in-
 quit, bono nunc animo esto, habens me tantum præsidē,
 qui sum Apollo, ab ipso Ioue Idam insidenti ad tutelam
 tui protectionēq; dimissus, quiq; antehac & te & tuam
 patriam liberaui. Age igitur iube equites omnes castra
 uersus immittere equos, quibus ego præcedens, omnem
 ad procurendum muniam uiam, & conuertam hostes in
 fugam. Sic locutus, ingentem uim Hectori inflauit: ita, ut
 qualis equus diurno ocio pastus ad plena præscia, tā-
 dem ruptis uinculis fugit: nactusq; planitiem, erectis cre-
 pitantibusq; pedibus, sublimi ceruice insurgentibus iu-
 bis, currit in assueta aut pascuis loca, aut lauationi flu-
 mina, aut uiribus fretus, in polias equarum: talis He-
 ctor percepta dei uoce ibat, sublimibus pedibus, ac ple-
 no gradu, exhortans equites repetere pugnam. Et quē-
 admodum agrestibus uiris, agrestibusq; canibus aliquan-
 do contingit, ut dum cornigerum ceruum aut feram ca-
 ptam indagant, nec adipiscuntur, quippe tuentem se aut
 inaccessa petra, aut horrido saltu, si eis ita indagan-
 tibus atq; acclamantibus interueniat in ipsa uia uillosus
 leo, statim quantumlibet animosi, auertuntur in fugam.
 Sic tunc contigit Græcis, fugientes Troianos cum omni
 manu insequētibus, atq; omni telorum genere prementi-
 bus. Quibus ubi conspectus est Hector, socios in prælium
 reuocans,

reuocans, omnibus timor incussum est, & animus ad pedes
decidit. Ibi Thoas Andræmonis filius, inter Aetolos in=
dole uirtutis longe primus, inter cæteros Græcos iacula=
tione egregius, stataria pugna exinius, eloquētia in con=
tentione (cum de laude eloquētie inter iuuenes certare=
tur) paucis cedens, prudenter more suo ad cæteros Græ=
cos ita inquit: O' socij quid hoc est, quid ego miraculi cō= Thoas,
spicor? Hector quē prorsus Aiacis manu necatū cūcti spe=
rabamus, en uiuit, ualet, uiget. Profecto aliquis ei decorum
& opem & salutē tulit, nec sine Iouis numine nunc tanta
præter cæteros bellatores alacritate uersatur: & sicut
prius plurimos nostrorum luce orbauit, ita nunc quoq;
opinor orbabit. Quare accedite uniuersi sententiae mee,
iuſſa hinc abire omni plebe ad castra, nos qui robur exer=
citus sumus, hic perstems, obſistamusq; hic primū Hecto=
ri, excipientes eum infestis telis. Sic enim intercluso sibi
transitu, quantocunq; feruore sit, tamen ut sentio reformi=
dabit irrumpere. Sic locuto Thoanti, libenter assensi o=
mnes paruerunt. Conuocatisq; præstantissimis quibusq;
Græcorum, per eos, qui circa Aiacem, circa Idomeneum,
circa Teucrum, circa Merionem, circa Megem, remissa
plebe ad naues, flos Græci exercitus in præliū se instru=
xit, confertusq; hostiles copias opperiebatur, et ipsas cō=
ferto agmine procedentes, Hectore duce, quem nube ami=
ctus Apollon præibat, manibus gestans ægida horrēdam,
densisq; crinibus obſeptam, ac fulgore radiantem. Eam
Mulciber ad iniiciendum hominibus metum Ioui dona=
uit. Itaq; exorto truci utring; clamore, primum sagit=
te è neruis, moxq; lanceæ è ualidis manibus emicabant:
quarum pars, ut extabat, in hostilia corpora perfereba=
tur, pars non perlato iclu inter utrang; aciem innoxia

t humi

humi desigebatur. Videres crebra missilia per aërem aduersa uolitare. Videres per solum corpora hominum percussa uoluntari, sed hoc tandem, quandiu immotam Apollon ægida tenuit. At ubi aduerso uultu in Danaos intuens, illum edita simul ingenti uoce concusit, tunc animorum ferociam illis extinxit, nec aliter pristinæ uirtutis immemores effecit, in fugamq; conuertit, quādum duo leones nocturno silentio, uel ingens armentum boum, uel numerosum gregem pecorum per absentiam magistri repentinae agressu confundunt, atq; dispergunt. Et ut Græcis timidam fugam, ita Troianis atque Hectori alacrem uictoriam dedidit. Ibi Troiani suum quisq; de hostibus aliquem perimit, sed Hector Aeneasq; binos. Hector Stichium Arcessilaumq; Stichium quidē Eootiorum principem, Arcessilaum uero intimum Menesthei socium. Aeneas Medōtem & Iasum, quorum alter erat frater Aiakis Oilei ex patre tantū, extra matrimonium natus. Idem à natali solo semper extoris, ex quo germanum Eriopidis noueret obtruncavit, tunc in Phylacem concessit. Alter filius Spheli, nepos Bucoli, idem Atheniensium dux. Polydamas Mecisteum, Polites Echium, & hunc inter primam aciem. Agenor Cloinium, Paris Deiochum, quem inter primos pugnatores inseguens faculo, extremum humerum sic transfixit, ut ex anteriore parte cuspis tota emineret. Hos interemptos ceterosq; cum interemptores ipsi cruentis armis spoliati, tunc Græci, quācuiq; fugiendi copia erat, per depressam fossam necessitate cogente subeunt castra. Hector autem uasta tum uociferatione iubebat, suos om̄issis cæsorū spolijs, ingruere ad naues, inquiens, Quemcunq; alibi uspiā scorsum à nauibus animaduertero, huic ego eodem in loco eripiam spiritum, ut ne funeri quidē fratres sororesq; possint

Hector.

possint iusta persoluere, sed canes ante urbem nostram e-
ius membra dilanient. Sic locutus, terga equorum ut ma-
turarent ire flagellabat, singulos suorum ordines appellans. Illi perpetuo ac minabundo in hostes clamore datis
habenis iugales equos remittunt, omnesq; cum Hectore
feriunt. Ante quos tu Apollon aggerem circunductū cum
muro pedibus proruens, in ipsius fossæ medium decuolue-
bas, tantumq; opus non difficilius diruens, quam puer ad
crepidinem maris ea que pueriliter è sabulo struxit, iterū
manibus & pedibus destruxit. Tantumq; uiae Troianis
post Græcorum abs te fugatorū terga muniisti, in lögum
latumq; quātus est hastæ iactus, cū quis hoc iussum quan-
tum iaculari potest experitur. Hac uia Troiani duce te
cū tua ægide instructa phalange castris infunduntur, non
aliter cū ingenti uociferatione transcendētes murū, quam
in amplissimo pelago immensi fluctus uento incumbente
surgentēs supra labrum nauis, in eius alueum deferuntur.
At Græci non prius quam ad naues inhibita fuga, ibi ma-
nentes, mutuo se cohortabantur, manus in cœlum uni-
uersi tenebant, magnoq; eiulatu omnibus diis uota facie-
bant. Et præcipue Nestor, qui sublati in sublime cœlum
manibus, huiusmodi uerbis orabat: Iupiter pater, si quan-
do quis tibi in urbe Argo aut boum aut ouium pingua
ossa cœmbusit, obsecrās ut illuc ei reuerti liceret, tuq; ob-
secranti promittens annuisti, quæso te Olympie, nostro-
rum sacrificiorum, nostrarum precum, tuæ sponsonis ti-
bi in memoriam redeat, & à funesto fato nos eripe, nec
sinas ab hostibus ita pessundari. Huius preces audiens Iu-
piter, uastum ab alto insonuit, quem sonum Troiani pro-
se interpretantes, promptiore audacia in Argiuos ire con-
tendunt, equosq; ad extremas naues non admouent, sed

Nestor.

t 2 immittunt.

immittunt. Ibi Troiani pro curribus, Græci pro nauibus
 (naues enim cōscenderāt) cominus decernebāt. Illi quidē
 lanceis, hi uero contis, ferratisq; sudibus, quæ colligatæ ac
 repositæ erāt, teli genus nauali bello accommodatum. Pa-
 troclus interea in Eurypyli tentorio, cuius uulnus molli-
 bus medicamentis fouerat, tandiu illi assedit, oblectas eum
 sermonibus, quādiu circa murum extra naues dimicaba-
 tur. At ubi cognouit hostes munitiōes trāsgressos, fugāq;
 ac ploratū suorum, utraq; manu feriens femur ingemuit,
 miserans fortunā Græcorum, ad Eurypylumq; flebili uo-
 Patroclus. ce inquit : Eurypyle heros, non uacat hic mihi (et si opus
 tibi sum) immorari, gliscente maiore in modū belli tumul-
 tu, tecum loco meo famulus cōfabuletur. Ego festinabo ad
 Achillé, ut eū exhorter ad bellū. Nā quis scit an dæmone
 uolente ego potissimū cum inducam? Efficax est enim so-
 dalis exhortatio. Sic locutus abiit. Interēa Græci instātes
 quidem Troianos haud segniter sustinebāt, sed plures i-
 psci pauciores illos arcere non poterāt, nec Troiani uicis-
 sim perruptis Græcorū phalangibus in naues tentoriaq;
 penetrare. Atq; ita neutrīs alteros reiçere ualentibus, æ-
 qualis erat pugna, ac sic directa acies, ut non directius fa-
 ber lignarius, quē Pallas omnem sapientiam eius artis edo-
 cuit, naualem trabem ad perpendicularū formet. Et alij qui-
 dem Troiani cum alijs Græci apud alias naues prælia-
 bantur. Hector autem aſidue unum Aiacem petebat, &
 de eadē nauī inter ambos contentio erat, utrumq; nequic-
 quam nitentem quod optabat efficere, alterum illam incen-
 dere reiecto defensore, alterum ab ea flammas hostemq; ar-
 cere. Sed cum arcere non posset, quippe quem dæmon il-
 luc admouisset, tum Caletoris ignes ad nauem ferentis,
 (is erat consobrinus Hectoris, filius Clytij) pectus pilo-
 confudit.

confudit. Cui in humū defluenti fax è manu defluxit. Hūc
 Hector ante nauem in puluere prostratum intuitus, ma^m Hector.
 gna uoce ciuib^s socijsq; imperauit: Troiani, Dardani,
 Lycij, nolite pedem referre in hac rerum angustia, ne Ca-
 letoris in oppugnatione nauium spolijs potiātur hostes.
 Hæc ubi dixit, in Aiacem lanceam torsit. Sed homine, non
 iictu frustratus est. Nam pro Aiace famulum eius in eadem
 puppi proxime stantem super aurem percußit, nomen ui-
 ri Lycophron Mastoris filius, qui factò homicidio apud
 Cytherios, unde erat illinc profugus, in Aiacis postea con-
 tubernio fuit. Hunc ubi Ajax de puppi prolapsum resupi-
 numq; in puluere atq; exanimē uidit, perculso animo ad
 fratre, inquit: O' mi^t Teucer, En occidit nobis fideliſſimus Aiaz.
 socius ac cōtubernalis Lycophron, quem etſi Cytherium,
 tamen suauissimū parentis loco coluimus: & occidit He-
 ctoris manu. Vbi igitur sunt illæ sagittæ, atque ille arcus,
 quo ab Apolline donatus es? Teucer auditus fratris uer-
 bis, ad arcum currit, curuum cum neruo recuruat. Eum
 cum pharetra gestans ad fratrem recurrit, iuxtaq; stans,
 propere in hostes sagittas emittit. Et primum quendā no-
 mine Cletū excipit Pisenoris filium, uirum sane insignē.
 Polydamantisq; amicum, aurigamq; illuc intendentem e-
 quos, ubi plurimum frequentes cohortes tumultuabātur,
 quo apud Troianos Hectoremq; hac strenuitate donare-
 tur. sed repētina morte prævētus est, à qua nemo suorum,
 quantumlibet properantium, prohibere potuit, defixa si-
 bi in ceruice Teucri sagitta. Eoq; uulnere relinquentibus
 habenas manibus, & è curru defluentibus mēbris, resilie-
 runt equi, inanem rhedam calcibus euerberantes. quo pro-
 pere Polydamas cognito, primus se equis obiecit, eosq;
 tradidit moderandos Astynoo Protiaonis filio, simul in-

iungens multis uerbis, illos quām proxime à tergo domi-
ni atq; obseruantissime teneret. Postquam hæc dedit man-
data, iterū primis pugnatoribus immixtus est. Teucer au-
tem alteram sagittam eduxit, qua Hectorem feriret: qua si
percussisset, hominem extinxerat. si extinxisset, defuncti
Græci fuerant bello castrensi, quoniam Hector inter Tro-
ianos optimam in hostes operam nauabat. Sed hoc Iouē
non latuit. Is pariter Hectorem tutatus est, & Teucrum
hac gloria frustratus. Nam dum ille adaptatam cū neruo
sagittam reducit, neruus se fregit, sagittam in obliquū de-
flexit, arcus ex lœua desiliit. Qua de re pauefactus Teu-
cer, ad fratrem inquit: O facinus frater, omnino dæmō no-
stra consilia peruertit in hoc prælio. Nam & neruum di-
scidit, quem hodie & quidē nouum, ut diuino labori par-
efset alligaram, & arcum è manu excusſit. Cui respōdens

Aiax. Aiax: O mi Teucer, tu uero sine arcum istum sagittasq;
quiescere, quoniam deus Græcis inuidēs, res nostras per-
turbat: cape scutū & lanceā, contraq; hostem tu dimica,
& socios ad dimicandum adhortare, ne per socordiam se
ipsos cum nauibus perdant. Potius omnes pro sua quisq;
facultate uirtutem animo proponāmus. Sic locuto Aiae,
Teucer deposito arcu in tabernaculo, humeris clypeum
quatuor tergorum, capiti fidelem galeam indidit, corre-
pta robusto ligno & præacuto ferro lancea, ut cursu abie-
rat, sic cursu rediit, fratriq; præsto fuit. Hector autem ut

Hector. Teucrum deslitutum arcu cognouit, ciuibus socijsq;
ma-
gna uoce imperauit: Troiani Dardaniq; ac Lycij, nunc
quæso uiri, nunc memores este uirtutis, ut alibi, ita nūc a-
pud naues. Arcus enim optimi hostium sagittarij cum sa-
gittis debilitatus est, quod ipse uidi, & debilitatus ab Iou-
e. Facilis nanq; cognitu uirtus est diuinitus hominibus
uel

uel crepta uel data, cum deus alteris eximiā gloriā largi-
ri, alteris nō modo non largiri, sed etiā quam habēt pro-
fligari uult. id quod impræsentiarū facit, nobis salutaris, il-
lis infestius. Quo magis pergite frequentes expugnare na-
ues. Quòd si quis uel cuspide, uel acie percussus morte op-
petit, oppetat. Non enim indignum est pugnantem pro
patria, morte defungi, cū sua morte cætra mala decidan-
tur, remanente incolumi uxore, incolumbis liberis, inco-
lumi domo, incolumi patrimonio, si hostis è nostra in
suam terram abscesserit. Talibus dictis animum accedit,
ardoremq; singulorum. Ajax autem econtrario suos &
ipse accendebat: Heu pudorem uiri Argiui. Vtrum præ-
stat naues tutari, an excindi cremariq; sincere? Nisi spcm
forte concipitis, si naues exurat Hector, pedibus uos in pa-
triā esse redituros. Nunquid non ipsum Hectorem uel nō
uidetis ad exurendas naues incitatum, uel non auditis o-
mnes suos adhortantēs & quò adhortantem? non ad cho-
ream, sed ad pugnā. Nobis autem nulla erit cōsilij sanitas,
nulla huius rei cogitatio, melius'ne sit aduocatis animi &
corporis uiribus conserere manus, an uno tempore uniuer-
sos occumbere? Itemq; melius'ne sit uiuere, an diu per se-
gnitem intra castra exitiali bello sub hostibus nostro mā-
liti imparibus absumi? Huiusmodi uerbis animum accen-
dit, ardoremq; singulorū. Hic duos hostes diuersa ex par-
te Hector atq; Ajax suum uterq; interemit, Hector Sche-
dium, Ajax Laodamantem: illum Perimedei, hunc Anteno-
ris filium: illum Phocensium, hunc Troiani peditatus ex-
iūm ducem. Polydamas quoq; interemit Otum Cyleniū
magnanimorum Epiorum principem, Megisq; socium.
Quem Meges ipse ut confexit, in Polydamanta insiliij.
Sed illo ad iustum incuruāte se pronum (Apollo enim Pan-

Ajax.

thum filio noluit orbare) spe, non ictu deceptus est. Nam
 pro Polydamante Crœsum in medio pectore confixit.
 Eumq; cum sonitu collapsum dū spoliat, Dolops uir for=
 tiſimus, rei q; militaris ſcientiſimus Laomedontis nepos
 ex patre Lampo, spoliatoris medium palmam cominus ha= sta
 ferit ac perforat, perforatus etiā corpus, niſi conſerta
 ferro fidelis q; quam gerebat, lorica reſtitifſet. Eam loricā
 Megi Phileus pater, Philo rex Euphebes in Ephyra a= pud
 flumen Seleentem hospes hospiti donauerat, ut ei tu= tamen
 in armis eſſet. Viciſſim Meges conum Dolopis cū
 iubis puniceo colore fulgētibus hasta ferit, ſcindit, deiſcit.
 Et cū ille adhuc aduersus hunc pugnare pergit, ecce Me= nelaus
 auxilio uenit, cumq; telo ſtans ex obliquo, ut homi= nem
 lateret, ſic iſpum telum per humerum tranſegit, ut
 ligno tenus à pectore extaret. Eum in ora prolapsum cū
 ambo ad ſpoliandum occurriſſent, Hector tum cæteros
 fratres protinus ad eſſe iuſſit, tum præcipue Menalippum
 Hicetaonis filium, hominem clarum, qui aliquo tempo= re
 procul ab hostibus in Percote pauit armenta. Post= quam
 uero Græci cum nauibus appulerunt, reuersus in
 Troiam, apud Priamum diuersabatur, perinde ab eo cul= tus
 atq; unus ē filijs, quod uidelicet inter Troianos uirtu= Hector.
 te præſtaret. Hunc Hector nunc ita allocutus eſt: Siccine
 Menalippe per noſtram ſocordiam abibit, nec te angit
 quippiā, quod Dolops patruelis noſter uita priuatus eſt;
 nec priuatus modo uita eſt, ſed armatura quoque priua= tur.
 Non' ne cernis ut in eo ſpoliando interfectores occu= pantur? Quare
 ſequere me. Neq; enim poſthac ſupererit,
 ut nobis cum Græci prælientur eminus. Necessē eſt hic co= minus,
 aut uicti trucentur, aut uictores ciuitatem, urbē, arcem
 noſtram funditus extinguant. Sic locutus, præceſ= ſit.

fit. Illeq; deo cuiðā simul, secutus est. In uicē Aiax Græcos exhortabatur: O amici, escole uiri, et pudor mordeat animum. habentium pudorem plures discedunt sospites, quam occumbunt. At fugientium, sicut nulla gloria existit, sic nulla uis animi corporisq;. Hæc Aiakis dicta socijs sua alioqui sponte pronis ad resistendum, tamen altius insederunt, animumq; addiderunt. Vallauerūt igitur naues ferre suorum corporum uallo. Cōtrā quos Iupiter Trojanos excitabat. Menelaus autem Antilochum ad gnaui= ter faciendum his uerbis accedit: Antiloche, nimirum ex omni iuuentute, neq; in cursu neq; in prælio & equiparatus fueris, si quem hostium exiliens telo percusseris. Sub hæc uerba Menelaus retrocessit, Antilochusq; illius instru tus uerbis, è prima pugnantium acie procurrit, circumq; se oculis lustrans, licet ad eius iactum subduceret se Troiani, non tamen uanum iaculum misit. Nam tibi magnâime Menalippe in prælium ueniente pectus prope papillā percussit, inq; te cum ruina corporis armorumq; prostratū, non secus accurrit detractus arma, quam leporarius in binnulū, quem ut è cubili prodibat, certa ue natoris manus telo afflixit. Sed non fessellit ista res Hectorēm, qui per ipsam aciem currens, infestum se Antilocho ferebat. Ille et si strenuus bellator, hoste non expectato refugit, in morem feræ, que uel canibus uel bubulco circa boues occiso, fugiendum sibi prius putat, quam facto hominum agmine inuadatur. Idem Hectore atq; Trojanis cum horrisono clamore insequentibus, missiliaq; in tergū fugientis ingerentibus, ubi cohors aduenit sociorum, cōuerso uultu stetit. Trojanū uero immanibus leonibus similes ad naues ingruūt, Iouis præcepta peragētes. Ille Trojanis robur sedulo suggerebat, Græcis demebat. Ille spirat

tus acuebat Troianorum, hebetabat Græcorū. Ille ex alterorum ignominia, alteris decus conflare decreuerat, & precipue Hectori, per quem in classem coniecto igne, ardentis nautis flamas suis ipse oculus cerneret: sic demum Achilli leso, sic Thetidi roganti, sic sibi sponsori credens esse satisfactum, post illa Troianos à castris in fugam repulsurus, ac propriā Græcis gloriā restituturus. In praesenti autem hoc sentiens, Hectorem ultro incitatum etiam ualidius instigauit, ut ipsum Martem bellorum arbitrū, cum in bello sœuit, esse diceret, & ardencm inflamauit, ut sic inter hostes furceret, ut cum spissas montani nemoris arbores sœus ignis inuasit. Spumabant ora, micabant igniti subter torua supercilia oculi, ipsaq; pugnantis galea terribilem quandam speciem metus puniceis iubis exhibebat. Etenim Iupiter ei ab æthere auxiliator aderat, unum inter tot uiros tantis decoribus, unū singulari gloria augēs, utpote breui futurū in rebus humanis. Admodum ubatur enim fatalis ei dies, quem pallidis opera sub præualidis Achillis manibus erat obiturus. Eapropter ubi plurimū hostium atq; optime armatorum, ibi maxime urgebat, incubebat, perrumpere aciem conabatur, nec tamen poterat, hostibus confertim obnictibus, nec magis ad impressionem Troianorū cedentibus, quam iusta altitudine littoralis cautes cedit ad incursum stridentium uentorum insanorumq; fluctuum, qui ipsis littoribus illiduntur. Tandem Hector, cuius corpus undiq; flāmis emicare uidebatur, in hostile aciem irruptus instar ingētis undæ, que procellæ turbine inflata, sibilantibus horrendū in modum ad armamenta uentis, in nauem infunditur, & quantus illius est alucus obruit spuma. Et ut ad tale casum nautis propè præsentem mortē intuctibus corda tremunt, ita tūc Græcis

cis ad Hectoris impetum contremiscebant. Quem similem
 quoq; dices truci leoni, qui immensa admodum armata
 boum in letis pratis irriguisq; pascētia inuadit sub igna-
 uo pastore, qui nō callet quem bouem à funesto prēdone
 uel eripiat uel defendat. Sed cum sera in medium se turbā
 semper immergit, ille ad primos aut ad postremos semper
 emergit. Ita quem admodū illæ pecudes trepidā in fugam
 à leone dissipantur, sic Græci omnes ab Hectore atque à
 patre Ioue cōsternati fugæ se mādant, quorū unus inter-
 fectus est tantū Periphetes Mycenei Coprei filius, illius,
 qui legatione fungebatur Eurystei ad magnanimū Her-
 culēm, melioris multo filij pater quām ipse extitisset. Nec
 solū multo melior patre Periphetes erat, sed omnis uirtu-
 tis numeros habens, idem perniciitate, idem bellādi usū, idē
 prudentia (ut inter Myceneos) egregius. Cuius exitus
 egregiam Hectori gloriā dedit. Siquidē in fugā uarsi pes
 ita offendit in oram clypei, quem reiectū tergo ferebat ad
 talos usq; demissum, ut resupinū sterneret cum magno so-
 nitū cassidis solo impactū. Ita magnitudo clypei, qua ad
 tutelā hominis erat, causam mortis attulit. Quod Hector
 ubi cognouit (cognouit autē protinus) aduolans iacenti
 astitit, lanceamq; superne in aduerso pectore defixit, spi-
 ritumq; dempsit: Et quidem iuxta socios, quorū nemo, ut
 qui sibi ipsis ab Hectore timērent, auxiliū ferre ausus est.
 Nam ad naues, quæ prime subductæ erant, repellūtur. Nam
 inter subterq; eas funduntur. Nam ab ipsis hoste instante
 submouentur, ac demū pro tentorijs fugam sistunt, cōser-
 tiq; permanent, non ausi latius instruere aciem, sed inter
 pudorem metumq; se inuicem omni ratione adhortantes.
 Et præcipue Nestor Græci nominis columē, qui singulos Nestor.
 appellans, sua cuiq; pignora allegabat, inquiens, O' socij,
 estote

estote uiri, subiycite uobis animo, apud alios homines huius facti dedecus, si ignauit fueritis: decus, si strenui. Subeat unicuique uestrum memoria facultatum, filiorum, uxorum, parentum, seu habetis haec, seu amissitis. Per ego absentes illos, pro quoque absentibus uos oro, supplicoque, fortiter stetis, nec per timorem terga uertatis. Haec memorans, animum accendebat ardoremque singulorum. Fallas autem ab eorum oculis, ut dea caliginosam sustulit nubem, per quod illi noua quadam affulgente luce in utraque partem oculos immiserunt, in locum, qui est ante naues, in locum certaminis. Cernuntque Hectorem atque Troianos, quorum quidem aliqui longius aberant, et a pugnando uacabant, aliij uero ad naues praeium conserebant. Neque uero Aiacis pectori tantum iam inerat robur, ut unde ceteri fuga dilapsi erant, ibi unus ipse persisteret. Sed ferratam trabem contumue naualem duorum et uiginti cubitorum manibus moliens, per aplustra nunc huc nunc illuc grandioribus passibus discurrebat, perito sane equisoni similis, qui insidias equo, per spatiosam uiam, et perinde frequenter populo urbem uersus est campo quatuor equos est pluribus lectos agit, insequens currentes, in tergisque assidue hærens, et prout quenque uel parum cessare conspicit inuadens, ut propè uolare ante se cogat cum plurimorum utriusque sexus admiratione. Inter hanc discursationem Ajax sine fine uocifrabatur, uocibus in celum usque cedentibus, iubens socios nauem tentoriaque tutari. Hector autem non in medio suorum uersabatur: sed quemadmodum acerrima uolucrum aquila in turbam aut anserum aut gruum aut cygnorum per uicina fluminibus loca pascientium adoritur, sic Hector in opposita nauem ferebatur per gradus ipsius Iouis dextra a tergo impulsus, sequente mox manu sociorum ab eodem Ioue animata.

animata. Atq; hic quoq; circa naues iterum acerrimū renouatum est prælum. Crederes recētibus eos uiribus, non exhaustis concurrere. Sic ferociter in pugnam itum est, Græcis quidē desperatibus præsens exitium posse uitare, Troianis autē ad unum omnibus se simul cremare naues, simul hostē mactare sperantibus. Ita dißimili ex causa simili ferocitate pugnabāt, sed præcipue ac penè cuncti ad unam Protesilai nauem, atq; de ipsa nauī, inter alias, ut ueloci, ita conspicua, qua heros ille ad Troiam uectus est, non tamen iterum ad terram patriam reuertus. Nam eius puppim cum prehendisset Hector, nō iam sagittis missiliisq; sed collato cominus pede, Græcus Troianusq; mucronibus, pilis, uerutis, securibus, bipennibus, rem agebat. Cerneres multis è manibus enses sanguinātes excuti, ex multis humeris amputato balteo cum uagina decidere, cruentē per humū fluere, Hectorem semel arreptæ puppis possessionē, antequā incendat, nolle remittere, ac suos tali oratione excitare: Ferte ignem, omnium pariter clamore Hector, sublato. Hic est ille dies, quem nobis Iupiter dedit, dignū superiorū temporū ærūnis, quo uicē arreptæ cladis redamus hostibus, incensa eorū classe, qua aduersis diis huc profecti sunt, in magnā quidē reipub. nostræ calamitatem. Sed hoc tamen nostroruī culpa senatuū, qui me ad has extremas naues uolentē pugnare retinuerūt, & ciues mecum uenire ueteruerūt. Verū sic tunc Iupiter nobis eripuit metem animumq; nūc dat atq; addit, & nos ultro impellit. Sic locuto Hectore, Troiani in Græcos magis ingruunt. Ideo iam Ajax perstare non poterat, ita telis obruebatur. Igitur pro certo habens interfictū se iri, relictis amplistris, retro paulū cōcessit, & super subselliū septem pedū institit, atq; illuc obseruans, quicunq; admouret ignem, sedulo

sedulo cum lancea arcebat, perpetua clamoris acrimoniam
 socios ad ferendam nauibus opem adhortans: O socij He=
 Ajax, roes, O Danai cultores Martis, este uiri, esle uirtutis me=
 mores. An speramus uel aliam nobis à tergo subsidiariam
 aciem, uel aliud tutorem, quam hic noster est, murū, qui
 nos fugientes tutari queat? Nulla nobis est uicina urbs, in
 cuius uel ciuibus uel turribus murisq;, qui hostem repel=
 lant, spem reponamus. in aliena terra sumus, longe à pa=
 tria, in cāpo hostili, hinc ipsis hostibus armatis, hinc mari
 claudente, ut sciatis in manu s̄cēm esse sitam, nō in remis=
 sione belli. Atq; ita accēdens socios, infesta lencea compe=
 scebat, quisquis hostium proprius ignem inferret, gratifi=
 catus Hectori, ad hoc ipsum eos adhortāti, quorū duo=
 decim ibi ante nauem, ut conabantur subiucere flammam,
 subinde confudit.

I L I A D O S H O-

M E R I C A E L I-

B E R X V I .



V M hunc in modū ad Protesilai nauem
 decernitur, Patroclus Achilli præsto fuit,
 decurrentibus per ora lachrymis instar fon=
 tani humoris ex abdita petra scaturientis,
 & per excelsum rupem manantis in ter=
 Achilles. ram. Quem Achilles cum uidisset, nusserans ultro sic affa=
 tus est: Quid ita lachrymaris Patrocle, sicut parvula puel=
 la, que appreheso manu pallio matris, & flētibus in eam
 oculis intuens, cū currente currit, & properantē dislinet,
 ut in amplexū tollatur efflagitans? Nam quid tibi cū tanta
 lachrymarū ui? Nunquid uel Myrmidonibus aliquid ac=
 cedit,

cedit, vel ipsi mibi, eiusq; rei tu scelus ex Phthia nunciū accepisti? Certe duo quorū obitus utriq; nostrorū præcipue luctuosus esset, sospites sunt, Menœtius pater tuus, & Peleus pater mucus, cū Myrmidonibus, ut aiunt. An forte uicē miseraris horū, qui apud nubes profligantur, luentes hac clade iniustitiā suā? Ede quicquid est, nec me istā rem cœles, ut quod unus scis, ambo sciamus. Ad quem Patroclus Patroclus.
 alio spiratio gemes, O Pelides, inquit, Græcorum multo fertissime, parce queso maledictis, parce incusationi illorum in tam flebili conditione rerū. Optimi enim quiq; ex omni exercitu in tētorijs iacent, cēsim punctim' ue saucij: Saucius est Diomedes, saucius Ulysses, saucius Agamemnon, saucius etiā in femore Eurypylus. Quorū uulneribus souendis sedula medicorū ministeria incumbunt, & adhuc tu implacabilis perstas, & istā qualis à me procul absit, acerbitatē animi seruas? O uir ex ipsa uirtute trux atq; alijs nocēs. quotusquisq; nō modo eorū qui nūc sunt, sed qui postea erunt, usum tui percipere, aut poterit, aut debebit, aut uolet, si nūc à Græcis indignū exitiū nō propulsaueris? immittis profecto, cū tam inhumana feritas ingenio tuo insit. nō tibi Peleus, sed inaccessus scopulus patet: non dea Thetis, sed ipsa spumantis maris unda mater est. Quod si quā religionē aut aliquod Iouis oraculū per matrē renunciatū causaris, me saltē in aciem mittas, concessa mihi tua armatura, tuoq; milite, ut aliqua salus efficiar nostris, si forte spccie tui cōterritus Tricianus facessat, & Græcus respiret penè cōsumptus, ac resocilletur. Reforciari enim à pugna sufficit breui momēto. Nā integros ac recētes facile est uel ipso clamore hostē à castris ad sua moenia repellere. Hæc Patroclus, & qdē precabūdus (Ah demens, hinc enim sibi causa infelicitis fati ac tristis exitus fluxit)

Achilles. fluxit) ad quem Achilles uehementer turbatus, Hei mihi,
 inquit, mi Patrocle, quid elocutus es? E quidē neq; religio
 aliqua me, neq; oraculum à matre renunciatū, quod nul-
 lum est, sed magnus irarum æstus retinet, reputantem, que
 passus sum, & que feci. Et enim ita natura cōparatum est,
 ut prorsus indigne feramus, ac uehementissime conturbe-
 mur, quoties quis hoc ipso quòd antecellit potestate, aliū
 premio fraudare uult, præsertim parem genere, uirtute,
 conditione, fama, quod in me fecit Agamemnon, prærepta
 mihi puella, pro qua tantum laboris exhauserā, cuius pa-
 triam mœnibus inclytam expugnaueram subuerteramq;
 quam mihi honoris gratia consensus omnis exercitus ele-
 gerat: nec tantum prærepta, sed è manibus erepta: nec tan-
 tum ab eo qui sum, sed tanquam ab ignobili quodam atq;
 peregrino. Cæterum quæ hactenus acta sunt omittamus.
 Neq; enim par es perennem animo seruare indignatio-
 nem, & eam ego deponere constitueram, sed nō prius ta-
 men quād ad naues meas clamor bellūq; peruasisset. Tu
 uero, quod superest, indue tibi mea arma, ac ducem inter
 Myrmidores age, & ipsos pugnare cupientes. Iam enim
 corona Troianorum uelut nubes naues circūsistit, Græ-
 cis ad oram littoris, id est, mortis redactus, & uix hoc
 ipsum exiguum extimentibus. Ita magis ac magis auda-
 cia hostibus increscit. Videlicet non uident propius ra-
 diantem galeæ meæ frontem. Fuisset equus in me Aga-
 memnon, protinus ipsorum cadaueribus fluuios opples-
 sem. Nunc uictores per omnem planitiem nostrorum
 terga cædentes, in ipsis castris concluserunt, ita ut non
 de uictoria nostri, sed de uita dimicent. Neque enim
 ipsis periclitantibus, ferox Diomedes dextra præsens
 exitium arcet, non hortantis Agamemnonis, inuisi mi-
 hi

hi capit is ex audiunt uocē, sed homicide Hectoris suos incitantis & audiunt, & contremiscunt. Nec Hectoris tantum uicem, sed uictricem etiam circumfusorum hostiū uociferationem. Nihil tamen minus tu Patrocle irruere in hostes strenue, ut uindices ab incendio naues, ne illis absuptis crepta sit eis facultas in dulcem patriam reuertendi. Ille autem tibi animo proponas efficiendū, quod tibi mādo, cuius hēc summa est, ut mihi insignem gloriam atque insigne prēmium pares apud ceteros Grecos, à quibus mea Bryseida reddetur, et insuper amplissima munera dabuntur, rejecto à nauibus per te hoste. Quod si magnus Iunonis maritus annuerit prospero te defungi euentu, sis hoc contentus, ne te aut cupido dimicādi, aut dulcedo uistorie exultantem, & harentem in tergis hostium ad urbem prouehat, per quod & mihi absenti ignominiam, & tibi ipsi periculum crees, si quis immortalium deorum ab olymbo descenderit (Sunt enim Troiani mūrum in modū cordi Phœbo) Quare cum eos à castris repuleris, seruat is à peste nauibus, finito in ipsis campis utrosq; pugnare. Quod utinam tu Iupiter pater, & tu Pallas, & tu Apollon uelitis, ut nemo prorsus neq; hostium neq; nostrorum fugiat morte, præter nos duos, ut soli superstites alia urbe hac cum foemini gazaq; potiamur. Interea cū hēc inter se Patroclus & Achilles colloquuntur, Ajax iam perstare non poterat : sic eum & uis Louis domabat, & fortis Troiani missilibus obruebant. Crepitabat horrendē assiduis icibus galea, conus ipse cum decoris cristi sine fine quatiebatur, dexter humerus erat sustinendo semper scuto defessus, omnes artus sudoribus manabant. Laborabant irrequito anhelitu anima, cum nulla laxandi spiritus copia fieret, undique malis alijs super alia increbescientie

u bus,

bus, quod circunstentes Troiani pro se quisque loco eū subducere annitebantur, nec tamen poterant. Hoc loco uos musæ inuoco coelestia tecta incolentes, ut mecum dicatis, quis primus Troianorum ignem Græcorum nauibus iniecerit. Hector proprius accedet, stansq; ex aduerso, in gentem illam, quam Ajax moliebatur lanceam, secundum euspidē ingenti gladio feriens amputauit, quod fragmentum longius uolans, cum tremitu decidit. Ajax nihilominus curtam lanceam uersabat, quam ubi præcisam esse cognouit, conterritus est, & ut erat prudens, opus deorum, id est, Iouis, agnouit, destinatum animo habentis, Troianis indulgere uictoriam, cæterorum deorum consilijs qui partes iuuare uellent, coercitis. Atque ita se ab imbre misericordium subduxit. Tunc hostes ignem in nauem impune coniiciunt, qui statim cōcepta flamma efferrari coepit. Cum autē puppim iam ignis ambureret, Achilles percuesso matto furore, ad sociū inquit: Molire te genrose Patrocle. En ad naues cerno globos leuari flamarum. Ito, ne hostis concrenet classem, né ue nostris nulla sit postea fugiendi facultas. Indue tu tibi festināter arma, dū ego Myrmidonas eogam, si qua salus periclitantibus Græcis fias. Hec locuto, Patroclus sibi arma circundedit, ac tibialia sibi primo induit argenteis loris circa talos fabrefacta, tum thoracem illum discolorē ac sidereum, dehinc ensem argenteo capulo, clypeumq; ut grandem, grauem humeris accommodat, deinde capiti galeam indidit superbam cristicis ex equina iuba concinnatis, que ad motum ipsum uidebatur horrendum quiddā annuere. Postremo duas dextra ualida lanceas sumit, quas commode tractare posset. Nam reliqua ex omni armatura Achillis solam nō cepit, procerā, crassam, ac grauiorem quam aut ipse tractaret,

aut

aut Gr̄corum alius pr̄ter unum Achillem : quam Chi-
ron ex orno in Pelio monte fabricatus , Peleo donauerat
heroum interempricem. Patroclo se armante, Automedō
ab eo iussus propere iungere equos , Achillis mādata exē-
quebatur, uir illis in pr̄elijs spectatissimus, nec ad hostiles
minas horrere solitus. Quem Patroclus pr̄cipue et in se-
cūdo ab Achille honoris loco habebat. Hic ubi bigam iu-
galibus equis instruxit, quorum alteri nomen erat Xan-
tho, alteri Balio , tertium extremo capistro applicauit no-
mine Pedaſum quē Achilles , euersa per se Eetionis urbe,
ut egregium asportauerat , mortalem ipsum, equorum ta-
men immortalium comitem. Siquidē ambos hos mater no-
mine Podarges inter equas rapidissima , cū in uerno pra-
to pasceret, ad oceanum ex zephyro genuit. Eoq; ipsos
uentos unde originem trahebant , cursu & quasi uolatu
equabant. Achilles autem ostiatim singula sociorum cō-
tubernia adiens, ut armarentur efficerat: id quod ipsi cu-
pierant, similes lupis quorum immanis audacie uis natu-
ræ est, cum eximium magnitudine ac cornibus ceruum in
monte consecuti laniant, imbuentes tota rostra sanguine;
tum petito gregatim fonte, lingua ex imo palato exeren-
tes, & aquam nitidam & os cruentum lambunt , reple-
toq; uentre pectoris animositas uiget. Huiusmodi lupis si-
miles cum cæteri Myrmidones , tum pr̄cipue principes
undiq; ad magnanimum Achillis famulum confluebant,
ipso Achille singulos urgente, ut seq; eq̄osq; in expedi-
to hinc maturarent. Enim uero quinquaginta naues suæ
erant, quibus ad Troiam nauigarat, cū quinquagenis sin-
gula remigibus eisdemq; comitibus. Eos in quinque ordi-
nes distribuerat cū totidem ducibus, quos pr̄stantissimos
etq; idoneos nosset ad imperandū. Summa tamen penes se

erat ut ducem longe præcipuum. Primum ordinem ducebat Menestheus Pelei nepos ex formosa filia Polydora, qua Sperchius perennis fluuij deus cōpressa hunc genuerat, licet Borus Perieris filius pater dicetur, quod is Polydorem multis à se donatam spōsalibus donis, propalam in matrimonium duxisset. Secundū ducebat Eudorus pulchra Polymela matre, & si fame credimus, uirgine: certe in ipso choro uirginum genitus. Hanc Mercurius in Diana nympharumq; modulatum choro cum uidisset, adauit, statimq; cum in coenaculum condescisset, liberum arbitris locū, illie cum puella rem habuit, grauidamq; fecit. Quæ exactis mensibus interim ipsa luce atque inter eequales edidit partum. Eadem postea illustri uiro Ethelo Actoris filio nupsit, immensis à uiro nuptialibus donis aucta. Cuius Senior pater Phylas peræque nepotem aluit, cruduit, amplexus est, ac si deo, ut erat, genitus esset: qui adultus; & cursu & re militari strenuus euasit. Tertium ducebat Pisander omnium Myrmidonum, excepto Patroclo, utenda lancea in bello præstantissimus. Quartum senior Phœnix. Quintum eximus Alcimedon Laërtis filius. Postea uero quam hunc in modum Achilles sub suo quæq; duce ordines rite digeſſit, acre eis in hæc uerba præceptum dedit: Myrmidones, nemo nūhi ē uobis minarū, quibus ex hoc loco in Troianos efferebamini, nemo inuidie obliuiscatur, quam nūhi toto irarū tēpore faciebat. Dure Pelides et intractabilis, nec lacte materno, sed iracundia alite, quid inuitos socios apud tētoria retinens? quin igitur reuertimur in patriam, quandoquidē infanda ista tibi iracundia insedit? Tali me inuidia frequētes atq; uniuersi premebatis. En nunc affulſit occasio: & quidē talis, ut quam optaris bonā operam nauare positis.

Achilles.

Is ergo

Is ergo cui præsens animus est, in hoc certamine contra
Troianos uolo declareret. Sic locutus, animū accendit ar= doremq; singulorum tum oratione, tum regia autoritate.
Nam eo studiosius caterue ipse sese addensarūt, & ut in
edificanda excelsa domo, quæ incuribus uentorū par sit,
structor parietis ipsos lapides coagmētāt: sic ijdem stipa= ti erunt, atq; ita cōglutinati, ut scutum scuto, clypeus cly= peo, lancea lanceæ, uir uiro cohæresceret, & propè inni= teretur, ipsis etiam munacibus crīstis subter fulgentes ga= leas sese contingentibus, duobus in eodem curru ituris, &
candem mentem habentibus. Ante alios dimicandi Patro= clo &. Automedonte in conspectu omnium se armatibus,
Achilles uero ab illis recedēs tabernaculum ingressus est,
arcamq; aperuit, quam mater Thetis in naui transfret= turi filij posuerat, refertam tunicis chlænuq; aduersus in= iuriam uentorum, atque uillosis tapetis. Vbi erat ei reposi= tūs scyphus rare pulchritudinis exactissimiq; artificij.
In quo neque alijs quispiā uinum potabat, nisi Achilles:
neque hic sibi, sed dijs: nec alijs dijs, quam uni Iouī liba= bat. Hunc ex arca prolatum Achilles primum purgauit,
deinde liquida profluētis aqua abluit. Tum lotis manibus
uinum hausit, stansq; in medio impluuiō et ad cœlum su= spiciens, libauit, ac Iouem quem hæc non latebant, hac o= ratione comprecatus est: Iupiter Pelasgice ac Dodonæe, Achilles
qui è lōginqua hinc Dodona, ubi præsides habitasq; sor= titus es nomen, circa quam tui sacerdotes solo incubant,
pedibus semper illotis ac semper in nuda humo pro cubi= li iacentes: si quando mea orantis uota exaudisti, magno
supplicio in honorem mei afficiens Græcos, huic quoque
adsis uoto te oro, qui etsi non prodeo ipse in prælium, ta= men loco meo sodalem cum Myrmidonū copijs mitto. Ei

queso magne Iupiter da gloriose perfungi hodierna ex-
 peditione atq; militia, inspirans illius animo uigorem, ut
 Hector intelligat nostrum famulū ex omnibus unū gna-
 rum esse bellandi, & tunc inexpugnabilem uirum, cū ego
 in acie uersor. Atque eum, cum à nauibus periculum pu-
 gnamq; submouerit, buc ad me cum armis socijsq; omni-
 bus redire incoluē. Et ita Achilles preces peregit, qui-
 bus auditis Iupiter alterum quidem annuit, alterum uero
 abnuit. Nam ut periculū à nauibus pugnamq; submoue-
 ret, dedit: ut illuc à prælio rediret incoluīs, nō dedit. Ille
 post libamina precationemq; in tabernaculum regressus,
 scyphum in area reposuit. Tum regressus ante tectorium
 stetit, cupidus adhuc inspectādi aciem, ambarum partium
 pugnā. Myrmidones autem cum magnanimo Patroclo,
 ut erant & ferro & animo armati, considerant, dum in
 Troianos irrumperent. Tum facta ex ipsorum statione
 prodeundi copia, protinus effundūtur, ueffis similes, quas
 propter uiam domicilia habētes, pueri, qua sunt puerili-
 tate, proterue iritare uexareq; ac plures trucidare con-
 suerunt. Nam si quis uiator illac iter ingredies, eas per
 imprudētiā commouerit, tunc illæ exhalcerato animo è
 tectis euolant, incursantesq; in hominem grassantur, soli-
 citæ pro salute filiorum. Hac mente, hoc animo, hac spe
 Myrmidones atq; cum horrenda uociferatione prorum-
 punt. Quos Patroclus ingenti uoce his uerbis adhortatus
 Patroclus, est: O' Myrmidones amici, Achillisq; socij, este uiri, atque
 uiuide uirtutis memores, ut illum absentem, cuius uirtus
 longe inter omnes est eminētissima, honoremus, tanquam
 & ipsi secundum ducem nostrū fortissimi ceterorū Græ-
 corum atque suam offendam agnoscat Agamemnon, qui
 hunc Græci nominis columen nihil fecit. Hæc dices, ani-
 mum

tum accendit ardoremq; singulorum. Atque ita armati,
 densati, clamantes, alijs Græcis horrisona uoce cōclamā-
 tibus, in Troianos irrumpūt. Ilii conspectio Patroclo cum
 agitatore decora armatura fulgentibus, rati ipsum Achil-
 lem adesse, deposita similitate reconciliatum, perturban-
 tur animo, ordines soluunt, ac sibi quisq; circūficit, quā
 fugiat mortem. At Patroclus in medium irruens, ubi plu-
 rima manus hominum tumuli uabatur, circa puppim illā
 incensam, primus intorto iaculo dextrum humerum con-
 fudit Pyræchmis, sub quo duce egregijs Feones ex Amy-
 done urbe & late fluente Axio uenerat. Ille edito gemi-
 tu supinus concidit. Comites, qui circunsusi erāt, uno du-
 ce, qui inter eos erat longe fortissimus occiso, perculti ti-
 more dissipantur. Patroclus & his & alijs cum à ceteris
 nauibus, tum uero ab incensa et semiuista fugatis, ignē re-
 stinguit: caq; relicta, in alios fertur, exorto immenso tam
 horum quam illorum, sed dissimili tumultu, Troianorum
 quidem trepidantium, Græcorum uero ad naues emergē-
 tium. Et qualiter editissimum in alpibus cacumen à gra-
 uido nimbo, quo obsitum erat Iude purgante refratur,
 cunctiq; reiecti colles, conualles, & prominentes montū
 uertices patent, omnesq; à cœlo deorsum liquidi etheris
 tractus nitēt, taliter Græcorū animi renituerūt, ac pauli-
 sper relaxati sunt, submoto hostili igni, intermissaq; per-
 secutione atque pugna. Neque enim Troiani dato tergo
 à nauibus se proripiebant, sed aduersa adhuc fronte per-
 stabāt, nec nisi coacti submovebantur. Ibi sicut erant di-
 spersi Græcorū principes, suū sibi quisque hostem interi-
 mit. Sed omnium primus Patroclus, qui protinus Areili-
 ci se auertentis lancea femur, confracto etiam osse, traie-
 cit, & ipso ictu pronū moribundumq; prostrauit. Mene-

laus nudatum Thoantis pectus telo preter scutū immisso
 percussit, hominemq; occidit. Meges Amphiculum in juc-
 gam uersum inseguens iaculo est asscutus subter popli-
 tem infixo, ubi plurimum medullarū hominum est, discis-
 sisq; tibiæ neruis, tenebreæ oculos Amphiclo clauerunt.
 Duo Nestoris filij Antilochus & Thrasymedes totidem
 Amisodari filios suum quenq; obtruncarūt. Nomina ho-
 rum erant Atymnus & Maris, uterque uir egregius ac
 bellator, dijq; Sarpedonis comites, quorum pater chime-
 ra indomito monstro, et multorum hominum pesti cibos
 ministraverat. Horum fratrum Atymnium Antilochus ita
 percussit, ut uterum lanceæ euspis perforaret. Cuius in os
 collapsi uicem indignatus frater accurrens, & ante iace-
 tem stans, in intersectorem telum librabat. Sed occupato
 Thrasymedes ictu nec frustrato, brachium, ubi lacerto
 committitur, minus telo percussit, ossa contudit, medul-
 lasq; effudit. Quo uulnere Maris claudentibus oculos te-
 nebris moribundus corruit. Ita duo fratres à duobus fræ-
 tribus simul intersecti sunt, simulq; iacentibus cadaueri-
 bus animæ simul ad erebum commigrarunt. Cleobulum in
 ipso tumultu implicitum Ajax Oileus uiuum, id est, ante
 plagam irruens cepit, sed non tamen uicturum, quippe rea-
 ceptum intima ceruice Aiakis gladium sanguine suo cale-
 faciens, frigida morte solutus est. Peneleus ac Lycon in-
 festis lanceis concurrentes, uterq; ictum nō in hostem fu-
 derunt, sed in uentum effuderunt. Iterum strictis gladijs
 concurrentes, Lycon quidem ex huiusmodi galea equinas
 iubas excusit, sed & gladium fregit. Peneleus uero col-
 lum subter aurem gladio hausit, atq; ita amputauit, ut so-
 la delabens caput cute penderet, statimq; secundo succu-
 bentibus cruribus Lycon extintus est. Meriones fugien-
 ti Acaæ

ti Acamanti, iamiamq; currum ascendi, celeritate pe-
dum asscutus, dextrum humerum confixit, quo ictu ille,
ut erat ascendens, obortis ad lumina tenebris è curru de-
fluxit, atq; ut hunc auersum Meriones, sic Erymantē ad-
uersum Idomeneus occidit, directo in os telo, quo telo di-
scusis dentibus, laceratisq; ossibus subter cerebrū in con-
trariam partem transacto, Erymantē per hians os, perq;
nares sanguinē spirans, sanguinibus etiam oculus, sed
et mortifer a nocte caligatibus, exanimatus est. Et hi sunt
quos è Troianis principes Græci interemerunt. Atq; ut
uoraces natura lupi ouium caprarūq; greges pastoris ue-
cordia palantes in collibus nocti protinus inuadunt, sed
agnos hœdosq; præcipue, quos iter miseris matres que-
rūt, atq; subter illas se se occultantes trepidosq; inueniunt,
rapiunt, laniant: sic Græci in Troianos ingruentes per-
territos, lymphatos, ac fugæ magis memores quam uirtu-
tis, et ut nubes ex olymbo in coelum per dium æthera
procedit, cum Iupiter procellam molitur, sic fuga fiebat
à nauibus, clamorq;. Troianorum reuertentium indecor
quam uenerant. Ajax autē magnus in unum Hectorem in-
festo iaculosisq; strebatur. Ille ubi fortunā belli intellexit
esse cōuersam, ut erat rei bellicæ gnarus, rejecto post ter-
gum scuto aduersus tela tamen aliquādiu manserat, dum
necessitudines suas à periculo criperet. Postea consenso
curru sibi quoq; fuga consuluerat, relictis alijs, quos in
altum depresso castrensis fossa exire uolentes interclude-
bat, multos equi abrupta prima temoris parte, in fossa
cum curribus relinquebant. Qui cum effusi semel è nauia-
bus tentorijq; sunt, atq; dispersi, perpetuo clamore plea-
nis uijs, leuata in altum ac uolitante, quam ipsorum equi
pedibus rotisq; reddebant, pulucrea nube, urbem uersus

redire contendunt, Patroclo præcipue in tergis hærente
(peſſime enim in illos conſultum uolebat) & ubi maxi-
me tu nultuantes conſertosq; cernebat, illuc tendente, ac
ſuos hortante ad inſequendum, & hoſtibus iuſtantate. An-
te quem multi illorum proni ē rhedis coruebant, multæ
ſelle curules cum ſtridore trahebantur, equis Troianis
quām effuſiſimo poterant curſu properantibus, ut non
aliter terra perſtreperet, quām cum Iupiter aliquo autu-
mali die præc̄ pītē imbre, quo omnia inundentur exci-
ta tempeſtate demittit, iraſcens in homines, qui contem-
pta deorum religione, uiualentas leges ad populum ferūt,
ac iudicia de fo-ro explodunt. Tunc enim in eorum agro
ad hanc pluuiam omnia flumina plenus aluſis fluunt, &
ex montibus plurimi cū insueto fragore torrētes, depreſſis
humi uoraginibus clamoribusq; deuoluti cum ſœda ope-
rum agrestiū clade in mare excurrerunt. At Patroclus ci-
tatis equis trāſgressus ſoſsam, ad primos fugientium pro-
currit, optans ſperansq; configere Hectorem, quem non
adeptus (nam eum fuga equoru abſtulerat) longius ipſos
procedere primos inhibebat, ac retro in contrariam fu-
gam ad caſtra propellebat. Qui locus inter umbē fluuiūq;
ad caſtra medius erat, ubi multos ex illis in fuga aggref-
ſus obtrūcabat, ſumēs eoru que in Græcos admiferat ſup-
plicium. Quoru primus fuit Pronous, cui nō teclum cly-
peo pectus lancea confudit, linquenteq; eum animo cum
ruina proſtrauit. Secundo loco inuadit Theſlora Enopis
filū, qui metu perterritus contractus manibus in ſella fe-
debat derelictus habenis. Huic propius ſtans, dexterā ma-
lam cū dextera maxilla traiecit. Et qualiter quis in pro-
minente cote ſedens, ē mari indigenā pifcem hamo ad fi-
lum appenſo exterius trahit, ſic illē ē ſella hominem ridi-
cula

cula specie protraxit. quē cū excusisset, humi collapsum
 uita defecit. Post hūc aggressus Eryalum, mediā eius cassi
 dem ita percussit saxo, ut toto capite bifariam disperso,
 Eryalus in ora concidens, subito uitā efflaret. Deincepsq;
 obtruncat Erymantem, Amphoterū, Epaltem, Tlepole-
 mum Dantestoris filiū, Echium, Pyrrhem, Ipheum, Euipa-
 pum, & Polymelum Argeæ filiū. Hos cum uidisset pro-
 stratos Sarpedon, ut erant socij ac sui, cōuersus ad alios, Sarpedon.
 his eos uerbis est adhortatus: O' dedecus Lycij, nunc uos
 mūhi celeres es̄tis. Ego certe huic uiro occurram, ut intelli-
 gam, quām ualidus est, qui tantū calamitatis intulit Tro-
 ianis, tantamq; de tam egregijs socijs stragem fecit. Hæc
 locutus, in terram, ut erat armatus, de curru desiliit. Quo
 conspecto Patroclus itidem fecit, amboq; cū clamore non
 aliter infesti cōcurrunt, quām in edita petra totidē uultu-
 res stridulo clangore præliantur. Eos inspiciens Iupiter,
 misericordia tactus, ad uxorem eandemq; sororē inquit
 Heu me Iuno, En triste fatum Sarpedonem meum uocat Iupiter
 ad mortem sibi per Patroclum affrendam. Vnde in an-
 cipiti sententia nutat animus, utrum eū luctuosa ē pugna
 subtractū reddam suæ patriæ suisq; ciuibus, an sub mani-
 bus Patrocli defungi morte permittam. Cui Iuno grandis-
 bus oculis ut Minerua cæsis seu glaucis prædita, respon-
 dit: Augustissime Iupiter, quisnam tibi excidit ex ore ser- Iuno.
 mo? Mortalem' ne tu aliquem ab ipsis continuo natalibus
 morti destinatum, rursus uis à cōditione mortalitatis exi-
 mere? Sed age ut libet, nō tamen nos omnes cæteri dei tibi
 acquiescemos. Hoc autem tibi dixisse uoluerim, quod tu
 imis sensibus manda: Si uiuum Sarpedonē ad penates re-
 mittere consilium tibi est, illud quoq; necessario cogites, ne
 qui postea dij, qui filios in hoc bello habent (& hi multi
 sunt)

sunt) uelint & ipsi suos à morte subducere. Ne alioqui
grauiiter tibi ex hac offensione succenseant. Quod si tibi
cordi hic est, eiusq; te patrem miseret, sinito hominem sub.
Patroclo honesta morte defungi. Deinde tam diu defun-
ctum ac super terram esse, donec te mittente, in patriam
Lyciam comportetur, ubi fratres, propinqui, necessarij
ciues funeri iusta persoluent, monumentumq; cum titulis
extruent. Hic enim suus est honos defunctorū. Sic locutæ
Iunoni non refragatus deorū atq; hominū pater, cruen-
tas stillas ab alto tanquā pluuiam deiecit in honorem filij
longe à patria apud Troie campos sub hostili manu fer-
roq; perituri. Illi igitur postquam alter in alterū uaden-
tes uicini fuerunt, Patroclus prior inclytum uirū & spe-
ctatum Sarpedonis famulum Trasymedē telo sub extre-
mo uentre percussit pariter & extinxit. Secundo loco
Sarpedon lanceam directam in Patroclum non directe
eōtorsit, sed pro hoste, Pedasi, qui erat tertius equus, dex-
terum humerum fixit: quo letalem dolorem grauibus ge-
mītibus & quasi mugitibus testante atq; in puluerem la-
pso, animus euolauit ē corpore. Eius ruina turbati reliqui
equi, in diuersum abire cōperunt, stridente iam iugo ha-
benisq; amborum se implicantibus. Quod impedimentum
exitius Automedon non differendum ratus, ita expedi-
xit, educto ense insurgens iacentem Pedasum amputauit,
Atq; deinde alij equi in locum reuersi, in officio fuerunt.
Iterum ambo heroēs infestus telis, infestioribus passibus,
infestissimus animis se petiuerunt. Et Sarpedonis quidē te-
lum sine ictu ē manu profiliit, sinistrum hostis superuo-
lans humerū. Sed nō ita Patrocli, qui posterior telo emis-
so non modo ictu, sed optato potitus est, perforato Sarpe-
donis pectore præcordiorū tenus, quā cor ubi sensus cin-
guntur

guntur est atq; anima. Eo uulncre Sarpedon ueluti pro-
cera quædā in montibus quercus, populus'ue aut pinus,
quā fabri carinis destinatam ceciderunt, ante equos cur-
rumq; defluxit. Et quātus erat in pulnere iacuit, puluerē
ipsum cruentū moribundis manibus stringens, ac lamen-
tans instar rugiētis. Et ut magnanimus taurus ualidusq;
dum ab aborto armentū leone trucidatur, sub illius den-
tibus gemit: sic Lyciorū rex sub Patrocli ferro gemebat.
Atq; ita Glaucum ex amicis amantissimum nomine uoca-
uit, atq; his uerbis allocutus est: Glauce, si unquam bella-
tor fuisti, si fortis strenuusq; es, nunc maxime sis oportet,
nunc tibi pugna difficultas anuca sit. Primum undiq; cō-
tractos Lyciorum duces exhortare ad Sarpedonem pro-
teendum: deinde cū illos, imò ante omnes armis me pro-
tegas, aliter tibi dedecori semper infamieq; fuero, ab
hoste spoliatus armis, à quo uita spoliatus sum. Age igitur
impigre & te ipsum, & omnem nostrorum manum ad
Sarpedonis mortui propulsandā ignominiam excita. Hæc
locuto terminus uitæ oculos. naresq; occupat. Ad quem
Patroclus adueniens, calcē pectori impegit, et illinc spi-
ritum pariter & spiculum eruit. Eiusdem equos utriusq;
domini morte destitutos ac territos, grauioremq; anhe-
litum efflantes & in fugam paratos aggredi Myrmī-
dones, ibi retinuerunt. Glaucū uero uehcmēs cepit dolor
animi atq; confusio, quod opem illi & quidē rogatus ac
tantopere rogatus ferre non posset, ob uulnus quod in
brachio apud murum castrorū manu Teucri fuerat pa-
sus, quod præ nimia uexatione souebat, constringēs alte-
ra manu. Itaq; ad Apollinem hunc in modum precatiōnis Glaucus.
uerba concepit: Apollo princeps, ut aliquando in Lycia,
ita ex hoc loco (undiq; enim miseros, qualis ego nūc sum,
exaudire

exaudire potes) me audias anxium pro Sarpedone pre-
stantissimo uiro Iouisq; filio , quem nihil pater ipse neq;
uiuum à morte, neq; mortuum à contumelia defendit. Tu
tamen da mihi, ut à defuncto saltem hoc dedecus propul-
sem , quod per acerbissimos uulneris cruciatus facere ne-
queo, manu non modo pugnæ, sed etiam retinendæ hastæ
non satis idonea , toto etiam lacerto ingrauescente pro-
fluuio sanguinis nesciēte restinguui. Quare princeps Apol-
lo mitiga mihi dolores, sana plagā, suggerere uires, ut con-
uocatos Lycios circa Sarpedonis corpus ad pugnam ad-
hortari possim, & in primis ipse pugnare. Huius preces
exaudiens Apollo, extemplò sanguinē statuit, dolores se-
dauit, & uim animo iniecit. Tunc Glaucus, ubi certa fide
cognouit suas statim ab Apolline auditas preces , tacito
secum gaudio affectus , primum Lyciorū principes adit,
cogit, hortatur ad cadauer Sarpedonis protegendum. de-
inde maioribus rapidisq; passibus ad Troianos principes

Glaucus,

ire contendit, Polydamantē, Agenorē, Aeneam, Hectorē.
Quos cum proprius adisset, ita allocutus est: Hector, plane-
te cepit obliuio auxiliariorum principum, qui relicto na-
tali solo dulcissimisq; pignoribus, in tani longinquam mi-
litiam tua causa uenerunt, imò tua causa occumbunt, qui-
bus nec uiuis nec defunctis tibi curæ est auxilium fer-
re. Iacet Sarpedon à Patroclo in pugna interclusus, ille
Sarpedon princeps, qui Lyciā & iustitia & armis tutat-
batur. Sed uos anuci subijcientes animo pudorem, quæso
adeste homini, ne Myrmidōes cadauer armis exuāt, ueue
in ultionem suorū, quos ad naues occidimus (quæ magna
copia est) indigna edant in tanto uiro exempla. Ad hunc
nuncium, Troianos nouus & supra quam dici potest lu-
etus inuasit, amissō uiro qui et si alienigena, tamen Tro-
iane

Ianæ ciuitatis præsidium erat, tum propter multas militum
 copias, quas duxerat, tum propter excellentem eius in bello
 singulariæ virtutem. Itaque acriter omnes animo in Graecos
 recte ire contendunt, Hectore duce, cui mors Sarpedonis
 precipue dolebat. E' diuerso Patroclus Danaos ad impi- Patroclus.
 gre occurrentum excitabat, et in primis ambos Aiaces,
 sua etiam sponte pronos ita allocutus est: Aiaces, nunc uos
 iuvet pugnare, nunc uobis similes esse, qui præstantissimi
 fuistis, nunc autem et ceteris et uobis ipsis esse præstau-
 tiores. En Sarpedon iacet ille, qui primus castrorum pro-
 ruit murum. Capiamus itaque cadauer, ut spoliemus, edam-
 musque in eo pessima exempla, interempto adhuc aliquo so-
 ciorum suppetias illi ferentium. Haec Patroclus. Illi autem
 id quod admonebantur, per se iam facere ardebant. Igis-
 tur ubi utringue hinc Lyciorum Trojanorumque, illinc
 Myrmidonum atque Achiourum instructæ phalanges sunt,
 cum horrenda omnium uociferatione fremituque armorum
 concursum est ad Sarpedonis corpus. Iupiter uero, ut circu-
 ea cadauer charissimi filij pugna multa ærumna ac clade
 nobilis existeret, sraelam effudit pugnantibus noctem. Ibi
 Troiani priores hostem reiecerunt, occiso quodam non è
 postremis Myrmidonum, cui nomen erat Epegio, dij Aga-
 clei filio, qui Budyi frequeti sane oppido regnauerat, sed
 perpetrata cæde (et erat cosobrinus, nec is malus vir quem
 occidit) ad Peleum ac Thetidem famulatum abiit, et ab
 eisdem postea comes Achillis filij missus ad bellum Troia-
 num. Ei nunc ad cadauer manum admouenti, Hector me-
 diam cascidem ita percussit saxo, ut toto corpore bifariam
 dispergo, Epegeus in ora concidens subito interierit. Cu-
 ius obitum amici tui Patrocle ac socij, tu grauiter ferens,
 ad primos processisti pugnatores, impetuque in aduersos
 Lycios

Lycios Troianosq; fecisti, instar pernicis accipitris, qui
 terrorem secum ferens, in uolucres quae colij ac pseres di-
 cuntur, inuadit. Atq; ibi tu item saxo ita percussisti cerui-
 cem Sthenelai Ithemeneo geniti, ut neruos quoque rea-
 scinderes. Tunc Troianorum prima acies, cumq; his ipse
 quoq; Hector propellentibus tantum retro fugiendo ces-
 sit, quantum quis aut in certamine iaculari, aut in bello a-
 mentatum hastam quanta cunq; ui iniaculari potest. Tran-
 scuso hoc spatio, princeps Glauces, eorum qui modo ter-
 ga uerterant, primus pectora conuertit, sentiens ab inhæ-
 renti humeris hoste se premū. Is erat magnanimus Bathy-
 cleus Chalconis filius, Hellade lares habens, inter omnes
 Myrmidonas opibus copijsq; facile princeps. Huic Glau-
 cus repete cōuersus, mediū pectus telo confixit. Hoc ictu
 cum sonitu ille collapsus, magno mortis sua (erat enim vir
 egregius) Græcos quidē dolore, Troianos aut̄ gaudio af-
 fecit. Quo magis Troiani cōferti cōdauer Bathyclei cira-
 cunstūt: Greci quoq; nec ipsi uirtutis immemores, gra-
 dū promouent. Ibi Meriones Troianū quendam occidit,
 animo uiribusq; insignē, nomine Laogonū filium Oneto-
 ris, qui in mōte Ideo erat flamē Dialis, et tanquam deus
 quidā celebrabatur à populo. Occidit autē protinus, cōfi-
 xo iaculo in loco, qui secundū aurem ac malā est. Aeneas
 autem Merionē ipsum sub tegmine clypei procedentē cō-
 fidens excipere posse iaculo, iaculū iecit, quod ille ex ad-
 uerso intuitus, copore in pronū submissō, deuittuit. Ita cas-
 so ictu telum præteriens hostem, priore sui parte cum fer-
 ro humili defixa immobile stetit, superior uero ex impetu
 Aeneas. ipso cōtremuit. Ea de re indignatus Aeneas, tamen ad ho-
 stē inquit: Meriones, si te cōtigisset telum quod uibraui,
 quantumlibet strenuus sis, ab ista te strenuitate in perpe-
 thum

tuū cōpescuisset. Cui respondēs Meriones, Aenea, inquit, Meriones.
 arduū tibi fuerit, et si bellator fortis præualidusq; es, qui= cunq; mortales tibi occurrerint in acie, eos omnes tua ro busta dextra extinguere, & ut talis sis, qualis es, & ob hoc tibi placeas, tamē cum sis & ipse mortal is (mūhi crede) si te medium iaculo nanciscar, cōfessim mūhi gloriam, Diti animā tribues. Hæc Meriones. Quē castigās Patro- Patrochus.
 clus, Quid ista inquit, mū Meriones altercaris? Ha, muni= me te decet hæc hominē eximū, nec dicere attinet. An te probra ingerente sibi, Troiani à cadavere submouebun= tur, nisi prius eorum aliquē straueris? Molimentū prælij in manibus est, consilij in uerbis. Eapropter non loqua= citate nunc opus est, sed pugnacitate. Hæc locutus ipse proceſſit, Merionesq; secutus est, deo cuidam uterq; simi= les. Qualis autē ex ictibus calonum aliorum' ue materie cæſorū in confragoso montis dorso redditur longe reso= nans strepitus, talis ex campestri illo certaminis loco tunc reddebatur ex ictibus ensium lancearumq;, scuta uel alia arma ferientū, ut nemo iam, quamuis solers, diuum Sar= pedonē posset agnoscere, ita prorsus à uertice ad extre= mos pedes aggestu cruoris, telorū, pulueris, obſitus erat. Circa quem non aliter & hi & illi incumbebat pugnæ, quām muscæ sub uernum tēpus ad caulas, cum circūfusæ plenis lacte multbris saturat uoracitatē. A quo ſpecta= culo Iupiter nusquā deflectebat oculos, sed defixo ſem= per obtutu atrocitatē pugnæ considerabat: multū ſecum animo ac permultū reputās de necc Patrocli, num præ= staret eum illic ſupra Sarpedonē in ipſo ardore certami= nis ab Hectore uita armisq; ſpoliari, an certamen maiori quoq; strage cumulari. Tandem hoc ei antiquius uisum est, ut Patroclus Troianos urbem uersus Hectoremq; re=

pelleret, cū magna hostiū cēde. Itaq; Hectori ante omnes
 timidam fugae sententiam iniicit. Is intellecto Iouis im-
 perio et ipse cōscendit currum, in fugamq; cōcurrit, et
 idem alios facere iubet, quod fecerūt: adeo ut ne Ly-
 cij quidē sibi persiculum esse putauerint, territi omnes,
 cum regem suum uiderūt tāta coaceruatum strage homi-
 num, qui super illum Ioue ardore pugnæ accendēte ceciz-
 derant. Post suorum fugam hostes Sarpedonem spoliant
 insigni armatura, eam Patroclus ad tētoria ferendam so-
 lupiter, eis dedit. Tunc Iupiter ad Apollinem inquit: Age nunc
 chare Apollo, ito ad Sarpedonis cadaver, et primū con-
 cretum uulnorum crucrē abstergito, deinde procul sane
 Ilium asportatum fluiiali aqua abluito, tum ambrosia
 inungito, tu immortales uestes induito, postremo remitti-
 to, delegato hoc officio fratribus geminis, Sopori et Le-
 to celeribus designatoribus, qui cōfestim ferant in patriā
 Lyciam, atq; in celeberrima ciuitate constituāt. Ibi fra-
 tres, propinqui, necessarij, ciues, funeri iusta persoluent,
 monumentūq; cum titulis extruent. Hic enim suus est ho-
 nos defunctorum. Sic locuto patri Apollon obtemperās,
 ab Idaeis montibus ad locum asperriam pugnæ delatus,
 protinus Sarpedonis cadaver è congerie telorum extra-
 etum, ac procul sane illinc asportatum fluiiali aqua ab-
 sterisit, ambrosia inunxit, immortales uestes induit, acre-
 misit, delegato hoc munere fratribus geminis Sopori ac
 Leto celeribus designatoribus, qui cōfestim in patria
 Lycia, atq; in celeberrima ciuitate statuerunt. Interea
 Patroclus cum ceteris equitibus, tum suo Automedonte
 iusso dare habenas, Lycios ac Troianos insequi pergit,
 demens qui amici præcepta non audist: quod si fecisset,
 infelice exitum subterfugerat. Sed scilicet deimens plus

quam

quam hominis praeuult. Iupiter enim illius cordi iniecit, ut eò intenderet animum, quod in suam perniciē recidaret. Ibi quem primum aut quē postremū Patrocle morti dedisti, cum te quoq; ad mortē dij uocarent? Primū dedisti morti Adrestum, secūdum Autonō, tertium Echeclū, quartum Perimum Megæ filium, quintū Epistorē, sextū Menalippum, septimum Elasum, octauū Mulium, nonū Pylartem. His occisis, cæteri nihil quam de fuga cogitabant, usq; adeo, ut nisi Phœbus Apollon in excelsa stetisset turri, Græci sub Patrocli manibus (is enim præibat hostem cædens) fuerant augustam Troiam ipso uictoriæ cursu euersuri. Ille enīm deus Patroclum destructū. Trojanos conseruatos uolens, ter in latus muri uadētem Patroclum, toties splendēti parma diuinis manibus obiecta, repulit. Quarto cum idem dæmoni similis insiliret, tunc cum trucibus minis Apollon affatus est, Concede hinc Apollo, Patrocle, quoniam tibi fatale non est, urbem hanc tuo Marte subuerti, nec tuo tantum, sed ne Achillis quidē, qui est multo præstantior. Hæc Apollon. Cuius indignationem sibi deuitandam Patroclus existimans, longe illinc retro concessit. Hector autem inhibita ad portam Scæan fugā, stabat incertus consiliij, utrum in medio pugnantium globo dimicaret, an copias suas subire muros adigeret. Ita hæsitantī Apollon astitit sub imagine Asij uiribus atq; ætate florentis, qui erat Hecubæ frater, Dymantis filius, lares habens ad fluenta Sangarij Phrygiam interfluentis. Huic similis Apollon, ad Hectorrem inquit, Hector, quid ita cessas à pugnando, quod nequaquam est ex tua uel utilitate uel dignitate? Vtinam quāto te uiribus inferior sum, forem tanto superior. Nam primo quoque tempore esse luctuoso hoc bello perfun-

ctus. Sed age intēde in Patroclum eques, si forte tibi triz
buat hanc A pollo palmam, ut cum occidas. Hæc Apollon
effatus. Hectore Cebrioni fratri iubēte flagellare equos,
ut in hostem ire contēderent, aciem subit, miserumq; tu-
multum Græcis intulit, cum Troiancrum & Hectoris
gloria. Ipse uero Hector iusso fratre Cebrione in aciem
atque in Patroclum rectā equos agere, cæteros Græcos
omittit. Hoc certefecto, ille inuicem desiliit curru, trans-
latoq; in levam telo, dextra corripli marmercum iustæ
magnitudinis sōxum, quod commode manu posset ample-
cti, aduocatisq; uiribus, cum cito suisset hosti uicinus, sa-
xum excutit. Quo non frustra excusso, si ontem Cebrio-
nis equorum fræna moderantis ita percussit, ut non exte-
rior galea neq; interius sincipitis os susiueret, afflictiq;
supercilijs, ambo lumina ante pedes in puluerem deflu-
xerunt. Tum ipse oculos suos subsequens, sagiente corpus
animi, è curru decedit in caput, ludicro mere natantium.

Patroclus. In quem cauillans Patroclus, factū male, inquit, quād
agilis hic uir, qui tam strenue saltat. Perfecto si quando in
mari deprehensus esset temporis importunitate, poterat
præcipitato de naui corpore, urinantis ostreis bona par-
tem alere sociorum, cum in plano tam agiliter de curru
desiliat. Nimirum & ex Troianis sunt qui strenue sal-
tant. Sic cauillatus in mortuum, tendit instar leonis, qui
dum sœuit in stabulantes cues, accepta in pectore plaga,
suapte ferocitate occidit. E' diuerso autē Hector è curru
desiliit, illi occursurus, ut quales duo leones cum natura
atq; ætate magnanimi, tum præsenti fame sœuieres, circa
interempti cerui corpora in montano derso præliantur:
tales hi duo præstantissimi belli principes circa Cebrio-
nem concurrētes, multuum exitium inferre nitebātur. Et
Hector

Hector quidem caduuer arripiens capite , quoquo modo uendicare laborabat. Patroclus autem ediuerso raptum pede, retinere, ceteris Græcis acerrimā pugnā conserētibus. Et ut euro ac noto , cum inter ambos exorta seditio est, certatibus, uter in aduersum inflectat montosam syluanam, fagis, ornis, esculis cōfragosan, perpetuus, sed alterius quidā sonus auditur, quod stridunt rami, crepitat arbores, si quæ franguntur, folijsq; ramos uelunt, ad arbitriū uentorum per uices in diuersa uolitatisbus : sic ambæ partes in mutuā perniciē incitabantur, audiōres inferēdæ pestis, quam cautiōres deuitandæ , multis inuicem lanceis in hostilia membra penetrantibus, multis sagittis mutuo inuolatibus, multis saxis, & his permagnis scuta quatitudib; ipso Cebrione (cuius de corpore certabatur) iacete in medio, ut grandibus membris, ita per pulucrem resolutis, sine ullo iam sensu solitæ aurigationis. Cum ergo sol medio cœlo teneret cursum , tum maxime miseria ex utrorunq; manibus emicabant, permultiq; utroq; de exercitu cadebat. Inclinante autē se eodē sidere, tunc supra modū uires inualuere Græcorū. Hinc Cebrione ē medijs telis atq; è tumultuosa acclamatione Troianorū pertraxerunt. At Patroclus ter in Troianos animum, quo eos pessime oderat, truci uociferatione significans, atq; ipsi Marti simulis irruit, totiesq; nouenos homines luce uidauit. Quarto autem cum dæmoni par irruisset (etenim iam tuus Patrocle apparebat interitus) Apollo occurrit, sane terribilis, sed ne humani illū oculi possent inter aces agentem dignoscere, multo aëre operius, atq; ita in ipso fremitu tumultuq; bellantium stans, à tergo terga ipsa percussit, obliqui q; manu latos hominis humeros retro cōuertit. Cōuerso truculētis oculis galeā de capite

discutit, qua in humū cum tinnitu delata ad pedes equorum, equinæ cristarum come pulucre ac crucre fœdatae sunt: res quam antea fas non fuerat contigisse, cum hæc galea illud diuini hominis caput si ontemq; protegeret. Cuius nunc gestandæ dignitatem Iupiter Heclori dedit, & ipsi iam morti uicino. Post discussam galeam, telum, quod ille manu tenebat, magnum, crassum, graue, & perinde ferro præfixum, in manu Apollo omne cōminuit. Dehinc loricam soluit, quæ una cum clypeo pedū tenus demissō ex humeris defluxerūt. Stetit igitur ad hāc offensionem Patroclus attonitus, & mente pariter ac mēbris captus, cum ecce Euphorbus Panthi filius uel iaculatio-ne, uel cursu, uel equitandi peritia inter æquales eminen-tissimus (siquidem aliquando præfetus curru, uiginti uiros ex eorum curribus deturbarat, adeo rei militaris erat peritus) Is nunc tibi Patrocle primus à tergo ueniens, medios humeros cominus telo confixit. Sed haudquaquam protinus letale uulnus infixit. Iterūq; reuulso quod conciecerat telo, refugit, globoq; se immiscuit, non ausus uel īermē in pugna expectare. At ille & diuina & humana plaga afflicatus, ut mortem decuitaret, ad socios se recipiebat. Quē Hector conspicatus, & saucium & recedētem, proprius apud ipsas cateruas adiit, extremūq; illius latus ita lancea percussit, ut ferrum è cōtraria parte existeret. Quo uulnere Patroclus cum magna tum sociorū mœsti-ta, tum corporis sui ruina prostratus est, quasi ualētissi-mus quidam aper à leone mactatus. Nam ut aliquando in arduis iugis se feræ, cum ad fonticulum forte conueniunt, ultraq; superbi spiritus, ultraq; sitibunda, ultraq; prior bi-bere uolēs, de iure potādi rixātur, tandem leo ui ac uirtute superior, aprū multis suspīrijs uulnribusq; fatigatū ne-cat,

eat: sic eximus Hector eximū Patroclū tot hominum in- Hector,
 terfectorem occidit, eiq; iacēti insultas, Gloriose, ait, Pa=
 trocle, nunabaris euertere oppidum m̄cum, perdere oppi=
 danos, fa m̄cum sexum in captiuitatē abducere, primū
 ad naues, deinde nauibus ad patriā tuā: demens, in earum
 conspectu & equi mei rapidis pedibus atq; auditis pugnā
 inuadunt, & ego ex omni pube fortium Troiancrū fcr=
 tissime pugno, qui ab eis exitialem diem propulso, in teq;
 conuerto. Nam hoc in loco uultures te atq; aliæ infastæ
 alites depascetur: miser, cui nihil opis Achilles tuus, cum
 tam sit strenuus, tulit: qui plurimis uerbis proficisci tibi
 præceperat, Causa Patrocle, ne prius huc ad me redeas,
 quām illum homicidæ Hecloris thoracem ferro tuo con=
 fōsum sanguine suo perfundas. Hoc ille cum dixit ita fo=
 re, cuius stultitiae ætas tibi persuasit? Ad quem linquen=
 te iam animo Patroclus, Tu uero, inquit, magnopere Patroclus
 nunc gloriaris Hector, quasi iusta uictoria sit mei occi=
 si, & non eam Iupiter tibi atq; Apollo tribuerint. Ipsi
 enim, quod facile eis fuit, me morte nudstarunt: ipsi, qui
 detraxerunt ab humeris meis arma: primum aduerso lo=
 ue ac tristī fato Apollo me occidit, deinde ex hominibus
 Euphorbus, tertius tu accessisti: quales si mihi in acie oc=
 currissent uiginti, uiginti meo telo occidissent. Ceterum
 tibi hoc dictum uelim, quod in pectus tuum denütte. Nec
 tu diu eris superstes, iam tuus interitus aduentat, & atra
 dies tibi impendet sub iniucti Achillis obcunda manibus.
 Hæc memoratem mors inuasit, & anima fugit, complo=
 rans illum ætatis florem, illud robur à se relinqui, atque
 ita ad infernum cœcessit. Quem sic defunctum Hector ta= Hector,
 men est allocutus: Patrocle, quē mihi nunc maturum uati=
 cinaris obitum? quis compertum habeat, quin ipse quoq;

Achilles , et si Thetidis proles est, meo telo percussus , ut nunc tu, spiritum reddat? Hoc ubi dixit, calcem cadaueri incusit. Lanceam dum educere nititur, corpus quoq; cum lancea leuauit. Quod cum excutiens deieisset humi spinum, statim cum eadem quam euulserat lancea, in Automedontem pergit, & ipsum feriendi cupidus. At illum immortalium fuga equorū abstulerat. Quos equos Peleo dij immortales donauerāt, egregium haud dubie munus.

ILIA DOS HO-

MERICAE LI=
BER XVII.

NON autem fortē Menelaū Patrocli in pugna à Troianis interfecti casus latuit, qui per medios bellatores fulgētibus armis irrumpens, pro eo pugnabat, quē admodum mater querula pro uitula, quam primum reperit. Ferebat autem & hastam & clypeum, in eius exitium paratus, quicunq; contra se uenerit. Non tamen strenuus Panthi filius, Patrocli casum neglexit. Prēsto nanq; affuit, his uerbis Menelaum allo-
Euphorbus. cutus: Menelaē nobilis poplorū princeps, cōcede hinc, mitte exanimem, & sanguine aspersa spolia mibi relinque. Siquidem nemo me prior Troianorū & fortū com- militonū Patroclum in confertiissima pugna uulnerauit, sine igitur ut pulchram ad Troianos gloriā referam, ne ego te petam, & charā tibi animā austram. His perquam indignatus Menelaus, Iupiter, inquit, pater, haud & quum est cuiquam superbe gloriari. Neq; enim pardi tanta uis, neq; leonis, neq; perniciosi apri, cui maximus in pectore furor

furor est, et propter robur toruitas, quantum Pāthi filius
hastæ peritia se iactat, neq; viribus et iuuentæ flore su-
perbus, equorum domitor, uti nouit, qui mecum congressus
exprobavit, et ut ignauū inter Danaos arguit. Sed nō
arbitror pedibus suis reuersum, chara cū uxore et amā-
tissimis liberis lētaturū, ita ego tuas nunc vires retundam,
si mecum forte congregieris. Verum te, hinc abeas et in
globum redcas, moneo, neq; me prouoces, antequā te ul-
ciscar. Malefacta etiā ignauus nouit. Sic ait. Non tamen
ille persuasus, Nunc ego fratrē meū, inquit, Menelaē abs Euphorbus.
te interēptum ulciscar, iactabundus cōcionaris? Videlam
uxorē intra nouum thalamū, in maximo luctu et moero-
re eius filios reliquisti. Esem sane solatio miseris, si caput
tuum et arma strumq; Pāthi et diæ Phrontidis mani-
bus deponerē. Sed non in longū hæc uerba sine pugna,
sine viribus, sine metu deducātur. Simul hæc dicēs, solidū
clypeum percusſit, in quo ferri acies incuruata est. Tum
Menelaus precatus louem patrem, in eum delatus, imum
stomachū transfixit. Aixit autē uulnus ipse suis viribus
fractus. Nam ex alia parte per molle ceruicē mucro euas-
sit. Insonuit ipse cadēs Euphorbus, insonuerūt et arma,
sanguine labefacti capilli Gratiarū similes, auro et ar-
gento ornati. Qualiter autē pulcherrimū oliuæ ramū li-
bero in capo colit agricola, ubi lympida et longe fulgēs
aqua scaturit, in eam omnī uētorū flatus spirat, et albis
floribus uestitur, quod si repente uehemētiore uento agi-
tatur, deiectis baccis tota operitur terra, tale Panthi filiū
strenuum Euphorbum exanimē, pulcherrimis Menelaus
armis spoliabat. Et quēadmodum leo in montibus nutri-
tus, viribus fisis, pascente armento lētissime, primū bouis
uālidis dentibus ceruicē inuadit, inde et sanguinem et

uiscera lanians pascitur: undiq; autē & canes & pasto-
res clamoribus concursant, non tamen cōgredi ausi, pal-
lido metu detinentur, sic nemo Troianorū cum Menelao
manum conferere audebat. Abstulisset ergo Euphorbi
Apollo. arma, & quidem persicile, nisi ei Apollo inuidijset, qui
Marti similem Hectorē, in Mētā Ciconum ducis facie
transfiguratus, his uerbis admonuit, Tu nunc Hector
Achilles equos prosequi non cessas. Difficiles captu sunt,
neq; domitores mortales, neq; alium quam Achillem im-
mortali matre progenitum, vectorem recipiunt, interim
strenuus Atrei filius Menelaus pro Patroclo decernens,
optimum Troianorū intercūnit Pāthi filium Euphorbū,
cumq; à belli cura absoluit. Sic fatus, iterum deus in cer-
tamīna mortaliū descendebat. Tum Hector graui mero-
re affeclus, mente turbata circunspexit acies. Mox &
arma pulcherrima auferrenti, & humi iacentem agno-
uit. Fluebat per riulos sanguis. Accurrit quam pri-
mum in consertissimum globum, armis fulgentibus, clara
uoce proclamans, inextinguibili flammē simulis. Neque
Menelaus. latuit Menelaum, qui animo perturbatus, Hei mihi, in-
quit, si optima arma, & Patroclum hic mei honoris gra-
tia relinquo interceptum. Vcresor enim hinc, ne quispiam
Græcorū, qui me solum cum Hectore & Troianis pugnā
detrectare uiderit, me arguat: inde, ne unum me plures
circūueniant, timeo. Hector hecnum Troianorū cates-
ua stipata aduentat. Sed quid hæc mihi dilecta loqueris a-
nimam? nam cum quispiam diuino uiro & à deo honorato
congregdi audet, magnum sēpenumero accipit detrimen-
tum. Nemo igitur Græcorū me Hectori cedentē arguet,
quoniam à deo pugnat. Quod si forte Aiaccem conuenirem,
ambo reuersi etiā contra ipsum deum pugnam instaura-
remus,

remus, si quo pacto ad Achillē amici corpus referre possemus. Quod etsi malum, tunen satius esset. Dum hæc mente uolueret Menelaus, interea cum Troianis Hector præsto affuit. Ille relicto cadasuere pede retulit, subinde respiciens, more leonis, quæ canes & pastores à stabulo hastis & clamoribus abigunt, cuius generosus animus ab aula inuitus discedit. Haud aliter Menelaus cum à Patroclo in amicum globum se recepisset, conuersus undiq;^j, Aiacem magnum Telamonis filium oculus requirebat. Eum ergo à sinistris socios hortantem & hostem propellentem uidit. Siquidem magnam eis formidinem Apollo incusserat. Hunc cursu asscutus Menelaus, Aiax, inquit, Menelaus, arcere festinemus, ut exanimem Patroclum uindicemus, eumq;^j licet & uita & armis spoliatum, ad Achillem referamus. Armis enim Hector potitus est. His uerbis Aiax animo turbatus, continuo per consertissimos pugnatores euasit ipse & Menelaus. Iam Hector Patroclum armis pulcherrinus spoliati trahebat, ut capite amputato truncum canibus proijceret deuorandum, cum Aiax clypeo testus ignis instar astitit. Quo uiso, Hector suoru se globo commiscuit, & ascenso curru armorum spolia Troianis in urbem ferenda tradebat, id magnam sibi gloriam fore ratus. Tum Aiax Patroclum lato clypeo operiens, stetit. Et sicut leo pro caulis, quibus in sylua comitatus obuiam sibi uenatores uidens, uiribus toruis supercilium uellit, ut oculos contegat: ita hinc Aiax pro Patroclo, inde Menelaus magnum sub pectore dolorem premens decernere. Tum Glaucus Hippolochi filius, Lyciorum optimus, Glaucus, etorem torue subaspiciens, graui oratione perturbauit: Hector, inquiens, pulcherrime, in pugna longe es inferior. Falso sane laudaris ut strenuus, cum fugias. Age quo

quo pacto Ilium & Ilij populum solus defendes? Nemo enim Lyciorum cum Græcis cōgreditur, cum gratia ha-
beatur nulla, qui pro ciuitate continuum cum hostibus
bellum gerunt. Quonam pacto uiribus inferiorem eripies
ē manibus hostium, timide, cum Sarpedonem & amicissi-
mum tibi & socium auibus laniandum & præde reli-
queris? Cuius uita & ciuitati & tibi magno usui erat.
Tu uero ne canes quidem abigere ab eo uoluisti. Idcirco
si quis mīhi nunc Lyciorū crederet, patria omnes repeti-
ta, Troiam ad manifestum relinquemus excidium. Nam
si Troiani intrepide aliquid auderēt, ut assolent, qui pro
patria pugnāt, quamprimum Patroclum Ilium traxisse=
mus. Quod si contigisset, mox Græci pulchra Sarpedonis
arma nobis reddidissent, cum tāti uiri & Græcorū opti-
mi & comites & amici belligerando ceciderint. Tu autē
magnanimi Aiakis aspectū non sustinuisti, cum ē regione
pugnantem uideres. Neq; rectā cum eo congredi ausus
eras, quādoquidem est quam tu fortior. Hunc toruo tultu
Hector. intuitus Hectōr, Glaucc, inquit, quid tandem talia tam su-
perbe loqueris? Profecto amice, ego te præ cæteris fœcū=
de Lycie incolis sapere arbitror. Verum de te nunc cō=
queror maiorem in modū, tali me animo insimulasse, quod
magnum Aiaccem ferrē munime possim. Non ego certamē,
neq; equorum strepitum detrectauī. Verum Iouis quam
uiri consilium semper potius est. Is nanq; & potentem
proterit uirum, uictoriā facile aufert. Non nunquam
& ipse compellit ad pugnam. Sed age amice ad sis oro,
& qualem me geram prospice, an semper timidus sim, ut
predicas, an Danaorum acerrimum, ne mortuum Patro-
clum sibi uēdicet, impediā. Simul hæc fatus, clara uoce ad
Troianos cōuersus, O' Troiani, inquit, Ly cijs & Dar=
danij

danij bellatres, viri sitis amici, recordanuni bellicæ uirtutis, ut opera uestra fortissimi Achillis optimis armis induar, quæ interempto Patroclo abstulimus. Sic clamans, properat glriosus Hector è sanguinea pugna, & celeri cursu nondū lōge profectos comites, Iliū gloria Achillis arma auferre iussos, assequitur. Eminus itaq; a tristis pugna mutatis armis, sua sacrū Ilium defrēda mādauit, & immortalia Achillis induit, quæ dij superi Peleo patri, dilecto ipse filio senex tradiderat, qui tamē in patrijs armis non consenuit. Hectorēm igitur ut procul diuini Achillis armis munitū despexit Iupiter, cōcutiens caput, hæc secum, O nuser. Neq; enim nunc de morte cogitas, quæ iam aduentat. Tu immortalia arma inducris uiri fertissimi quem alij tremunt. Cuius tu comitem & benignum & fortē interemisti, arma autē nulla moderatione accepisti, & humeris diripiisti. Verum nunc tibi magnas uires armorum præmium præstabo, quoniam nunquam ē prælio pedē turpiter retulisti. Et excipiet gloria Achillis arma uxor Andromacha. Dixit, & cæruleis supercilijs annuit Iupiter, aptauitq; Hectori arma. Mars terribilis atq; inuictus dux ei in pugnam fuit. Hi uires Hectori imensas præstiterunt. Sed ad commilitones reuersus, clacricri uoce, & coruscis armis perquām simulis magnanimo Achilli uidebatur. Tum singulos hortatus, Mesthlem, Glaucum, Medonti, Thersilochum, Astropæum, Disinora, Hippothoum, Phorceū, Chromū, & Ennomon uatem, hos inquā hortatus, Audite, inquit, innumeræ gentes & cōmilitones mei. Non enim quod tanta indigēa multitudine, à patrijs sedibus uestrum singulos exciui, sed ut mecum Troianas nurus & paruos liberos alacres à bellis Achiniis vindicetis. Quod cū uidero, munera uobis & mi

et uictum constituam. Hoc pacto singulorum alacritatē
 & animos excitabo, quorum qui rectā cum hoste confli-
 xerit, uel occidat pulchre, uel uincat. Hęc belli uirtus est.
 Qui uero Patroclum quamvis mortuum in Troianorum
 rediget potestatem, cedetq; ei Ajax, dimidiata ipse spolia,
 ego reliquum recipiā. Propterea non minore quam ego
 gloria afficietur. Hac Hectoris oratione Troiani cōciti,
 rectā in Danaos infestis telis impetum fecerunt, spe bona
 Aiax. confirmati, posse se Aiaci Telamonio ui Patroclum au-
 ferre, stulti sanc: multi enim illic Aiakis ense eciderunt.
 Qui tunc Menelaum allocutus, Generose, inquit, amicī,
 minime ex hac pugna spero nos incolumes reddituros.
 Nec tam exanimi Patroclo qui fortasse à Troianis cani-
 bus & alitibus exedetur, quam mihi tibiq; timeo, ne qua
 calamitate afficiamur. Inimica enim nebula omnia ope-
 rit. En nobis Hector graue exitium. Age optimos Grē-

Menelaus. corum hoc aduoca, si quis audicrit. Paruit dicto Mene-
 laus, & clare proclamans, O Grēcorū, inquit, amicissimi
 duces & principes, qui apud Atridas Aganēnonem &
 Menelaum publice uictitatis, & singuli populis impera-
 tis (ex eo Ioue enim honor & gloria prouenit) neque
 enim facile singulos ducū uidere in tanto praelij tumultu
 licet, uestrum inquam quisq; hic ultro properet, sibiq;
 dedecori reputet, si Patroclus Troianis canibus ludifice-
 tur. Hęc clamantem continuo audiuit Oileus Ajax, &
 primus accurrit. Inde Idomeneus, Idomeneum secutus est
 Meriones Marti similis, alijq; quorum nomina quis cō-
 prehendencrit? qui mox praelium instaurauerunt. Verum
 Troiani priores duce Hectore subiti conflixerunt. Et
 quasi in obuium flumen fragore magnus irati maris flu-
 etus defertur, & summa littora aestuanti mari reboant,
 tanto

tanto illi clamore inuaserunt. Græci autem unanimis Pa= troclū circunstere, suisq; clypeis protegere: quos densis tenebris offundit Iupiter, neq; enim Patroclum uiuentem oderat, utputa Achillis comitem. Oderat autem, quod Troianis canibus præde relinqueretur. Hac gratia in auxilium socios exciuit. Priores autem Troiani irruerunt. Inde relicto Patroclo, nullo, quamvis cædis avidi, interempto, pedem restrebant. Farum tamen absuit, quin exanimem uendicarent, & in fugam Achiui uerteren= tur, nisi non parum Ajax Troianos perturbasset, qui ex specie & uiribus præter formosissimum Achillem ceteris præstabat Græcis. Irrupit autem in primam aciem apro simus, qui in montibus canes inuasisset, & ualidos & laboriosos facile inter densa sylvuarum dissipat, talis clari Telamonis filius Ajax facile per Troianos euasit, qui Pa troclum circumstabant, intenti, ut eo in urbem protracto, gloriam suorum propagarent. Tum nobilis Lethi Pe= lasgi filius Hippothous clipei lero Patrocli pede perso= ratis neruis alligato, per consertissimam pugnani trahe= re, Hectori & Troianis gratificaturus. At sibi exitio fuit, quo nemo quamvis cupidus cum eripere potuit. Eum namq; Telamonis filius per globum insectatus, in maxila per galeam crinibus equinis cristatum, & graui iclu diuisam uulnerauit. Tum cerebrum cruore perfusum, per hastam ex uulnere decurrit. Ita amissis uiribus, Patrocli pes eius manibus elapsus procubuit, ipse quoq; super eo in faciem concidit, à Larissa patria procul, neq; amantis= simis parentibus educationis præmia exoluit, cum bre= ui uita frueretur, magnanimi Aiæcis hasta interimere= tur. Hector autem iterum in Aiacem hastam iaculatus est, quam ille è regione in se deferrì intuitus, parumper declinauit.

declinavit. Hinc Schedium magnanimi Iphiti filii, optimum
 Phoceanum, qui clara Fanopei domo habitas mul-
 tis uiris imperitabat, media oſſum compage uulnerauit,
 ferri autē acies per summum humerum euasit. Inſonuit
 ipſe cadens, & ſub eo arma. Inde Ajax Hippothoi filio
 Phorcinae defendanti, enſe medium uentrem perfracto
 thorace hauiſit. Is prolapsus, terram manu apprehendit.
 Interim cū comitibus ſuis clarus Hector diſcedere, Græci
 uero magnis clamoribus exanimes Phorcina & Hippo-
 thoum trahere, & armis ſpoliare: Troiani Achiuſis bello
 impares Iliū repetere, Græci uiribus & uirtute ſua glo-
 riari, nihil ad Louem referentes. Tum Apollo Periphanti
 præconi Iphiti filio ſimilis, qui apud patrem paterna in
Apollo. arte conſenuerat, Aeneam admonuit. Norat enim quid
 conſulenandum foret: Aenea, inquit, quonam pacto præter
 dei uoluntatem apud altum Ilium deſidetis? Hostes uiri-
 bus, uirtute, fortitudine, & in numero ſuorum exercitu
 freti, uictoriā prosequuntur. Quam longe magis uobis
 quam Danais uictoriā optat Iupiter. Sed his congre-
Aeneas. diſmidatis. Sic dicentem Apollinem Aeneas cognouit, &
 clara uoce, Hector, inquit, uosq; alij Troiani principes
 & commilitones, pudcat tādem nos imbecillitatis noſtræ,
 quod tam turpiter Græcis terga uertamus. Sed quis mihi
 deorum aſſistat? Louem regem maximum belli consultore
 atq; fautorem arbitror. Quamobrem recta in Danaos
 uadamus, ne Patroclum ad naues ociosi reſtrant. His di-
 citis, longe ante alios proſiliſt. Inde alij in Græcos irruerunt.
 Tum Aeneas Leocritū Arisbantis filium optimum
 Lycomedis ſocium hasta interemit. Quē cadentem miſe-
 ratus Lycomedes propior factus, telo Hippaſi filii Apia-
 ſaina populi duxtorē ſecundū hepar ſub uitalibus hauiſit,
 proſtrauitq;

prostrauitq; è uestigio. Is ex sœcunda Pæonia adueniat, & in pugna post Asteropæum fortiter fecerat. Quo cadente, ingemuit bello strenuus Asteropæus. Irruitq; alacer in pugnam aduersus Danaos. nihil tamen proficit. Clypeis enim undique tegebantur circa Patroclum, directis in hostem telis. Etenim Aiax maiorem in modum omnes cohortari, neminem ut à Patroclo discederet, utq; segnius cæteris pugnaret, sincere, sed è uestigio iniaculari, & fortiter facere compellebat. Sic se gerens magnanimus Aiax, terra cruento madescit. Plurimi strenuissimi Trojanorum Græcorumq; cadere (neque enim hi sine sanguine rem gerebant) Longe tamen pauciores è Græcis cadebant, inuicem periculum mutua ope propellere contendentes. Sic utrinque pugnabatur instar ignis ardentes, ut neq; sol, neq; luna officium suum facere uiderentur. Caligine enim operiebantur. Quidq; optimus ex animem Menœtij filium defendere contendebat. Cæteri & Troiani & Græci remissius puro intentere pugnare (neque enim nebula omnia operuerat) Pugnabant autem qui longius aberant, tristia tela intentantes: qui in confertissima pugna, & tenebris & angustijs laborates. At Thrasymedes & Antilochus uiri strenui nondum exanimè Patroclum audierant, sed adhuc arbitrabantur inter primos cum Trojanis decernere, qui cædem prospicientes, & sociorum fugam, procul tamen iussu Nestoris rem gerebat. Prælium autem in horas & labore & sudore continuo deseuire. Genua, tibiæ, pedes, manus, oculi, undiq; circum fidum Achillis comitem uulnerari. Et quemadmodum si quis pingue tauri pellem à pluribus extendi iuberet, inter extendendū & humor & pingue desudat: sic illi huc paruo in spatio exanimem distrahebant. Sperare enim

Troiani illum in urbē, Græci ad naues auferre. Sic utrinque prælium feruere. Nec Mars populorū concitor, neq; Minerua his mouebātur. Tali pro exanimo Patroclo & homines & equos clamitate die illo affecit Iupiter. Neque ad Achillis aures adhuc cædis illius fama percuenerat. Cenimus enim à nauibus pugnabatur ad muros Troianos) neq; interemptum, sed sub ipsis mœnibus pugnare, & mox redditum sperabat. Neq; enī opinabatur urbem Troiā sine Patroclo casuram, cum sè penumero auditio reditu matrem rogasset, si quid ipsi magni Louis sententia polliceretur, illa tantum malī, charissimi uidelicet socij interitum, nunciare ei nunquam uoluit. Verū utrinque infestis telis pro Patroclo concurrebat, & inuicem se se

Græcius. uocabant. Tunc Græcorū quidā, Amici, inquit, haud nobis gloria erit, si ad naues pedem referamus. Hæc terra omnibus sufficiet. Hoc lōge satius; quam si Troianos in ur-

Troianus. bē & Patrocū et gloriā reportare sinamus. Cōtrà è Troia nūs unus, Si fatū, inquit, uno in hominē superari potest, & in omnibus simul, nemo pugnā negligat. His utrinque uerbis singulorum uires excitatæ sunt, enīce utrinque certabatur, ferri crepitus cœlum per aërem turbidum attingebat. Achilles autē equi longe à pugna discurrentes frencere, cum primum aurigā ab Hectore prostratum senserunt. Atqui Automedon strenui Diorei filius crebro uerbere, nunc adulacionibus, nunc minis equos agitabat. Illi neq; naues & latum Hellefponū uersus referre pedē, neque rursus in præliū ire, sed tanquam columnā in alicuius momēto firme collocata: sic illi in uestigio alter alterius capiti admotus, perstabant. Lachrymæ autem calide per genas his defluebant, aurigæ desiderio gemētibus. Florides coma utrinque è curru delapsa sordebat. Quorum genitum

gematum cū despiceret Saturni filius Iupiter, moto capi-
 te secum, O miseri, inquit, quid nos addimus Achilli regi ^{Iupiter.}
 mortali? Vos & incorruptibles & immortales estis. An
 ut infeliciū casum doleatis? Neque enim quicquam est
 omniū, quæ supra terrā spirant & uersantur, homine la-
 boriosius. Sed nunime ego aut Hectorem aut alium à uo-
 bis et curribus istis uectari permittam. Non' ne satis quòd
 armis potitus est, & gloriatur incassum? Vestrīs autē pe-
 dibus & animo uiires suppeditabo, ut Automedonta è
 pugna ad naues incolu[m]em referatis. Adhuc enim uobis
 interimē di gloriā largiar, quo ad in naues reuertātur, &
 sol occidat, & crepusculū terrā obnubat. His dictis simul
 uires equis inspirauit, qui è uestigio à crinibus excusso
 puluere per Troianos & Græcos citū curru traxerc. At
 pro socio tristis Automedō irruit more uulturis in anse-
 res. Facile autē se à Troianorū impetu exenit, et per glo-
 bum multos insectatus est, nemine tamen interfecit. Neq;
 enim cū solus magno in curru uersaretur, et tela simul di-
 rigere, & celcres equos regere poterat. Scro autē eū so-
 cius Alcimedō Laercci Emonidæ filius cōspicatus à cur-
 rus tergo, Quis tibi decrum, inquit, Automedon inutile
 consilium atque sententiam in mentem adduxit, ut cum
 Troianis solus in prima acie manū consereres? Socius in-
 terēptus est, Hector armis Achiliis potitur iactabūdus. Ad ^{Alcimedon.}
 quē rursus Automedon Diorei filius, Aleimdon, inquit,
 cui Græcorū mortales equos roburq; ac uirtutē habere
 continget, nisi diuino Patroclo, dum uiueret? Nūc morte
 & fato præuentus est. At tu flagellū et habenas accipias.
 Ego ex equis in prælū descendā. Tum Alcimedon citissi-
 mo curru ascēso, eius curā suscepit, ille uero desiliit. Quod
 cum Hector intueretur, continuo ad propinquū Aeneam

Hector. conuersus: Acnea, inquit, Troianorum consiliator, equos Achillis in pugna imperitis aurigis regi aduertimus, quos ego me, modo uelis, asscuturum spero. Neq; enim e regione eos aggressi capere possemus. Sic ait, et dicto paruit Anchise filius. Pelle igitur dura humeros testi, recta uadebant crepitum ualido. Quippe qui ferro multo operiebantur. His Chromius et pulcher Aretrus bona eos interimendi et capiendi spe comites additi, et sane stulti. Neq; enim sine sanguine futurum erat. Nam ab Auto-

Automedon. medote uulnernati sunt. Qui Iouem patrem precatus, uirtutis, uirium, et prudentiae plenus, fidum socium statim allocutus, Alcimedon, inquit, ne logius a me cum magnanimitis equis abeas. Neq; enim arbitror Hectorem ab his antequam Achilli adducantur, neq; a nobis interficiendis temperaturum, ut mulitum nostrorum ordines perturbet, nisi ipse in primis capiatur. His dictis conuersus, C' Aiaces, inquit, Argiorum duces et Menelaë, hic quo se animam respicite. quisq; optimus auxilio nobis sit, et nostrorum ordines et nos a tanto periculo vindicet. En trieste præliu Hector atq; Acneas Troianorum optimi excitareunt, sed hoc in deorū potestate sitū est, ipse iaculabor, et Ioui patri curæ est iacula dirigēdi. Dixit, et uibrata hastā longius misit. Quæ Aretri clypeum et zonam traiiciens, inum uentre peruasit, haud aliter, quam cum iuuenis secundum cornua bouis agrestis securim impedit, neruosq; incidit, ille impetu facto humi procubuit, ita Aretrus cecidit resupinus. Peractū autem telum uiscera confudit. Tum Hector iaculo Automedontē petiuit, quod flexo capite declinatū, humili extrema parte cōcussa affigitur. Ex eo uirū habenis effudit scuissimus Mars, et ensibus cōtinuis res geri cœpta, nīj Aiaces pugnam alacres diremiserent,

scit, qui à socio admoniti, cò irruperūt. Quos Hector &
 Acneas ueriti, & unà pulcher Chromius, pedē retulerūt,
 Arebro illic dimisso exanimi, quem strenuus Automedon ^{Automedon.}
 ilico armis spoliauit, iactabudusq; Certe, inquit, aliquan= tulum Patrocli anima mœrore leuabitur, licet deteriorē
 interemerim. Simul hæc dicens, cū mortalibus spolijs cur= rum ascendit, pedibus manibusq; sanguine aspersis, leoni simulis, cum taurum deuorauit, rursus super Patroclo ue= hemens & luctuosa pugna à Pallade instaurata est. Eam
 namq; cuncta proficiens Iupiter cœlo delabi iuſſit, ut
 Græcos excitaret. eius namq; sententia uarie mutabatur. Et
 quemadmodum purpuream Irim ad mortales è cœlo de= muttit, ut sit signum uel belli uel frigidæ hyemis, que ho= mines ab operibus reficit, pecoribus uero nocet: sic uaria se ipsam obnubens Pallas in Græcorum exercitum dela= ^{Pallas.}
 bitur, singulosq; & in primis Atrei filium Menelaum propiore sibi, his uerbis Phœnici & facie & uoce simulis excitauit: Erit sane, inquit, tibi Menelaë triste & pudē= dum, si clari Achillis fidissimus comes sub Troianis mœ= nibus à canibus discerpatur. Sed persevera fortiter, ad= hortare populum. Cui Menelaus, O' Phenix, inquit, uetus Achillis custos, utinā Minerua mihi uires largitetur, & telis uim afferret, ut ego sane Patroclo adesscm, & ipse ferre uelim. Maiorē enim in modū eius obitus meū affectit dolore animū. Verum Hector ignis uiribus & quiparatur, neq; unquam quiescit ferro desæuiens. Eius namq; Iupiter gloriæ fauet. Tunc Minerua letata est, quod primum ante omnes deos ipsius mentionem fecerit. Corroborauit autem & humeros & genua, & audentem reddidit, & humani corporis magna ex parte affectum cohibuit. Le= ne namq; cius ingenium prudenti audacia impluit. Tum

ille Patroclo propior factus telū intorsit. Erat autē inter
 Troianos Podes Ectionis filius, vir locuples & bonus,
 necnon maxime ab Hectore inter ceteros honoratus, co-
 mes eius & sodalis. Hunc ad zonā à Menelao petitū fer-
 rum medium pertransiit. In crepuit cadens. quem Mene-
 laus exanimē à Troianorū ad sucrū globū trahebat. Tum
 Hectorē adfīstens Apollo, Peloppi Asij filio ex abydo pa-
 tria omnium hospitum amicissimo simulis, his uerbis ad pa-
Apollo. gnām incendit: *Quis te Hector Græcerum amplius formi-
 det? Metuisti mollem antea pugnatorē Menelau, qui mo-
 do fidū amicum tuū Podē strenuū uirū interemūt, & solus
 ex Troianorum acie exanimē abstraxit. His dictis macro-
 re eius uultus obductus est. Irruit autē inter primos in ar-
 mis confīcius. Tum Saturni filius Iupiter fulgenti agi-
 de Idam nubibus operuit. Et illa concussa, mucans magnū
 intonuit, præbita Troianis uictoria, Græcisq; in fugam
 uersis, Penolus Boeotius primus fugan arripuit, humero
 aduerso, ut semper, uulnere nō alte perfoſſo, sed ad os usq;
 proscidit Polydamantis hasta. Quippe qui è propinquo
 percusserat. Leitum etiam Alelyronis filium Hector co-
 minus uulnerauit. Qui omissa pugna circumferens oculos
 in fugam uersus est. Licet enim telum haberet, cum Tro-
 ianis tamen decernere non audebat. At Idomeneus in He-
 storem, Leitū persequentem, in festo telo delatus est, quod
 in ualidum in summo thorace insonuit. Tum Troiani ti-
 muerunt. At Hector inde Deucalidis filium Idomeneum
 in curru stantem iaculatus est, sed parum aberrans te-
 lum, Ceranum Merionis comitem & aurigan configit.
 Is pulchra Lycto secutus, pedes, primus è nauibus muliti-
 uit. Et Troianorū uires uicisset, nisi uelocibus statim im-
 pulsis equis illo ab imminentī fato crepto missum ab He-
 store*

store telum interceptisset, sub maxilla & aure grauiter
 sauciatus: qui excusis dentibus & media lingua perfossa
 è curru decidit, habensq; humi iacētes Meriones è ter- Meriones.
 ra collegit, & Idomeneum affatus, Impelle nunc, inquit,
 equos flagellis naues uersus, non' ne animaduertis Græco
 rum uires deficere? Cui Idomeneus citatis equis paruit
 (Formudo tum animum occupauerat) Neq; magnanimū
 Aiacem neq; Menelauum latuit, Iouem uicissim Troianis
 uictoriam suppeditare. Tum Ajax Telamonius, Hei socij,
 inquit, etiā per quām stolidus iamduū cognoscit Iouē pa Ajax.
 trem Troianis fauere. Nulla corum tela incassum mittuntur.
 Omnia siue à bono siue à malo concta Iupiter dirigit,
 nostra omnia incruenta humi figuntur. Verum agite
 optimū excogitemus cōsilium, ut exanimem assequamur.
 Cum eo nanq; reuersi, lētitiae socijs erimus amantissimis.
 Qui his uisis mōrent, neq; aliud quām fortissimū Hecto-
 ris uires & manus fugiendas & in nauibus occumben-
 dum prædicant. At nunc amicus aliquis quām primum
 tristem charissimi amici cōsum Achilli nunciet, nondum
 enim audisse arbitror. Sed nemūnē video, talis & uiros &
 equos caligo obduxit. Iupiter pater, hāc quæso ab Achi-
 uis amoue, iube æthera clarū fieri. Da ut uidere pessimus
 in luce omnes, si placuerit, perditos. Hęc cum lachrymis
 orantem nuscratus est Iupiter, nebulas fugauit, tum sol e-
 micuit, pugna omnis patuit. Hinc Ajax ad Menelau con-
 uersus, Circunspice, inquit, Menelaë, an Antilochū ma- Ajax.
 gnanimi Nestoris filium uiuum uideas. Iube ad Achillem
 charissimū comitis cædem significaturus properet. Quod
 non negligēs Menelaus è uestigio abiit, more leonis, qui à
 caula caries et uiros insultibus fatigat. Illi autē tota nocte
 nūgilantes, pinguis boues defendunt, neq; capi patiūtur:

hic carnis avidus insultat, frustra tamē: nam crebra iacula
 ualidis uibrata manibus & faces licet uelox formudat,
 mane autem tristis discedit. sic Patroclum strenuus bello
Menelaus. Menelaus perquam inuitus dimittere. Præ nimio enim
 metu Græci illū hostibus lacerandum relinquere. Multa
 uero Merioni Aiacibusq; mandabat: Aiaces, inquit,
 Achiuorum duces, & Meriones: quem nunc miseri Pa-
 trocli memoria subit? Qui cum uiueret, erga omnes mi-
 ram præ se mansuetudinem tulerat, nunc uita functus est.
 Simul hæc dicens, cōuersus circūspectabat ut aquila, quā
 acutissime inter uolucres cernere aiunt: quæ alte uolans,
 latentem sub frondifero frutice leporem delapsa è uestigio
 exanimauit. sic tu generose Menelaë omnia nunc at-
 tentente persociorum globum lustrabas, sic ubi Nestoris fi-
 lium uideres. Quem statim cognouit ad sinistram socios
 bortantem, & ad prælium excitantem. Huic propior fa-
 ctus Menelaus, Age huc, inquit, generose Antiloche, audi
 grauē nunciū, qui utinā non accidisset. Nam enim te solo
 uisu cognoscere arbitror, quid nobis deus calamitatis pa-
 ret. Victoria penes Troianos est. Occubuit optimus Gre-
 corū Patroclus, qui magnū sui desideriū Achiuis reliquit.
 uerum tu ad Achillem properato, ut sine mora exanimem
 uendicet, & ad naues referat incrmē. Nam armis Hector
 potitur. Hoc nuncio obstupuit Antilochus, & lachrymas
 tus ciulauit. Non tamē Menelai mandatis neglectis, pro-
 perans arma Laodaco socio commendauit. Inde statim
 conuersis equis flentem citato cursu pedes abduxerunt è
 prælio, ut Achilli tristem nunciū afferret. At minime tibi
 dijs genite Menelaë passus est animus laboratibus Antio-
 lochi socijs opitulari, qui eius discessu magnū ipsius des-
 sideriū ceperat. Sed Thrasymede ad Pylios missō, ipse Pa-
 troclum

troclum repetis, atq; Aiacibus citato cursu refers Antilo-
chum ad naues præmisisse, qui rem omnem Achilli signi-
ficaret. non tamen cum canet si maiorē in modū Hectori
iratum, uenturum arbitramur. Quo enim pacto inermis
armatis hostibus congrederetur? Quamobrem, inquit,
optimum capiamus consilium, ut exanimem uendicemus.
Et dum clamant Troiani, à tanto nos surripiamus peri-
culo. Cui magnus Ajax Telamonius, Omnia, inquit, recte Ajax,
consulisti Menelæ. uerū tu & Meriones impetu quām-
citiissimo Patroclum è pugna elatum auferre. Nos à ter-
go Troianos & Hectorem propulsabimus unanimes, ut
prius uehemens prælium iniucem opitulati excitauiimus.
Sic ait. Illi continuo exanimem ulnis alte clatum abstu-
lerunt. Tum Troianus populus à tergo inuasit, ut ca-
nes in uulneratū aprum ante uenatores irruentes in eius
perniciem alacres. Verum cum ille uiribus fretus in eos
conuertitur, rursus aliij aliò pedem refrunt. haud aliter
Troiani quoad globo factō persecuti sunt Græcos, &
ensibus & hastis eos sauciabant. Cum uero Aiaces in eos
conuersi sunt, extemplò substituerunt, neq; quispiam pri-
mus pro exanimi pugnare sustinuit. Hoc pacto Patroclus
ad naues è prælio refrebatur. Id tamen asperū & uehe-
mens in longum deseuiebat, more ignis, qui urbe in-
censa repente domos comprehendit, flamma' que uento-
rum uiucta uehementius concrepat. Tali illi & equo-
rum & uirorum pugnatiū tumultu concurrebant. Et
quē admodū muli certatim ex mōte per salcbras trabē uel
lignū ad naues faciēdas trahētes, & labore simul et fudo
re æstuāt, sic hi alacres deferebāt exanimē. A' tergo autē
Aiaces impetum sustinebant. Ac ueluti prærupta syluarū
desfluentem cum impetu in campum aquam, & uehemētes

torrentium lapsus cohíbent, qui cum uniuersum campum
occupant, non tamen ui sua prærupta ualent proscinde-
re: ita Aiaces p̄cst tergū Troianoruū uim cohíbebant. Illi
simul sequebantur. In quibus insignes duo, Acneas atq; Hecter. Et quicmadmodū sturnorum uel graculoruū multi-
tudo aēra implet clangoribus, cū accipitrē minoribus cla-
dē avibus minantē intuetur, sic sub Acnea et Hectore Grā-
corū iuuenes in megro clamore iam pugnæ obliti pedem
referebat. Multa autem & pulchra arma circū fossam Dā-
nas fugientibus cadebant: non tamen à pugna cessatū est.

· I L I A D O S H O-

M E R I C A E L I-

B E R X V I I I .



V M Troiani hoc pacto ignis ardētis in-
star pugnarent, interea Antilochus ad A-
chillem nuncius properās, cum ante rostra
tas naues animo quid factō opus esset uol-
uentem inuenit. Secum enim ingemiscens

Achilles. diebat: Hei qnid rufus Achui naues reptūt trepidates?
Vtinā ne dij quod meus nunc suspicatur animus, permise-
rint, quicmadmodū mihi mater aliquādo narrauit, Myrmi-
donum optimū, me uiuo, Trojanorum manibus peremptū
iri. Profecto fortis Menœtij filius periit, nusser, cui ego
mandaram, cum primum bellicū ignem excitasset, mox re-
uerteretur, neq; Hectori cogredi auderet. Dū hæc animo
anxius agitaret, ecce clari Nestoris filius stillantibus per
Antilochos. ora lachrymis, Hei, inqt, Pelei fili, grauiſſimū ex me (qui
utinam uanus esset) nūcium accipies: Iacet Patroclus, &
pro exanimi & nudo nunc decernitur, siquidem arnis
potitus

potitus est Hector. His uerbis nigra ob dolorem nebula Achillis oculi caligarunt. Tum cincre capite asperso, gratiosam dehonestauit faciem & mundā tunican. Inde humu prostratus, comam uellere. Ancillæ, quas cum Patroclo prædam ceperat, præ nimio dolore eiulare, ex è tabernaculus ad Achillem properare, pectus plangere, mēbra discerpere. Flebat & Antilochus, Achillem amplexus, ueritas ne ipse sibi iugulum ferro appeteret. Quem tam gravioriter eiulantem uenerabilis mater ab imo maris uado, ubi patri seni assidebat, audies, in fletum prorupit. Tum Nereides ad eam cōcurrere, inter quas Glauce, Thalia, Cymodice, Nesaea, Spio, Thoe, Halie, Cymothoe, Actae, Limmoria, Melite, Iera, Amphithoe, Agaue, Doto, Protho, Pherusa, Dinamene, Dexamene, Amphinome, Callianira, Doris, Panope, pulchra Galatea, Nemertes, Apseudes, Callianassa: prætrea Clymene, Ianira, Ianassa, Mæra, Oribhya, & pulcherrima Amathia: aliae itē quæ propè aderāt, antrū omne cōplorunt. Et cū pectora plangent, lugēs Thetis, Audite, inquit, serores, ut quid animum meū sollicitet intelligatis. Me nuscrā, quæ filiū fortissimum atq; herou optimū peperi, quem tanquā ramū in fœcunda terra educās ad Iliū classe præmisi, ut cum Troianis bellū gereret, nec ad patrios lares redeuntem amplius uidebo. Nunc quod uiuat, & sole fruatur, dolet. Neq; ei auxilio esse possum. ibo tamē ut eū uisam, & audiā, utq; & luctu simul et prælio abstineat, admonebo. Hæc locutā et antro digredientē, Nereides cū lachrymis maris fluctus sulcates comitatur. Cū uero ad fœcundā Troiā annascat, ascēderūt littus, ubi lōgo ordine subducte erant naues circū Achille. Cui amarē plorati, uenerabilis astitit mater, eumq; cū Theda siulatu complexa, Fili, inquit, quid ploras? quid te mortore

rore conficis? Dic palam, nihil me celes. His fine dedit Iu-
 piter, cui tu iam inuitus manibus supplicauisti, ut onnes
 in rostratis nauibus Achii tui egentes, te indigna per-
 peti quererentur. Huic lachrymans uelox Achilles, Ma-
 Achilles. ter, inquit, horum mihi Iupiter autor est. Sed mihi quid ut i-
 litatis afferunt, ex quo mihi charissimus perijt Patroclus?
 quem ego tanti faciebam, ut me ipso apud me non esset in-
 ferior. Eum meis armis & superbis & uisu præ pulchri-
 tudine mirandis Hector interemptum spoliauit, quæ Pe-
 leo dij dono dederant, qua die te mortalis uiri coniugio
 iunxerunt. Vtinam tu cum dijs immortalibus habitassis,
 Peleus autem mortalem duxisset uxorem. Nunc autem, ut
 maiorem in modum filij morte doleas, nō amplius me do-
 uerc, neq; cum hominibus consuetudinem habere persuas-
 Patrocli cedem ulciscar. Huic contrà profusis lachrymis
 Thetis. Thetis, Breui, inquit, morieris fili mi, ut dicis. Statim enim
 Achilles. post interemptum Hectorem citate morte oppimeris. Tū Achil-
 les suspirans, Statim sane, inquit, moriar, ex quo amicissi-
 mo meo ne procul à patria occumberet, auxilio esse non
 potui. prohibuit enim Mars. Sed cum patrum solum nu-
 nime reuirus sim, neq; Patroclu, neq; socios et alios, qui
 sub forti Hectore ceciderunt, liberauerim, sed frustra apud
 naues desidens terrori omnibus fui, qualis nemo Achiuo-
 rum in bello, cū in concionibus alij etiā præstiterint. Vti-
 nam bellum inter deos & homines oriretur, & ira, quæ
 etiā sapientissimorum perturbat, & lōge dulcior melle hu-
 mana pectora tanquam sumus obnubilit, in quam me nunc etiā
 impulit rex Agamemnon. Sed iam acta quamuis dolentes
 omittamus, et animos nostros necessitate cohibeamus. Nuc.
hero

uero cum amici interfectore primū cōgrediar, inde mor-
tem pro Iouis & deorum uoluntate subire minime dubi-
tabo. Neq; enim uires suæ à morte amicissimū Ioui Her-
culem uindicarunt, fato & graui lunonis ira perdonitū.
ita & ego, si idem me fatum manet, succumbam. Interea
pulchram gloriam refrens, aliquā ex Troianis nuribus
& pulchris & comptis lachrymas utraq; manu siccans
tem flere cogam, & diu me prælio abstinuisse intelligent.
Neque me a pugna cupiens extraxcris, neq; id mihi per-
suaseris. Ad hæc Thetis, Profecto, inquit, fili mi, haud in= Thetis.
dignum est, ut laboratibus graui exitio amicis succurra=
tur; sed armis tuis pulcherrimis et ære fulgetibus potiun=
tur Troiani, ijs munitus Hector gloriatur. Non tamen ar=
bitror diu lètaturum, quandoquidem mors aduentat. Tu
uero noli queso in belli tumultus prius descendere, quam
me ad te redeunte uideris. Mane oriente sole ad Vulcanū
pulchratibi arma allatura contendam. Sic locuta, & ad
marinas sorores cōuersa, Ite, inquit, in magnū maris si= Thetis.
num & domos patrias, & marino seni omnia refratis.
Ego altum cœlum ascendam, ut ab insigni fabro Vulca=
no pulcherrima filio arma impetrem. Tum illæ maris flu=ctus euestigio subierunt, ipsa olympum petijt. Interea Græci magno tumultu ab Hectore in fugam uersi, naues
& Helleſpontum repetebant, neque exanimem Achillis
comitem à sagittis uindicarunt. Iterum populus equita=tusq; et Hector Priami filius instar flammæ furentis illum
abstulerant. Ter eum pedibus præhēsauit Hector, ut ab=straheret, clara uoce Troianis minatus. Ter duo Aiaces
magnis freti uiribus, eius impetum repulerunt. Ille con=tra obnoxius, nunc irruere, nunc rursus stare clamutans,
neq; omnino pedem referre. Et quemadmodum à præda
furibundam

furibūdum atq; famelicum leonem ex agro pastores fugare nequeunt, ita neq; duo Aiaces ab exanimi Patroclo Hectorem, qui proculdubio eum magna cum laude uen- dicasset, nisi Pelci filio Iris quam citissima è cœlo clā 1o- ue & dijs alijs à Iunone præmissa nūciatum descēdisset, ut armaretur. Ea igitur cominus accedens, Expergit-

Iris. re, inquit, Achille, Patrocli uiri excellentissimi corpus de- fende: cuius gratia, grauiſſima ad naues pugna commit- titur, & mutuis se cōficiunt uulneribus: hi pro exanimi pugnantes, illi, ut ad uentosum Ilium trahant, decernunt. In primis autē inclytus Hector, cui animus est caput à cer uice amputatum cruci affigere. Sed surge queso, neq; anti- plius desideas. Pudeat tandem Patroclū Troianis canibus Iudibrio & tibi pudori fore, si ita truncabitur. Cui Achil-

Achilles. les: Iri dea, quis te deorum ad me nūciam misit? Tum Iris ait: Iuno clarissima Iouis coniunx, summo Ioue & alijs dijs niualē Olympum habitantibus inscijs. Contrā Achil- les, Quonam pacto, inquit, inermis pugnam ingredi arē Troiani meis armis potiti sunt, & mater amaritissima nō me prius armari iuſſit, q̄ ad me redierit. Pollicita nanque est se arma optima à Vulcano allaturam. Nullius autem arma apta mihi præter Aiacis Telamonij clypeum noui, sed eum nūc arbitror cum Treianis pro Patroclo decer-

Iris. nere. Iterum leuis ut uetus Iris, Non sanc ignoramus, in- quit, arma tua in Troianorū potestatem uenisse. Verun- tamē pro fossa te Troianis ostēde, an forte tui metu à pugna desistant, & Greci milites labore confecti reficiantur. Parus autem à pugna cessatiōe opus est. His dictis cū euannisset, Achilles Iouis amicus commotus est. Minerua fortes eius humeros angulosa ægide muniuit, caput aue- reo nimbo & undiq; illustri flamma flagrante operuit.

Et

Et quemadmodum fumus ex urbe sublatus in aëre diffundit
procul ab insula, quā hostes aſidue truci prælio do-
mi exerciti oppugnant, ſolc autem occaſo, ignes frequē-
ter in edito accendunt, ut uicinis appareat, ſi forte nauis
auxilio uenirent: haud aliter ab Achillis uertice iubar
in æthera diffundebatur, qui procul à muro ascensa foſ-
ſa neq; ſe Achiuiſ immiſcens, matris dicto paruit. Illic
igitur exclamante, è longinquo bellicosa Minerua locu-
ta magnum in Troianis tumultū excitauit. Sicut enim cū
obſidentibus ſeuis urbē hostibus, uel clarior uox, uel claf-
ſicū perſtrepit: ita nūc Achilles magna uoce inclanauit.
Quā cū audirēt Troiani, perturbati ſunt animis. At equi
retro currus uerterūt (labores enim imaginabātur) auti-
gæ autē stupuerunt, cum tantū & tam formidabilē à Mi-
nerua accenſum ignē magnanimi Achillus caput läben-
tem uiderūt. Ter aut pro foſſa clara uoce Achilles procla-
mauit, ter perturbati ſunt & Troiani & auxiliarij milia-
tes. Quorum duodecim illic iuxta currus hastis ceciderūt.
Græci autē Patroclū alacriter extra ſagittarū iactū au-
ferentes lecto imposuerūt. Circū clarissimi ſocij deflere, &
in primis Achilles calidis abluētibus ora lachrymis ſequi,
poſtquā fidū amicū in pheretro iacentem, & acuto ferro
ſauciū uidit, quē uuper ſuis armis ſuisq; equis in prælium
alacrē miferat, nunquā amplius reditūr. Tū Iuno infati-
gabilē ſolē appellans, inuitū in oceani fluctus descendere
cōpulit, cuius occaſu à pugna respirarūt Achiui. Contrà
Troiani relato pede à curribus ueloces equos ſclucrūt. In
de ante cœnā in cōcionē uocatis, ſtātibusq; (uifum enim
pro foſſa Achillē, qui à tristi pugna diutius abſtinuerat,
formidabant) Polydamas Panthi filius, qui ſolus & præ-
ſentia norat et futura, et Hectoris ſocius; eadē enim nocte
anbo

ambo nati erant, sed ille hasta, hic uerbis præstantior. Hic
 inquam Polydamas, sapientia præditus singulari, huius=
Polydamas. modi orationē habuit: V elim amuciissimu, quæ mea sentētia
 sit, cōsideretis. Iubeo enim ut Ilium relictis castris & na-
 uibus ante lucē repetamus. Etenim quo magis ille uir Aga-
 memnoni succēsebat, eo facilius Achiui uinci poterāt. Læ-
 tabar ego ad agilē & utrinq; uersatilem Græcorū clāsē
 nos cōgressos, eam assēcuturos sperabā. Nunc uero for-
 tem Achillem maiorem in modum timeo. Siquidē superbus
 eius animus, medijs campi (ubi Græci & Troiani dirimūt
 prælium) finibus minime contentus erit, sed de ciuitate
 & uxoribus nostris pugnabit. Quamobrem (mūhi credi-
 te) reuertanur. Euenient quæ dixi. Nunc noctis gratia
 abstinebit. Quòd si crastina nos hic deprehendūt, impetu
 facto, & aliquo sane cognitus alacer altū Ilium aggredie-
 tur. Si fugerimus, multi nostrum canibis uulturibusq;
 deuorandi cadent. Utinam hoc uerbis duntaxat audia-
 mus. Quòd si me audietis, hac nocte summa ope urbē mu-
 nire, turres & portas claustris obfirmare custodijsq; cu-
 rabimus. Luce autem aduentante, armati per turres di-
 sponamur. Quòd si è nauibus Ilium expugnatū uenerit,
 iniquo loco, re male gesta, lustrata urbe, & uario equorū
 discursu contentus, rursum naues repetet. Nunquam au-
 tem urbem ui irrumpercere audebit, neq; expugnabit, prius
 cum albi canes deuorabunt. Hunc perorantē toruo ocu-
Hector. lo intuitus Hector, Polydamas, inquit, tu me non amplius
 alloquaris, cum iubeas ut Ilium repetamus. Nō'ne haec=
 nus satis superq; mœnibus clausi delitiumus superiori tē-
 pore? Priamū ciuitatē nationes alie multo auro atq; ære
 abundantem prædicabant. Nunc preciosa domorum su-
 pellecilia perierunt, multa in Phrygiam, multa in claram

Mœniam

Mæoniam empta aportata sunt, ex quo maximus nobis
iratus est Iupiter. At nunc cum nobis mutuo consilio fa-
uere cœperit, ut hanc apud naues gloriā consequeremur,
et mari hostes concluderemus, fugiendum consulis? O'
stulte, ne ego te amplius in populo huiusmodi loquentem
audiam. Nemo id sibi Trojanorum persuaserit, neq; ego
permittam. Sed agite, et quæ dicam persuasos omnes uo-
lo, his nunc in castris et acie, primum corpora, inde cu-
stodiam curate, et uigilate omnes. Qui autem ex Trojanis
opum copia alios solicitat, eas distribuat, et cōsumat
in populum. Satius hoc, quam si ijs Achiui potiantur. Sub
lucem uero armati ad naues pugnam cōmittemus. Quod
si magnus Achilles prodierit, haud detrectabo, sed contrā
congressus, aut ipse, aut ego magnam gloriam referam.
Communis belli fortuna est, sternentem sternit. Hanc He-
ctoris concionem laudibus prosecuti sunt Trojanis, stulti
quidem, quippe à quorum mentibus Minerua discesserat.
Laudauerunt itaque Hectorēm perperam cōsulentem, sa-
num autem Polydamantis consilium nemo. Inde omnes
cœnati. At Græci tota nocte insomnes fleuerūt, et Achil-
les in primis amici exanimi pectus affatim stillantibus per
ora lachrymis pertrectans, iubati leonis instar, qui catu-
los ex densa sylua à uenatore abreptos repetito cubili nō
inueniens, tristis et præ nimia ira furens, uiri uestigia
prosequens, uniuersam peragrat syluam: talis Achilles la-
chrymis ad Myrmidones conuersus, Heu, inquit, quam Achilles,
stulte locutus sum die illa, cum clarum Menœtium hor-
tatus sum, ut Opunta filium duceret, qui Ilium peteret
præde particeps. At Iupiter non omnes hominum cogi-
tationes ratas facit. Si quidem ita fata iubebant, ut eadem
humus utriusque nostrum sanguine aspergeretur. Nam

neque me in patriam redeuntem senex Peleus, neq; The-
 tis mater accipiet, sed eadem humus nos conteget. Verum
 Patrocle, postquam te posterior uita cedam, nō tibi prius
 iusta persoluā, quām buc tui magnanimi interfectoris ar-
 ma & caput attulero, necnon duodecim ē nobili genere
 Troianos ante rogam, tuam ob cēdem iratus truncauer-
 ero. Tu mihi hoc pacto apud naues iacebis, circū te Tro-
 iane & Dardanides nurus amplis in uestibus noctes &
 dies plorabunt, quas omnes ui & telo mastabimus, locu-
 pletes diuersae nationis euertemus ciuitates. His dictis, ius-
 fit amicis magnum igni lebetem admoueri, & quām pri-
 mum Patrocli corpus cruore sordidatum ablui. Quo fa-
 cto ligna subiiciebant, & lebetis corpus flamma comple-
 xabatur, & concalcebat aqua. Qua feruente eum laue-
 runt, & pingui oleo unixerunt, uulnera nouem a:inorum
 unguento farserūt, in lecto impositum lineo à uertice ad
 pedes operuerunt, desuper ueste alba adiecta. His perfe-
 citis tota nocte insomnes circū Achillem Myrmidones Pa-
 troclum complorarunt. Interim Iupiter Iunonem & so-
 lupiter, rorem & cōiugem his alloquitur: Explesti tandem Iu-
 no. Excitasti Achillem. Quid tandem cum Achiliis? an ne
 luno. tui facti sunt? Cui uenerabilis Iuno, Maxime, inquit, Iu-
 piter, quod ex te uerbum audio? debet profecto uir uiro
 opem ferre, qui mortalis est, neq; eiusmodi nouit consilia.
 Quanto magis ego, quæ dearum maxima & genere, &
 tuo dico connubio? Tu enim dijs imperitas. Non' ne me-
 rito Troianis succenso, & cōtrā aliquid machinor? Hoc
 pacto inuicem confabulabantur. Thetis autem firmissimā
 vulcani domum et inter alias deorū per pulchram, quam
 ipse claudus ferream edificauerat, petiit. Eum sudantem
 & ad fornacem uiginti lebetes conflare properantem in-
 uenit,

uenit, quos circum domus parietes collocaret, quoru^m singulis fundis aureas rotas addiderat, ut per se in deorum certamen ferri possent. Res sane uisu mirabilis. Hactenus facti erant. Ansas autem uarias nōdum aptauerat. Id tunc in manibus erat, et incidebat clavos. Dum hoc summo artificio Vulcanus fabricaret, ecce Thetis domum peruenit. Quam culta Gratia Vulcani cōtubernalis socia & ornatrix intuita, & obuiam facta nomine appellans, quid tandem, inquit, pulcherrima & uenerabilis amica insolens dominum nostram accedit? Sed ingredere apud nos discubitū. Sic locuta dea, Thetidem introduxit, & in solio uario & pulchro & argenteis clavis compacto locauit, scabellūq; pedibus supposuit. Inde optimum fabrum Vulcanum his uerbis compellans, Vulcane, inquit, uenit ad te Thetis, & tui indiget. Vulcanus tum, Profecto, inquit, nubi & reuerēda dea est & mirabilis. Ipsa me liberū reddidit. Cum mōrō me ex alto præcipitē dedisset, & claudum me abscondere tentasset mater, tum ego dolore conſclus essem, nisi reflūtis oceanī filiē Eurenōme & Thetis suo me suscepissent finu, apud quas nouem annos in profundo specu multa & uaria, fibulas incuruas, fistulasq; & monilia cōflauimus. Circū creber oceanī fluctus spumabat. Nemo aliis, neq; deorū, neq; mortalium id nouit. Thetidis igitur & Eurenōmes beneficio liberatus sum. Quare cū ad nos Thetis uenerit, mea interest, ut pro accepta uita in omnibus ei me officiosum exhibeā. Tu nūc lautas parato epulas, dum folles & alia instrumenta suū in locum colloce. Dixit, & ab incude cum impetu inualidis tibijs surrexit, claudicās, folles ab igne se posuit, alia fabrilia instrumenta in argenteam arculam composuit. Inde spongia & facie & manibus ceruiceq; & hirsuto corpore absterso, tunis

cam induit, & cum sceptro officinam egreditur. Ancille
 aureo cultu & florenti etate conspicue iuuenibus similes
 sequuntur, quæ prudentia, lingua, uirtute, in deorum im-
 mortalium ministerijs erudite, ante regem ministrant. Vul-
 canus ergo ita ad Thetidis sellam claudicando accedens,
 Vulcanus, eam complexus, Quid tandem, inquit, colenda mihi &
 mantissima Thetis insolens huc accedis? Tuum est iubere
 quid uelis, meum iussa pro uiribus capessere. Cui Thetis
 Thetis, profusis lachrymis, Non aliqua dearum, ait, quotquot O-
 lympum incolunt, tot doloribus angitur, quot me ex omni-
 bus Saturnius affectit Iupiter, ex marinis deabus solam me
 uiro matrimonio iunxit Peleo Aeaci filio. Et uiri lectum,
 & quam plurima quæ nollem perpessa sum. Is nunc gra-
 ui & morosa senecta debilis domi iacet. Nunc alijs malis
 premimur, ex quo mihi heroum eximum filium dedit. Huc
 ego tanquam plantam in fœcundissima terra educavi, ma-
 gna Græcorum classe Ilium cum Troianis pugnaturum
 præmisi, nec unquam amplius patrios ad lares redeuntem
 uidero. At du adhuc & uiuit, & sole fruitur, moerore co-
 ficitur miser, neq; ei auxilio esse possum. Quam ei puellæ
 Græci uirtutis præmium largiti sunt, eripuit rex Agame-
 mnon. Quamobrem misere degit. Verum Achiuos Tro-
 iani in nauibus concluserunt, neque eis egrediendi po-
 statem faciunt. Primores Argiorum filium precati, pre-
 ciosa munera polliciti sunt. Ille omnino opem se allaturum
 negavit. Induit autem suis armis Patroclum, suoq; milite
 stipatum in Troianos misit. Tota die ad Sceam portam
 certatum est. Et sane excidissent urbem, nisi Apollo Me-
 noctij filium strenue se in hostes gerentem, in confertissi-
 ma pugna, collata in Hectorem gloria, interemisset. Hac
 ego nunc gratia ad tua genua supplicatum uenio, ut fi-
 liu meo

lio meo breui morituro clypeum, casidem, ocreas, thora-
cem tuis malleis fabricatum, qualem antea habebat, lar-
giaris. Perijt fidus amicus à Troianis cæsus, cuius morte
mœrēs humi prostratus iacet. Tum Vulcanus, Bono, in= Vulcanus,
quit, animo sis Theti, neque hæc te torqueat solicitude.
Vtinam sic eum ab immatura morte uendicare, cum ad-
uentauerit, liceret. His dictis, Thevide illic dimissa, in offi-
cinam rediit. Folles igitur admotos inflari iussit. Erat au-
tem uiginti, qui spiritum accipiebant reddebatq; , nunc
intensius, nunc remissius, prout opus erat. Aes autem præ-
durum, & stannum, & aurum preciosum, atque argen-
tum in ignem iniecit: inde in sedem suam magna incude
imposita, dextra graui malleo, sinistra forcipibus raptis,
primum magnum ualidumq; , & uarie insignitum clypeū
excudit. Cuius ora triplex & pulchra, lorum argenteum,
ipse clypeus quincuplex erat. In quo uaria & multa do-
cta manu effinxit, terram, cœlum, mare, infatigabilem so-
lem, crescentem lunam, stellas omnes, quibus cœlum orna-
tur, Pleiades, Hyadas, Orionis uirus, Vrsam, & que cur-
rum cognominat, qui circum illam uertitur, & Orionem
seruat. Ipsa autem sola oceani expers est. Insculpsit &
duas illic uariae lingue ciuitates. In altera solenes nuptiæ
celebrari, sponsæ è thalamis accensis tædis ad oppidum
duci, frequens hymenæus agi, & iuuentute saltante tibi-
cines & citharistæ pulsare, puellæ in uestibulis admirari,
populi ad fora confluere atq; contendere. Maxime autem
duo, ob interempti hominis multam, quorū alter omnia
populo reddidisse, alter nihil accepisse asserebat. Ambo
testes producere, populi ultro citroq; clamantes opē fra-
re, hic præcones populum continere, seniores super poli-
tis lapidibus sacro in concilio manibus præconum clamā-

tium sceptra gestantes sedere, & silentiu indicere, & iudicare uicissim. In medio duo auri talenta, ijs primum qui iustissimam ferrent sententiam. Alteram autem ciuitatem duorum populorum exercitus in armis conspicui circunsidebant, inter se disidentes. Hi urbem diruendam, illi bifariam omnia, que in eis continerentur, diuidenda arbitrabantur. Populares uero, cum non pareret, in insidijs locabantur. Murum charae coniuges, & pueri, & senes custodiebant. Hostes Marte & Minerua ducibus contebat. Ipsi aurei & aurea armatura magni & insignes, ut deos decet: populi minores erant. Qui cum ad fluvium pascua irrigantem, ubi insidie delitescebat, peruenissent, & ipsi ferro testi sedebat, proculdubio erant speculatorum gregem & camuras boues obseruantes, quae in uestigio aderant, duo pastores fistula oblectantes sequabantur, neque insidias preuidebat. Illi repete inuadere, boum inde armenta & albarum ouium greges diuidere, pastores dirimere. Qui autem in foro sedebant, ut inter boues tumultum audierunt, quam primum uelocibus ascensis equis, eò concurrere, & pro ripa fluminis pugna commisera mutuis se uulneribus ferratis hastis conficerre. Vbi extiosum fatum, aliud uulnerare, aliud incolorem seruare, aliud in pugna interemptum pedibus trahere, uestes humano sanguine cruentari, milites tanquam uiui in pælio uersari, & ex animis distrahere uidebatur. Præterea pingüem & putrem agrum ter aratum insculperat, multi bulbui huic illuc terra subacta in ultimum agri limitem deveneribant: quibus dulcis uini poculum accedens quidam propinabat. Illi labori inteti, ut alte uomerem nouali imprimere, arata terra aurea, & uisu mirabilis erat, & caput fructilis, ubi agricultæ acutis falcibus metebant, manu puli

puli alij super alios procumbere, alios tres messores alligare, à tergo pueri manipulos in gremio allatos assidue porrigerere. Rex inter eos sub silentio & sceptrum manus gestans in sulco latus stare, præcones eminus sub quercu magno boue mactato circum eum occupari. Mulieres autem sedulæ coenam operarijs parare, et panem conficere. Insculpserat & uineam pulchram, auream, nigris racemis exuberantem, palis argenteis innixam, circum ceraulea fossa & sape stagno ducebatur, unus duntaxat in ea limies, qua prouentus uindemiatores, & innuptæ uirgines & simplices, intextis calathis suaves fructus deferebant. In medio puer & fistula & uoce arguta canere, alij plausu, cantu, clamore, & tripudijs sequi. Fecerat & bouum ex auro & stanno armentum, impetu quodam è stabulo in pascua & fluuium sonantem et clamosum Rhodanum properantem. Aurei pastores quatuor boues agebant, nouem ueloces canes sequebantur. Ilic & duo leones terribiles, inter primos boues, taurum mugientem ceperant distrahebantq;. Canes eos & iuuenes urgebant. Illi laniata tauri pelle, uiscera & atrum sanguinem deuorabant. Pastores contrâ propere canes emittebant, qui à leonibus ad escam conuersi latrabant. Item & pascua latta in planicie, & albarum ouium stabula, tuguriaq; & clausura uaria arte distinxerat. Quale iam pulchræ Ariadnae Gno si Dædalus opus considerat. ubi integra etate uirgines fructus legentes tripudiabat. Haec uestibus tenuibus, illis tunicis oleo nitentes induebantur: illæ pulcherimis coronis, hi aureis & argenteo loro pendentibus gladijs ornabantur. Hi nunc in orbem perquam facile doctis pedibus mouebatur, tanquam si quis trochum manu aptatum sedens figulus experiretur, an procurreret. Nunc

rursus per ordinem mouebatur. Circunstabant autem turba multa hilaris, & duo saltatores inuicem cantare incipientes, in medio uersabantur. In extremo autem clypei margine immēsus oceanus opus includebat. Post clypeum thoracaq; ignis flamma clariorem, & cassidem pulcherrimam, temporibus summo artificio accommodatam, crista aurea insignē, & ex stanno tenui ocreas excudit. Hęc omnia in hunc modum fabrefacta ad Achillis matrem attulit. Que tanquam accipiter è niuoso Olympo ad filium deferens properauit.

I L I A D O S H O-

M E R I C A E L I-

B E R X I X .



A M purpurea aurora, ut immortalibus mortalibusq; almam lucem redderet, ab oceani fluctibus oriebatur, cum Thetis dea dona afferens redijt ad naues. Vbi Achillem Patroclo incumbentem, & ut filium dilectissimum multis cum socijs afflitis plorantē, Thetis inuenit, adstitit gloria dea, filioq; manu apprechenso, & nomine appellato, Hunc, inquit, fili mi, ex quo deorum uoluntate occubuit, iacere (quamvis dolētes) sinamus. Tu nūc pulcherrima à Vulcano arma accipias, qualia hactenus hominū induit nemo. Que simul his dictis ante ipsum projecta insonuerunt, obstuperunt Myrmidores. quorum obtutus, ne ea inspicere possent, præstringebantur. Achilles. Achilles aut̄ his uisis maiore ira percitus est. Eius oculi cū terrore quodā lampadis instar ardebāt. Oblectabatur tamen eorum uarietatē afficiēs. Tum cuestigio, Mater, inquit,

quit, arma profecto mihi exhibuit deus, qualia haud hominum, sed decorum immortalium esse par est. Nunc ijs in diuar. Verum maiorem in modum metuo, ne Patrocli uulneribus museae insidentes, uermes generent: & corrupta spine medulla, & reliquum corpus corrūpatur. Cui diuina Thetis, Fili inquit, nihil hac cura solicitere. Hæc & huic iusmodi quæ uulnera appetunt animalia abigēda curabimus. Si uel annum insepultus iaceret Patroclus, incorruptus semper integerq; seruabitur. Tu uero in concionem Achius heroibus aduocatis, pastori populorum Agamemnoni recōciliare, mox ad prælium uiribus fretus armare. Hæc dicēs, simul ei animos* affluxit, ambrosiam et nectar Patrocli naribus instillauit, ne quando corrumpetur. Tum Achilles petito littore, horrendū clamans, Achiuorum heroas excitauit. At qui apud naues in globo relictii erant, & gubernatores, panisq; & ciboru dispensatores, primi in concionem uenerunt, mirati quid Achilles prodierit (Aliquādiu enim à graui pugna abstinuerat) Duo autem bellicosī uiri claudicantes accedebat, fortissimus uidelicet Diomedes, & inclytus Ulysses, hastis innitentes (Adhuc enim grauib; erant affecti uulnrib;) Hi primi in concione sederunt. Secundus ab his rex Agamemnon, & ipse in pugna à Coone Antenoris filio hasta sauciatus. Omnibus itaq; cōgregatis Achius, uelox Achilles assurgens, Agamemnon, inquit, profecto & tibi & mihi satius fuisset, quando perniciosa emulatione puellæ gratia indignati contendimus, ut eam Diana sagittis appetuisset, qua die Lyrnesum et cepimus, et diruimus. Neq; enim tantus Achiuorum numerus hostium manibus me irato oppetuisset. Hectori autem & Troianis hæc nostra similitas perutilis fuit. Græcos uero eius diutius recordatu-

ire arbitror. Sed iā acta (quāuis dolētes) omittamus. Irām pectoribus ipsa necessitate cobibeamus. Ego eam nūc depono, me enim minime decet implacabili semper ira exēdescere. Sed age quām Primū comatos Achiuos in pugnā producas. Experiā ego Troianos obnūs, an à nauībus abstinere uelint. Puto tamē eorum aliquē libenter pēdem relaturū, si ex aspera pugna nostrā hastam effugerit.

Sic inquit. At Græci reconciliato magnanimo Pelei filio,

Agamemnon. maiorem in modū lētati sunt. Tum rex Agamēnōn à solo suo (neq; enim in medium prodijt) Amici, inquit, herōes, uiri bello clarissimi, decens est, stantē sine impedimēto aliquo audire. Dicere enim in magna cōcione etiā experto perdifficile est, quonā * enim pacto quisquā uel au-dierit, uel dixerit? Impeditur etiā suis orator. Nūc Achilli respondebo, uos uerbis meis attendite. Sēpe his Achii uerbis usi mecum contendērunt. Non tamen horū ego au-tor sum, sed Iupiter & fatū, & in tenebris agens Erinnys. Hi mūhi rem damnosam persuaserūt, die qua elegans Achilli prēmū abstuli. Sed quid faecrē? Dei nutu omnia efficiuntur. Ipsa Iouis nuncia Ate, omnibus noxia, molli-bus pedibus haud humili repit, sed ipsa hominum capita ad lēdendum inuadit. Neq; ab ipso Ioue aliquando absti-nuit, quem & deorum et hominum optimum prēdicant. Atqui & Iuno (licet & foemina) imposuit, qua die Herculem Alcmena apud munitas Thebas erat paritura. Siquidem iactabundus deos allocutus Iupiter, Audite, in-quit, dij deaq; omnes, ut mean uobis mentem aperiam: Hodie laborum leuatrix Lucina ex meo & meorum ge-nere unum in lucem edet, uicinis omnibus dominaturum. Cui dolosa Iuno, Mentieris, inquit, Iupiter neq; enim id re prēstabis. Verum tu iurejurando confirma, an sit ita donūnaturus,

doninaturus, qui hodie è tuo genere è materno prodierit utro. Tum Iupiter haud dolū sentiens, summū iuriurandum dixit, quod maximū attulit detrimentū. Nam Iuno propere cælo relicto, Achaicū Argos delapsa, generosam Stheneli Persei filij coniugem uentrē ferre, & matrē parturam cognouit. Qui licet mense septimo nondum maturus esset, ea tamen die in lucem edidit, Alemenæ partus cohibito. Inde ad Iouē reuersa, Iupiter, inquit, pater, qui fulmina iacis, audi quæ dicā: Iā uir natus est, Eurystheus è Sthenelo Persei filio, et semine tuo, qui Argis neq; immortu[m] dominabitur. His uerbis Iupiter magno dolore affecitus, Ate comato uertice apprehensa, animo perturbatus iuriurandum affirmauit, nunquā eam amplius in sidereum cœlum redditurā, quippe quæ omnes detimento afficeret. Simul hec dicens, manu rotatam hominum operibus nocturam è cœlo in terrā deiecit. Eius namq; gratia semper doluit. Atq; ita charissimus filius offensus iniquis Eurysthei iussis, immeritos labores subire coactus est: haud alter ego, cū bello strenuus Hector tot Argiuorū perdidit, Aten euitare nō potui, à qua primum damnū arripuimus. Quod cū ita sit, & mentē mihi Iupiter perturbauerit, & recōciliari, & muneribus plurimis Achillē donare placet. Verū eniuero Achille, et tu te parato, & alios ad præliū populos adhortator: Dona tibi omnia mittā, quæ ad te heri profectus in tabernaculo tuo tibi pollicitus est Vlysses. Quod si paululū expectaueris, quāuis in hostem properes; ea ministri à nauibus meis huc affrēt, ut quam libens ea tibi exhibeam, plane intelligas. Tum uelox Achilles, Atride, inquit, rex hominum clarissime, an mihi dona daturus sis, ut decet, an retenturus, tui arbitrij esto. Nunc celeris nobis pugnæ cura. Neque diffren-
dum,

dum, cum hic simus, neq; remorandum. Adhuc magnum opus restat. Quemadmodū Achillem prima in acie hasta Troianorum globos insectantem quis uiderit, ita et ipse Vlysses, admonitus cum hoste decernat. Ad hæc consiliator Vlysses, Nequaquam ita, inquit, et si fortissimus, diuinc Achilles, ieiunos Ilium Græcos cū Troianis pugnatores producas, cum diuturnius futurum sit prælium: cū semel manus conserent, inspirabit deus utrisq; animos. Sed iube ut antea in nauibus Græci cibum capiant, quo uires suppeditetur. Neq; enim à prima luce ad solis occasum sine cibo pugnari potest. Nam licet animus promptus sit, pausatim tamen et latenter membra siti et fame contabescunt, genua uadeti labant. Quòd si uino ciboq; corpus reficitur, tota die pugna sufficit, audet animus: neq; membra prius defatigantur, quam omnes pugna discedat. Sed age dimittre populum, et ut discubitum eat, iube. Inter ea rex Agamemnon dona in mediū proferri iubeat, et ut Græci omnes uideant. His acceptis gaudēs, et in concione ipse assurgens, tibi iuret, nunquā amplius se Bryseidam cognitum, quemadmodum decet rex Agamemnon. Coniuges ita uiuat. Tu uero affectus et quo animo cohibeas. His peractis, in tabernaculo splendido conuiuio Achillem accipias, ne quid abs te debiti relinquatur. Sic in alios iustior euades. Neq; enim uitio dandū regi, si uirū demereatur.

Agamemnon. quando iniuriam prior ille intulerit. Huic rursus Agamemnon, Laudo, inquit, te et orationem tuam Laertæ fili, quippe qui omnia ordine transegisti. Id iurare et placet, et animus monet: neq; peierabo, modo Achilles non adeo properet, et uos omnes cum eo hic maneat, dum munera afferantur, et iuriandum prestemus. Hoc ego tibi et iubeo et impero, optimos Achiuorum iunes ad

nes ad hoc muneris obeundum delige, qui quæ heri pollicatus sum, cum puellis dona afferant. Talthybius autem mihi quam primū prolatum in Achiuorū exercitum uerrem frēs, cum Ioui & Soli diuidat. Hic Achilles, Agae Achilles memnon, inquit, rex clarissime, alias hoc, cum à prælio cessabimus (neq; id tantopere appetimus) agendum censeo. Nunc nostri interficti ab Hectore iacent, ex quo Iupiter hāc ei gloriam præbuit. Vos nunc milites discubitū eant iubete, ego iam Achiuos in prælium ieunios producam, occidēte sole, cū damnum nostrum ulti erimus, affatim coenaturos. Ante neq; potus neq; cibus mihi sumetur, cū amicus & in tabernaculo secundum uestibulum infestō spiculo traieclus exanimis iacet, & ploratur à socijs. Quamobrē haud ulla mihi cibi, sed cædis sanguinisq; & amari fletus cura est. Tum sapiens Ulysses, Achille, inquit, Græcorum fortissime, Pelei fili, tu mihi non parum hasta prætas, neq; ego tibi parum sapiētia, quippe qui senior sum, & plura noui. Quare te mea oratione confirabo. Breui enim homines pugnæ satietas capit, in qua multos quidē cumulos humi ferrū deicet, messem autem paruam, postquā dies breuiores facit Iupiter, qui hominum custos in prælio est. Verū in fame nequaquam mortuus ab Achius plorandus. Permulti enim quotidie cadunt, qui cum cessatur à laboribus, sepieliendi sunt etiam ab his, qui fortiori ingenio sunt, & diem duntaxat lugēt. Qui uero ab imminēti Marte superāt, eos & cibi et potus curā habere oportet, ut audētius armatis hostibus alacres obuiam ire possint, neq; alia hortatione populus excitādus. Quippe malum est, si quis in Achiuorum nauibus relinqueretur. Sed omnes unanimes in Troianos equites delati, Martem excitemus. Dixit, & clari Nestoris filios

filios Philidem, Megeta, Thoanta, Merionē, Crēotys fœlium Lycomeda, & Menalippum comites cepit, qui in Agamemnonis tabernaculum profecti, septem ab eo præmisso tripodas, uiginti nouos lebetes, duodecim equos, preterea septē pulcherrimorum operū artifices puellas, octauam autem formosam Bryseidam, ad Achillem duxerunt. Pensis autē decem auri talentis, Ulyssēm iuuenes cū muneribus sequebantur. Quibus in media cōcione depositis, surrexit Agamemnon. Tum facundus Talithybius, uerre apprehenso Agamēnoni populorum pastori astitit. Ille à magna uagina pendēti gladio stricto, aduersis setis orsus passis manibus Iouem precari. Cæteri siluere, ut decebatur, rege loquēte, qui latū cœlum suspiciens, Sciat, inquit, nunc primum deorū maximus Iupiter, & terra, & sol, & peierantium hominū sub terra ultrices furie, nunquā me Bryseidi uim attulisse, neq; libidinis neq; alijs rei occasione usum, sed incorruptā in tabernaculis meis seruatam: Si quid peieraui, deos testor, his me, quæ periuri promerentur, malis afficiat. Dixit, & uorris iugulum infesto ferro aperuit. Quem mox Talithybius in spumantis maris fluctus escam piscibus abiecit. Tum Achilles assurgens, bellicosos Achiuos allocutus, Iupiter, inquit, pater, ingentes sane iacturas affers. Nunquā enim animū meum perturbasset Agamēnon, neq; me inuito puellam nūhi de improviso abstulisset, nisi tu tot Gr̄corū perire uoluisses. Verum enim uero nunc primum reficiendis corporibus, inde mox Marti opera nobis danda est. His dictis omissa concione, suas quisq; naues repetere, magnanimi Myrmidores dona sequi, latores diuini Achillis nauem concēdere, in tabernaculis deponere, pueræ sedere iussæ, equos in armentū alacres serui agere. Bryseis autē aureæ

Veneri

Agamemnon.

Achilles.

Veneri similis, ut Patroclū acuto ferro sauciū atq; exanimem uidit, ipsi incumbens, magno ciulatu lamētata, molle pectus, ceruicēq;,^{Bryseis.} & pulcherrimam faciē unguibus seca= bat. Flensq; Patrocle, inquit, misere nūhi anima charior, uiū ego te à tabernaculo discedēs reliqui, nūc exanimem īuenio, populorū princeps. Ita nūhi malum malo semper accurvatur. Virū cui me & pater & dilecta mater nu= ptam dederat pro patriæ mōnibus saucium, & tres dile= ctiissimos fratres ex eadē matre progenitos, idē exitialis dies absumpſit. Tum me flentem, cū uirum meum intere= mit, & diuini Myneti urbem diruit Achilles, consolatus es, te daturum operam pollicitus, ut Achilli nuberem, du= cturum me naui Phthiam, facturum apud Myrmidonas nuptiis. Propterea cū nūhi semper iucūdus fueris, nūc ex= animem inconsolabili fletu prosequor. Hęc ea dicēte, fle= bant & puellæ aliae, quibus singulis Patroclus doloris causa erat. Achillē autem Græcorū seniores circunfusi, ut cibū sumeret, orabāt. Negare ipse his uerbis conquerens: Oro si quis commilitonū mīhi amicus est, ne prius me ei= bum sumere suadeat, quām mōustum animū expleam, qui tāto mōerore torqueor. Ad solis usq; occasum inedia per= ferā. His dictis, alios dimisit. Duo Atrei filij, diuus Uly= ses & Nestor, Idomeneus & senex equo strenuus Phœ= nix, apud ipsum remanserunt, qui assidue mōrentē con= solari nitēbātur, nec tamen poterant, antequā sanguineo Marte perfunderetur. Recordatusq; & simul ingemens, Achilles: Profecto, inquit, amicissime, dura morte interempte, laue tam in tabernaculis cōnam apposuisti, cū Græci à Tro= ianis equitibus perturbati premerentur, quo lachryma= bile bellum auerterent. Nunc exanimis iaces. Verum tui desiderio cibo potuq; abstinebo. Neque nūhi quicquam moleſtus

molestius esse potuisset, non si patrem Peleum, qui nunc Phthiae molles fundit lachrymas, uita funclū audire & calam patrē amisissim, qui nunc inter alienas nationes exi-
tiose Helenae gratia cum Troianis decerno: uel eum, qui mihi apud Cyrum educatur charissimus & pulcher filius Neoptolemus, si forte adhuc uiuit. Sperabā enim solū me prius ab Argo equorū sobole claro apud Troiam occubi-
turum, te autem Phthiam redditurum, ut mihi celeri nauī ē Cyro filium in patriam duceres, eiq; omnia nostra, pos-
sessiones scilicet, seruosq; altam & magnam domū ostendes. Arbitror nāq; Peleum diem suum obiisse: uel si uiuit, mœrore & senio cōfctū, & tristem obitus mei nun-
cium expectantem. Sic inquit lachrymabundus. Lachry-
mabantur autem & seniores, recordati que quisq; domū reliquerit. Quos miscratus Saturnius, Mineruam paucis

Jupiter. allocutus, Filia, inquit, tu fortē virum penitus reliquisti,
certe nulla amplius Achilli cura est, quam apud rostratas
naues, apud amicum exanimem in luctu ieunum deside-
re. Reliqui abierunt, ut cibum caperent. Sed age nectare
& ambrosia suauissima eum, ne fame deficiat, confirma-
to. His uerbis persuasa, pennatæ harpyiæ similis, argu-
ta uoce cœlo delabitur, nectar et ambrosia Achillis pecto-
ri instillat, ne fame genua labaceret. Inde ad firmissimam
patris domū rediit. Tum Greici armati euestigio ē nauī-
bus maturabat instar dense niuis, quæ à Iove concreta, ui-
sereni boreæ ē cœlo dimittitur: sic densæ cassides, clypeo-
rum umbones, thoraces incurvi & solidi, fraxineæ ha-
stæ in aëre coruscabant, terra omnis stridere, & sub pe-
dibus tremere. Medius inclytus Achilles dentibus stri-
dere, & ardere tanquā ignis oculi. Intolerabili nanq; do-
lore angi, & iratus Troianis dei munera indui, quæ ei

Vulcanus

Vulcanus fabre excuderat. Primum autem suras ocreis & pulchris & argenteis malleis conflatis, inde thorace pectus induit, humeris ensem argenteis clavis munitum appendit. Deinde clypeum & magnum & solidum, & eminus tanquam lumina fulgentem, cepit. Et quemadmodum nautis è motium uertice apud ouium caulas ardētis ignis fulgor apparet, procella autem inuitos in pisciferum pelagus eos longe ab amicis propellit, haud aliter ab Achille & pulchro & uario clypeo aer lucē accipiebat. Tum grauem cassidem & tanquam astrum fulgentem manibus elatam capiti imposuit, cui crista ex equina cauda. Mabant crines aurei, q̄ aptissime à Vulcano dispositi. Tunc Achilles, an sibi ea arma accommodata essent, & in ijs facile ageretur, gestu corporis experiebatur. Erat autem ei tanquam penna leuia, alte tamen populorum regem extulit. Postremo armario patriam bastam depromit, firmā, grauem, fraxineā, quam nemo aliis Achiuorum cōcutere potuisset. Eam è Pelei montis uertice, hominibus mortiram, amico patri Peleo dono inciderat Chirō. E quos Automedō atq; Alcimedō aurigae, firmis loris alligatos iungere, frēnis ora cohibere, pone habenas ad bene cōpactū currū cōtrahere. Automedon autē pulchro flagello accepto equos insiluit. Inde currū Achilles in armis cōspicuus tanquā sol fulgēs, & terrore quodā paternis equis impetrabat: Xanthe & Balie præclara Podarge pignora, ac Achilles, liter aurigam uestrum custodire, & in Grecorū globum referre curetis uelim, cum prælio satiati erimus, neq; me ut Patroclū exanimē relinquatis. Tum à iugo uelox Xanthus mox inflexo capite procidentibus humili crinibus locutus est (eum nanq; uocalē pulcherrima Iuno reddidit) Profecto nūc te adhuc liberabimus fortissime Achille: ue-

A runtamē

Xanthus.

runtamē propē tibi letalis adeſt dies, cuius nō nos, ſed ma-
gnus deus, & potens fatum eſt autor. Nequaquam autem
tarditate et ſegnitia noſtra Troiani Patroclū armis ſpo-
liauerunt. Sed deorum optimus, quē pulcherrima Latona
peperit, in cōfertiſſima pugna interimēs, ea Hectorē glo-
ria honestauit. Nos uero zephyri, quē uentorū leuiſſimū
dicūt, more cucurrimus. Sed tibi ipſi deo & homini fatale
eſt fortiter domari. Sic clamantē furiæ cohauerunt, quem
Achilles. perquām indignatus Achilles allocutus, Xanthe, inquit,
quid mihi mortē uaticinaris? quod te minime decet Sane
me cito & à dilectiſſimis parētibus procul moriturū ſcio,
non tamē interim ceſſabo Troianos à prælio fugare. Di-
xit clamans, & equos in conſertiſſimam pugnam egit.

ILIA DO SHO-

MERICAE LI-

BER XX.



IC apud magnas naues circum Pelei fi-
lium bellicosi Achiui, ex altera cāpi par-
te Troiani armis muniebantur. Interim
Iupiter Iuſtitiae iniūxit, ut à ſummo cœ-
li uertice ad concilium deos accerferet.

Que e uestigio, ut omnes Ioui regiam peterēt, impera-
uit. Tum neq; oceanus, neq; fluiorum aliquis, autnym-
pharum amēna nemorum & amnium fontes, & loca ir-
rigua incolementum, remorati ſunt. Eò cum ueniffent, pule-
chris ſedibus, quas Ioui patri Vulcanus fabre ex cuderat,
conſedēre. Neq; Neptunus diuinitatē cōtēpſit, ſed à ma-
ri properās, inter alios deos medijs cōſedit. Inde ad Iouē
Neptunus. cōuersus, Quid tandem, inquit, in cōcionē deos conuocasti?
Nunquid

Nunquid Troiani & Græci quorū in præsentia præliū
instat, tibi curæ sunt? Cui nubiū coactor ^{Iupiter,}
inquit, Neptune quid uelim: et quia uos gratia cōuocauī,
plane tenes. Curæ mibi sunt, quāuis perituri. Ego in sum-
mo cœlo sedens, & eos despicio, & animo oblector. Vos
aut̄ cōuenistis, ut alterutris siue Troianis siue Græcis pro-
cuiusq; uolūtate & adsit, & opitulemini. Nā si Achil-
les solus cū Troianis decerneret, ne paululū quidem resi-
sterēt. Antea enim eum solo nixu formidabāt. Nūc amici
obitu grauiter succēsentem uereor, ne forte præter debitū
urbē diruat. Sic locutus Iupiter, asperam pugnā conciuit.
Dij autē diuerse afficiebātur. nā Iuno, Pallas, terræmotor
Neptunus, perquām utilis et sapientia præditus Mercu-
rius, preterea uiribus superbiēs et inualidis tibijs claudi-
cans Vulcanus, pro Græcis: pro Troianis autē, bene ar-
matus Mars, intonsus Apollo, bellicosa Diana, flaua La-
tona & leta Venus stabāt. Quoad uero à mortalibus lō-
ge dij absuerūt, Græci maiorē in modum Achillē in præ-
liū prodijſſe gloriabātur. Diu enim à pugna abstinuerat.
Troianos, uiso Achille Marti in armis simili, occupauē-
rat formido. Verū ex quo dij superi in mortaliū partes di-
scessere, effebuit uehemēs popolorum excitatrix pugna.
Clamauit autem Minerva, nunc à cauata fossa pro uallo,
nunc à sonanti littore. Clamauit & Mars ex alia parte
nigræ procellæ similis clara uoce, aliās ab urbis propu-
gnaculis, aliās à sacro apud Simoënta deorum loco Tro-
ianos hortatus. Hoc pacto dij superi utrūq; exercitū ex-
citantes ad pugnā conueniebant. Horrēdum autem ab al-
to intonuit hominum atq; deorū pater. Ab imo autem im-
mēsam terrā & montiū iuga concusſit Neptunus. Intre-
muere fontibus securientibus Idæ radices & cacumina;

¶ Troia urbs, & Græcorum classis. Timuit autem & infernus umbrarum rex Pluto, & è solio surgens clamauit, ne terræ motu Neptunus solum aperiret, et obscuras formidasq; etiā diis ipsis domos hominibus palam faceret. Tanto itaque tumultu in certamen dij cōcurrebant. Nam contra Neptunum regem Apollo sagittis muniri, contra Martem glauca Minerua, contra Iunonem aurea pharetra calamusq; & uenatu gaudens Apollinis soror Diana, Latona in Mercurium, in Vulcanum magnus fluuius & alie desfluens, quem dij Xanthum, homines Scamandrum appellant. Sic dij contra deos screbantur. Verum Achilles maiorem in modum Hectori filio Priami in aciem obuiam fieri ardere: sperare enim bellicosum Martē sanguine saciatum irl. Tum popolorū excitator Apollo Aeneam, magnis inspiratis uiribus, rectā in Achille adhortatus est. Similis nanque Lycaoni Priami filio & faciem & uocem:

Apollo. Aeneas, inquit, Trojanorū cōsiliator, ubi nunc minæ tuæ, quas Trojanis regibus conuua pollicebaris, te scilicet Achilli Lelei filio intrepidum congressurū? Cui contrā Aeneas, Priami fili, inquit, quid me nunc tanquam nolentem cum magnanimo Achille pugnare insimulas? Neq; enim nunc primum ei cōgrediar. Aliás ipse me & hastam meā formidauit, cum noslros in Ida boues inuasisset, & Lyrensum diruisset, & Pedasum. Me autem Jupiter & uiris & uelocitate præbita tutatus est. siquidem Achillis & ducis eius custodisq; & consultricis Mineruae, ut Lelegas & Troianos acuta hasta interimeret, manibus occubuissem. Quamobrem nulli hominum cōtra Achillem pugnandum est. Cui unus deorum semper adest, qui eum ab omni tuetur periculo. Præterea eius tela nunquam incassum diriguntur: neq; prius figuntur, quam humanū corpus assquantur.

quantur. Quòd si deus in prælio & quiorem se exhiberet,
baud multum me superior esset, licet totum se ferro testū
esse glorietur & iactet. Huic rursus rex Louis filius Apol-
lo, Age, inquit, heros & tu æternos deos precare. Aliunt Apollo,
enim et te ex Venere Louis filia genitum: ille ex deterio-
re dea est. Venus namq; Ioue, Thetis marino est sene pro-
genita. Sed tu rectā in hostem ferrū indefessum dirige, ne-
que ullis uerborum minis perterreas. His dictis, populo-
rum pastori magnas uires inspirauit. Tum ille inter pri-
mos fulgentibus munitus armis, & contra Achillem per
turmas proruens, minime Iunonem latuit. Que una con-
uocatis dijs, Considerate, inquit, Neptune & Mineru, Iuno,
quid sequetur? Aeneas Apollinis suasu in Achillem infec-
tus armis defertur. Quare agite & nos contrà eum pre-
pellamus, & nostrum aliquis Achilli aſſistat, eumq; uiri-
bus cōfirmet, ne deficiat animo, ut se ab immortaliū opti-
mis armari intelligat. Ipsi autem stulti sunt, qui à princi-
pio in bello & prælijs Troianis opem scrūt. Omnes enim
è cœlo descendimus huius pugnæ fautores, ne quid hodie
à Troianis mali Achilles perpetiatur. Postmodū eueniēt,
que ei cum è materno utero prodiret, fata neuerūt. Quòd
niſi diuina uoce à deo admoneretur, timeret sane, ne quis-
piā contrà in prælio deus congrederetur. Graues enim dij
sunt, cum manifesto se uidēdos exhibent. Cui Neptunus: Neptunus,
Noli, inquit, Iuno temere perturbari. Neque enim te de-
cet, neq; ego uelim deos in cōtentione trahere. Sed iam
hic est uia, in specula sedeamus, præliū uiri curent. Quòd
si Mars uel pulcher Apollo Achillem impedierint, neque
pugnare permiscent, euestigio cum his de pugna cōten-
dere iure poterimus. Arbitror autē quāmcelerrime in coe-
lum & ad deorum concilium coactos, à nobis concessu-

ros. Sic clamans cesarie nigra, in altum & undique fossa
 munitum inclyti Herculis murum procedebat, quem ei
 Troiani & bellicosa Minerua condiderant, ut certum se
 à littore in campum persequentem fugiens, eò se recipe-
 ret. Illic Neptunus & alij eiusdem factionis dij humeros
 crassa nebula adoperti. Ili autem è regione in altiori tē-
 pli parte circum arcigerum Apollinem & urbium euer-
 forem Martem sedebant. Sic diuersa in parte consulere,
 utrinq; autem à grauiissima pugna ordiri dubitare, Iupi-
 ter alte sedes præcipere, impleri militibus campus, & ho-
 minum & equorum armis fulgere, increpare sub irruen-
 tum pedibus solum. Duo autē uiri optimū in medium ad
 singulare certamen alacres properabant, Aeneas Anchise
 se filius & inclytus Achilles. Aeneas prior firma galea,
 & clypeo, & ferrata hasta concussa, in Achille minabun-
 dus irruit. Achilles cōtrā, ut perniciosus leo, quem popu-
 lis omnis infestis appetit telis, is autem carnis audius in-
 ter primos uersatur: quod si quis forte iuuenum alacer eū
 hasta assequitur, tum hians spumanti ore & anxo, ma-
 gno in corde animo in eum defertur, et cauda latera dore-
 sumq; utrinque uerberans, se in pugnam iritat: ita exas-
 speratus magna ui, rectā irruit, paratus uel ut ipse aliquē
 interimat, uel inter primos interimatur. haud aliter Achil-
 lem & uires et superbus animus in magnanimum Aeneā
 prouocabant. Cum igitur propius facti essent, uelox A-
 chilles prior, Aenea, ait, quid tu tam longe à globo disces-
Achilles. fisti? Nunquid tibi mecum pugnandi est animus, & hinc
 in Trojanis Priami regnum asscuturum speras? Verum
 enim uero hæc te spes frustrabitur. Neq; enim propterea
 si me interficeris, tibi regno in præmium cedet Priamus.
 Sunt ei liberi, ipse constans & sapiēs. An te Troiani, &
 aliarum

aliarum rerum & consiti & sationalis agri parte potio= re donabūt, ut in delicijs oblectemus. Sed haud facile te me interfecturum spero. Iam enim aliās te meam hastam for= midasse memini. Num tibi excidit, cum te procul à bobus solum per Id.e iuga celeri passū persecutus sum, neque me expectare ausus es, sed Lyrnesum te fuga surripuisti. Quam ego urbem impetu factō Minerue & Iouis ope e= uerti, captas mulieres in seruitutem abduxī. Tum te Iu= piter & alij dij ē meis eripuerūt manibus. Nunc arbitror non euades, ut suspicaris. Sed discedas, & in globum te conseras moneo, neque me prouoces, antequam malo ali= quo afficiaris. Quod enim factū est, etiam stultus nouit. Ad hec Aeneas, Pelide, ait, ne me tanquam amentem tuis Aeneas, perterreri uerbis putas. Nam perquam manifeste fra= des, uersutias, & cauillationes noui. Nec nostri nos inui= cem natales latent, & progenitores nostros à maioribus accepimus. V̄isu autem, neq; tu meos, neque ego tuos no= ui. Aiunt te Felei uiri præclari ex matre Thetide marina dea filium. Ego me magnanimo Anchisa progenitū glo= rior. Mater mihi Venus. Præter hos & alij hodie filium plorabunt. Non enim uana loquor. Sic omissa pugna re= deamus. Quòd si nostrum genus audire cōcupiscis, multi id norunt. Dardanū primum genuit nubium coactor Iu= piter. Is Dardaniam condidit, cum nondū pulcherrimum Ilium diuersæ nationis ciuitas esset in campo condita, sed adhuc ad scaturietis fontibus Id.e radices habitabāt. Dar= danus autē Erichthonium regem genuit, mortaliū omnū ditissimū. Huic tria equarū millia per sylvas teneros pul= los alentīū leta pascebantur. Cum ijs Boreas adamatis, in equum niger crines uersus, rem habuit. Ex quo granide, duodecim pullos peperere. Ipsæ in fertili agro per sum=

mas spicarum aristis innoxie, & per lata albentis maris
 dorsa in summo fluctu currebat. Troa Erichthonius Tro-
 ianorum regem genuit. Tros tres liberos, Ilum, Assara-
 cum, & diuinum mortaliumq; omnium pulcherrimū Gae-
 nymedem. Hunc dīj, qui Ioui forme gratia propinaret, in
 cælum sustulerunt, ut cum ipsis ageret. Ilus præclarum
 Laomedonta, Laomedon Titonum, Priamum, Lampum,
 Clitum, et Hicetaona bello clarū filium, habuit. At Assa-
 racus Capyn, Capys Anchisen, Anchises me. Priamus ue-
 ro gloriosum Hectorem genuit. Tali me & genere & fa-
 milia progenitum gloriō. Verum Iupiter pro uoluntate
 mortalibus & auget uirtutem, & minuit, quippe qui o-
 mnium potentissimus sit. Non tamen hæc nobis in præ-
 sentia, ut amentibus, in medio pugnæ tumultu referenda
 sunt. Per multa enim alter obijcere in alterū posset, quorū
 onus ne centum quidem sororum nauis perferret. Volu-
 bilis est mortalium lingua, uerba multa & uaria & ma-
 gna. Eorum ultro citroq; copia. Qualia dixeris, talia au-
 dies. Sed quid nobis contentionis & iurgij opus mulierū
 more? quæ perturbatrice animi ira in media uicinia uera
 simul & falsa obijcientes, cōtendunt, prout eas ira com-
 pellit. At qui tu me minime uerbis tuis à pugna alacrē a-
 mouebis, nisi prius ferro in uiucē decernamus. Sed age, ha-
 stis nostras prius uires experiamur. Dixit, et grauem ad-
 mirandumq; clypeum hasta percussit, in qua ferreum spi-
 culum cōcrepuit. Tum Achilles ab ictus uiolentia clypeo
 manu asserto formidauit, ne iactum eminus magnanimi
 Aeneæ telum eum facile transmitteret, stultus sane. Neq;
 enim mente animoq; reputauit, non facile clarissima deo-
 rū munera mortali dextræ cessura, et proscissum iri. Neq;
 enim uulnerari potuit auro, uicē cœli cohibita. Duabus tan-

tum plicis perforatis, tres adhuc supererant. Quinque; enim utroque; pede claudus Vulcanus excuderat, duabus æreis, duabus interioribus stanneis, media aurea, in qua emunus ueniens telum hæserat. Secundus inde Achilles in Aeneas undique; æqualē clypeum telum dimisit, quod à Pelio monte, ultimum orbis marginē, quem & æs & bouis corium tenuissimū operiebat, assicutū concrepuit. Cōstitit Aeneas, clypeū in se timore retrahēs. Hasta supra dorsum delectata, utroque; magni clypei orbe proscisso, humi infigitur. Aeneas declinato telo, tam propinquo i^ctu maiore in modum perterritus est. Tum Achilles alacer horrendum clamans, ad resigendū telum properabat. At Aeneas ingentem lapidē, qualem ne duo quidē nostri temporis uiri extulissent, arripuit, quē solus facile manu uersabat. Hoc in Achillem delatus, & caside ex clypeo percusso, à dura se morte asseruabat. Achilles tamē eū gladio interemisset, nisi quā primū Neptunus immortales deos allocutus, Hei, in= Neptunus. quit, uereor ne forte magnanimus Aeneas Apollinis suauis ab Achille interemptus infros petat, stultus quidē. Neque; enim in ipso mortis discrimine ei Apollo opitulabitur. Sed quid tandem immerito malo aliorū gratia afficitur? Sēper enim superis dijs grata munera exhibet. Sed agite, nos eū tāto à periculo vindicemus, ne quādo Iupiter irascatur, si eū Achilles interemerit. Fatale nāque; ei est, ut euadat, ne sine liberis & obscurū pereat Dardani genus, quē Iupiter præ omnibus ex mortali matre liberis dilexit. Iā enim Prianū genus odit. Sed Aeneas potētia & filiorū filij & ab illis nascituri, Troianis imperitabunt. Huic pulchra oculos Iuno, Neptune, inquit, tu tecū ipse cōsidera, ^{Iuno.} an eripiendū, an dimittēdū Aeneam ducas. Iā enim et ego & Minerva inter deos iurauimus, nūquā à Troianis ma-

Iam nos aliquod auersuras, ne quidē cū tota Tracia infesto
igne cremabitur. Vr̄etur enim a Gr̄ecis hostibus. His au-
ditus, Neptunus per mediā pugnam & telorū strepitum
cō contendit, ubi Aeneas & inclitus Achilles manus cō=
seruerant, obiecitq; Achillis oculus euestigio caliginē, &
fraxineam hastam ab Aeneae clypeo euulsam, ante Achil-
lis pedes abiecit. Aeneam autē leuem atq; agilem reddi-
dit, à terra alte erigens, super heroum equorumq; ordi-
nes assilientē, & dei manus ausfugientē. Peruenit autē in
ultimum campum, ubi Caucones in pr̄eliū armabantur.

Neptunus. Cui propior factus Neptunus, Quis te hic, inquit, deorū
Aenea tristem cū magnanimo Achille pugnare persuasit?
quis te melior, simul et dijs dilectior? Sed reser pedē, quo-
ties Achilli obuiam fueris, ne pr̄eter fatum ad inferos de-
trudaris. Vr̄ū post mortuum & sepultū Achillē auden-
ter te pugnae credere poteris, nemo Gr̄ecorū aliis te in-
terficiet. His dictis cuanuit, & ab Achillis oculus densam
fugauit caliginem. Qui redditā sibi luce, indignabundus

Achilles. secum, Hei, inquit, magnum nūhi miraculum oblatū est.
Hasta humi iacet. Vir autem in quem ut interimerem, iac-
culatus sum, nusquam apparet. Profecto Aeneas dijs im-
mortaliibus amicus est. Nam eum temere gloriatum puta-
bam. Abierit sane. Neq; enim amplius mecū conferre ma-
nus audebit, qui modo tam alacer mortē ausfugit. Sed ego
bellicosis Danais imperans, reliquos Troianorū aggresa-
sus experiar. Dixit, & in ordines receptus, singulis iussit
ne amplius eminus pugnarent, sed uir uiro prompto ani-

Achilles. mo cō gredeleretur. Difficile nāq; nūhi est, et si uiribus pr̄ae-
stem, cum tot uiris solū manum conserere, & pugnare cū
omnibus. Siquidem neq; Mauors deus impavidus, neque
Pallas, tantam aciem sustinerēt. Ego tamen quantum ma-
nibus

nibus pedibusq; et uiribus ualeo, ne minimum quidē negligā, sed per medias penitus acies penetrabo, neq; Troianum aliquem mihi obuium lētaturum confido. Sic inquiens, in medios irruptit. Contrā praeclarus Hector suos ^{Hector} hortatus, Achilli congregendū his uerbis iactabat: Nolite magnanimi Troiani Achillem formidare. E quidē uerbis etiam cum dijs pugnarem, ferro autē difficile est. Sunt enim longe quām nos fortiores. At non Achilles omnia uerbis perficiet. Partim assequetur, partim imperfectum dimittet. Ego eum aggrediar, et si ignis instar exardeſcat, si inquam exardeſceret ut ignis, et ut ferrum rigaret. Simul his dictis in aciem proruit. Tum Troiani rapta simul hastis sequi, ita eorū uires unanimi omnū stadio corroborari. Hinc clamor exortus. Tum Apollo ^{Apollo} Etorem affatur: Hector, ne queso adhuc Achilli congregare, sed in globo à tumultu procul te contineas, ne aut eminus iaculo, aut cominus ense te assequatur. His uerbis Hector rursus in globum se recepit, dei monitu perterritus. In Troianos autem Achilles, uiribus ferox, horrendum clamans, insiliijt. In primis autē Iphitiona strenui et urbium domitoris Otrenti ex Naide nympha filium, ex niuoso Tmolō in felicibus Ide populus multorū oppidorum principē interemit. Cui rectā in se ruēti clārus Achilles mediū caput diuisit. In crepuit cadens. Tunc Achilles ^{Achilles} iactabundus, laces, inquit, Otreti fili, maxime omnīuſ ſormidabilis. Hic occubuisti. Genus autē à Gygæo portu ducis, ubi patriū tibi templū ad Hylum piscoſum et undosum Hermum erigit. Sic gloriabatur. Illius autem oculos tenebræ operuerunt, eumq; Græcorū equi prima acie rotis contrierūt. Inde Demoleonta, bello strenuum, Antenoris filium, per galeam ferream nihil uim prohibentem,

tem, temporibus & osse transmisso, & cerebro omni contuso, interemit. Tum alacré Hippodamanta, amissis equis fugientē, inter humeros sauciauit, qui inter expirandum circum lictus gaudente Neptuno à iuuenibus distractus mugiebat. Ita eum fortis animus reliquit. Post hos in pulcherrimum Priami filium Polydorum desertur. Hunc pater à pugna, quod liberorum ultimus esset et charissimus, non continuit. Pedum autem uelocitate omnes superabat, ut tunc re ostendit. Currebat enim inter primos pugnatores, quo ad usq; exanimatus procidit. Siquidē gloriosus Achilles terga uertentem, qua aurea fibula balteum alligat, & duplex thorax suspenditur, uulnerauit, ac spiculū per mediū euasit umbilicum. Ingemens in genu procumbit, oculi nebula caligat. Quem procidentem in terram, manibus suscipiente declinantēq; ut conspicatus est Hector, caligatis oculis, non amplius cunctari sustinens, uibrato in Achillem telo, flammæ similis irruit. Achilles eo uiso, ut assiluit, iactabudus, Adeſt, inquit, uir, qui me maiorem in modum perturbauit, qui charissimum mihi amicum interenit. Sed non diutius in pugna alter alterū formidabimus. Dixit, et toruis oculis Hectorē aspiciens, Co minus, inquit, accede, ut citam morte experiaris. Cui contrā imperterritus Hector respondit: Pelei fili, ne tibi me ut stultū uerbis tuis terrori persuadeas. Iam & cauillationes & iniurias noui, & te fortē, me autē longe uiribus inferiorem non eo inficias. Verū hæc in deorum sunt uoluntate, ut etiā imbecillior te hasta perimam. Est enim & mihi acutū telū. Dixit, & prior crissatam hastā in Achillem direxit, quæ tenui spiritu à Minerua conuersa, ante Hectoris pedes cecidit. Tunc Achilles in cædem ferox, in illum horrendo clamore irruit. At eum Apollo, perquam facile

Achilles.

Hector.

facile (ut pote deus) erexitum densa operuit nebula. Ter
 inclytus Achilles infesto spiculo cum appetiit, ter densas **Achilles**
 nebulas transuerberauit. Quarto autem impeui facto gra-
 uiter cōminatus, Effugisti, inquit, impudens morte, pro-
 fecto propè exitium agentem te Apollo eripuit, quem inter
 tela uersatus precari debes. Veruntamē aliās, si quis mihi
 deorū fuerit, manibus meis cades. Interea alios quicunq;
 mihi obuiam fuerint prosequar. Hæc dicens, Dryopa me-
 dia in ceruice sauciū ante pedes strauit. Inde Demachum
 magni Philetoris filium genu uulnere primū incusso co-
 hibuit, inde magno ense transegit. Post hos Laogonum
 & Dardanum Biante genitos, ex equis alterum hastā,
 ense alterum, cominus in terram constrauit. Tros autem
 Elastoris filius, ad eius genua procidens, si forte ætatem
 ipsius miseratus in columem dimitteret,ensem secundum
 epar recepit. Stultus sane. Neq; enim nouit, quod credi-
 bile erat, neq; benignum, neq; mitem, sed ferocem, tacitis
 genibus placari non posse. Decidit epar, & ex eo niger
 sanguis profluens sinum impleuit. Tenebræ obeuntis
 oculos operuere. Post Mulio secundum aurem percusso,
 per alteram telum euasit. Ad hos Echecli Agenoris me-
 dium caput acuto gladio diuisit. Gladius autem totus san-
 guine aspersus est, mors statim & fatum ineuitabile eius
 oculis obuersatur. Transuerberauit & Deucalionē, quā
 collum brachio iungitur. Eius grauata manu, et præ ocu-
 lis morte oberrante ense ceruice percussa, longe cū cassi-
 de caput abiecit, cerebrum per ossa effluxit, corpus humi
 extentum iacuit. Iam Achilles in strenuum Pirei filium
 Rhigmon properabat, quem è fertili Thracia profectū,
 medium telo transegit, ferrum uentri infixum. Quo è
 curru cadente, eius auriga euestigio equos conuertens,
 dorso

dorso in festo telo recepto, saucius perturbatis equis decidit. Quemadmodum autē in montosa & arida sylua diuinus ignis omnia concremans perfurit, & uentus spirans hue illuc flammarum dirigit, ita Achilles undiq; impetu facto, nunc hos, nunc illos interimere, sanguis per terram fluere. Et ueluti cum latæ frontis boues ad hordei trituras in alba area iunguntur, sub quorum mugientium pedibus culmi proteruntur, haud aliter sub magnaenimo Achille equi & exanimis simul & clypeos proterere, sanguine autem & axis & curruum rotæ coquinari, quas ab equorum ungulis guttæ spargebant. In hunc modum Achilles gloriae inserviens, euitandas manus sanguine maculabat.

ILIA DO SHO-

MERICAE LI-

BER XXI.



V M uero ad latū & uorticosum Xanthi fluuium, quē immortalis genuit Iupiter, peruenissent, inde in duas partes diuisos Troianos, alteros per campū Achilles urbem uersus, qua superiori die perterriti furentem Hectorēm Græci fugerant, trepidos & palantes persequebatur. Densas autē tenebras ad eorū fugam inhibendam Iuno conduxerat. Alteri in altū & argentea unda perspicuum fluuium magno strepitu compelluntur. Tum aqua & alte ripæ insonuerūt. Ilii autē per aquarum uortices taciti hue illuc latebras disquirebāt. Et quē admodū sub agris crepitū locustæ in area elata fluuium petentes repente alueum subeunt, sic Achillis metu profundum

fundum & sonans Xanthi flumen equis & hominibus
 implebatur. At ille magnanius, hasta in ripa inter myr-
 eas relicta, deo simulis, solo ense in alueum diffiliit cædis
 auidus, & crebris ictibus Troianos agebat. Ilii ense acti,
 turpiter ingemere, aqua crux rubescere. Ac ueluti mi-
 nores pisces, uiso delphino, imis se cauernis recipiunt for-
 midantes (deuorat enim quoscunq; assequitur) sic Tro-
 iani impetuosi fluminis ripis delitescebāt. At Achilles cæ-
 de defessus, duodecim è flumine iuuenes uiuos delegit, qui
 bus Menetij filiū Patroclum ulcisceretur. Quos ut cer-
 uorum hinnulos trepidantes, ligatis post terga manibus
 ipsorum zonis quibus cingebatur, socijs ad latus atq; altas
 naues ducendos tradidit. Inde iterū irruit in cædem ala-
 cer. Ilic Lycaoni Friam filio è fluvio euadenti obuiam
 factus est. Hunc antea à se captū, è patrio solo inuitū no-
 cturnus abduxerat. Caprifici enim ramos acuto ferro in-
 cidebat, ut currus radios fäceret, cum inopinatū malum
 glorioius Achilles astitit, à quo captus, et in bene munitā
 Lemnum abductus, Jasonis filio uenidit. Hunc magno
 postmodū precio redēptū, Imbrius Eetion clarā Arisbam
 misit. Vnde aufugiens patrio solo repetito, undecim dies
 cū amicis oblectatus est. Duodecima iterū eum in Achillis
 manus redegit deus, qui eum eliā reuerti uolentē, ad inse-
 ros detrusurus erat. Eū ut uelox Achilles galea clypeoq;
 & hasta inermem agnouit (omnia enim fuga defessus &
 labatibus labore genibus abieccrat) indignabundus secū,
 En, inquit, quid nunc miri oculus meis obijcitur? profecto
 interēpti à me Troiani rursus è tenebris resurgent. Quē
 hic casum euasit? Clara in Lemno uenundatus, neq; spu-
 matis maris fluctibus, ut inuiti cōplures, coērceri potuit.
 Sed age hastæ nostræ spiculū experiatur, ut uideam atq;
Achilles intelligam,

intelligam, an forte idem iterum eueniat, an alma terra,
 quæ & fortē coērcet, hunc quoq; coērceat. Sic animo
 uoluenti astitit Lycaon, trepidus, ut eius genua cōtinge-
 ret. Frustra tamē fatale exitium se euasurū cogitauit, lon-
 gamq; hastam inclyti Achillis manu in se uibratam pro-
 cumbēs declinauit. Hasta super eum in cēde delata, humili
 infigitur. Tum Lycaon altera manu apprehensis geni-
 bus, altera telum acutū capiens, his uerbis precatur: Tuā
Lycaon. ego genua tāgo Achilles, tu mei mūscerere. Seruus tuus ego
 sum magnanime, & cui miserearis dignus. A te primū ui-
 tam accepi, qua die me culto in agro captū patre & ami-
 cis procul, Lemni uendidisti: Tibi ego iam sacrificium, at
 nunc longe maius exhibui. Est autē hic duodecimus dies,
 ex quo Ilium multa perpessus appuli, et tuis me iterū ma-
 nibus crudele fatum obiecit. Debeo Ioui patri odio esse,
 cum iterum me in tuā redegerit potestate. Paucis me an-
 tē annis Laothoē mater, Altai senis filia, Altai inquam,
 qui bellicosiss Lelegis imperitans, altam Pedasum sub
 Satnionte incolit, pepererat, quam Priamus cū alijs plu-
 ribus habuit. Ex hac duo nati sumus, qui ambo manu tua
 occubent. Pulcherrimum namq; Polydorum acuto telo
 inter primos pedites interemisti. Nūc ego periclitor, neq;
 enim puto tuas me manus euasurum. nam urgent me fa-
 ta. Dicam tamen, quod tu accipias oro, ne me interimas.
 Neq; uterinus sum Hectoris frater, qui tibi mansuetū &
 fortē interemit socium. Illis uerbis clarus Priami filius
Achilles. precatus, immūte responsum accepit: Stulte, inquit, neq;
 precibus nunc tibi utendum est, neq; concionibus. cum
 Patroclus cēdem suam satiauerit, tunc Troianis pācen-
 dum ducam. Multos superiori tempore captos uendidi,
 nunc minime mortē effugies, quam deus ante Ilium con-
 ditum

ditum in meā tradidit potestate. Neq; modo tuā , sed &
 Troianorū omnium, & liberorum Priami in primis. Sed
 amice morere & tu. Quid frustra ingemis? Occubuit Pa-
 troclus te longe præstatiōr. Nō'ne uides qualis ego sum?
 quāmpulcher? quām magnus? claro patre genitus, & ma-
 tre dea. Veruntamen me mors & fata superabūt. Veniet
 aurora seu crepusculū seu meridies, cum meā aliquis ani-
 mam uel telo uel ense auferet. Sic loquētis hasta trāsuer-
 beratus Lycaō, labātibus genibus, animā agebat. Eumq;
 passus manibus in genua procumbentem, Achilles stricto
 ense secundum ceruicis cōpagē trāsagit. Anceps gladius
 totus in uulnus recipitur. Extinctum humi , terra nigro
 cruore cōspersa, pede acceptū Achilles in flumē deuoluē= Achilles.
 dum abiccit. Inde gloriatus, Iste, inquit, cum piscibus iaz-
 ceas, qui tuū sanguinē seuti absorbeant. Mater neq; iaz-
 centi tibi incūbens deflebit, sed torrēs Scamander in latū
 maris sinū te auferet, & aliquis undis actus piscis procl= Lam fugiens, albū Lycaonis adipē deuorabit. Occumbite
 Troiani, quoad altū Iliū capiamus: uos quidem fugiētes,
 ego autē terga premēs. Neq; uorticosis et incuruus flu-
 uius uobis sufficiat, cui uos multos mactatis tauros. Vi-
 uos in undas equos agitet, & ita dura morte cōficiami-
 ni, quoad omnes super Patrocli & Achiuorū cæde, quos
 apud eitas naues me absente intercūstis, ulciscar. Sic ait.
 At fluuius magis indignatus, agitat animo, ut à cæde
 inclytū Achillē inhiberet, & Troianos defendiceret. Iam
 Achilles in cædē alacer, lōga hasta in Asteropæū Pelego-
 nis filium descrebatur. Pelegonē Axius late fluens ex Fe-
 ribœa Acesameni filia natu grādiore progeniuit. Etenim
 altus fluuius accubuit. Hic Achilli è regione duabus ha-
 stis occurrit (ci nanq; vires auxerat pro interemptis à

truci Achille in flumine militibus iratus Xanthus) Cum
Achilles. ergo propius cōcurrissent, prior Achilles, Quis, inquit, et
 unde es, & quo ex genere nūhi obuius ire audes? Infeliz
 cū parētum liberi meas uires prouocat. Cui cōtrā clarus
Astropaeus. Pelegonis filius, Magnanime, inquit, Achille, quid me de
 genere meo percontaris? Ex fœcundo atq; longinqua
 Pœonia oriundus sum, longe iaculantium Pœonum du-
 ctor. Undecima nunc dies agitur, ex quo Ilium appuli-
 mus. Genus à late fluente Axio duco, Axio, cuius lympia
 dißima aqua totam irrigat regionem. Is Pelegona sre-
 num bello uirum, hic me genuisse fertur. Nunc manus
 conseramus clariſſime Achilles. Sic iactabundus, in eum
 fraxineam è Pelio hastam protendentem, duas simul ha-
 stas extorsit (ambidexter enim erat) quarum altera per-
 cussum clypeū haud omnino scidit (aurum enim dei mu-
 nus seruauit illæsum) altera dexterum cubitum leni uul-
 nere attigit, fluxit per manum cruor, hasta autem super-
 uolans terræ infigitur. Tum Achilles cædi intentus, in
 Astropæum hastam contorsit: que aberrans, altam ripā
 ad medium usq; penetrauit. Stelit fraxinea hasta. Inde
 stricto latere gladio in eum furibundus insiluit, illiusq;
 ualida manu è prærupta ripa concussam hastam frustra
 euellere tentantis, & iam quarto infringere eam paratis,
 prior ense per uentrem secundum umbilicum transmisso
 anima abstulit. In terrâ omnia prociderunt, tenebris expi-
Achilles. rantis caligati sunt oculi. At Achilles in pectus irruens,
 eoq; armis spoliato, gloriabundus ait, Sic iaceas Astero-
 pæc. Neq; enim cum summi Louis filijs tibi pugnandum
 erat, licet à fluvio ortum ducres. Tu late fluentis Axij,
 ego me magni Louis stirpe natum glorior. Genuit me uir
 multis imperitans Myrmidonibus, Peleus Acaci filius,
 hunc

hunc Iupiter : qui ut cunctis mare irrumpentibus fluuijs
 longe præstat, sic eius etiam genus est, quam fluuiorum,
 præstantius. Etenim tibi magnus fluuius si quid potest
 opis afferre, non tunen est ut cum Iove Saturnio confe-
 ratur. Cui ne fluuiorum quidem omnium maximus Ache-
 lous, neq; procellosi occani, ex quo & flumina & mare
 fontesq; & alij putei oriuntur, suis equari potest. Magni
 enim Iouis fulmen & horrendum tonitrui fragorem for-
 midauit. Dixit, & è ripa ferreum hastæ spiculum euellit.
 Ilium in arena reliquit exanimem. Alluebatur unda san-
 guinea, & anguillis piscibusq; adipe exeso et hepate la-
 niato appetebatur. Ipse uero Pæonas equites, adhuc in
 uorticosi fluminis ripa (uiso optimo duce in atroci pu-
 gna fortiter interempto) latentes, persequi contendit. Ex
 quibus Thersilochum, Mydona, Astypylum, Mnesum,
 Thrasium, Aenium, Ophelæstem, interemittit. Interemisset
 & plures, nisi altus fluuius in humanam faciem uersus, Scamander,
 cum iratus ab imis uades esset affatus, Achille, frustra ua-
 lidus es, frustra indigna uiris patras. Semper tibi dij opis
 tulantur, siquidem Saturni filius omnes Troianos tibi
 perdendos tradidit. Tu tunen eorum terga per campum
 premens, digna te cogitato. Impletur mihi purus alueus
 cadaveribus, neque præ angustia possum in latum mare
 profluere, neq; cæde adhuc cessas. Desiste iam quæso: stu-
 pore nang; populorum princeps contabesco. Cui contrâ
 uelox Achilles, Esto quod iubes generose Scamander, Achilles
 non tunen prius à superbis Troianis abstinebo, quam in
 urbem eos concludam, & Hectori congregiar, ut uter
 utrum interimat, periclitemur. Sic inquiens, Troianos
 alacer inuasit. Tunc Apollinem affatus Scamander, Ar= Scamander,
 citenens, ait, Iouis fili, minime patris obsecutus es uo=

luntati. Quippe qui ut Troianis adesset, eisq; ad solis oēcasum & scūdā terrae umbrā opem ferres, maiorē tibi
 in modū præcepit. Dixit, & cum Achilles ē medio alueo
 proſilire cōtenderet, undarū fluclibus perturbatus, cada-
 uera ab Achille interemptorum plurima pāſſim iacentia,
 ex alueo tariquā mugīes abiecit. Viuos autē apud lympī-
 das undas magnis & altis uorticibus abditos tutatus est.
 Tolletatur circū formidolosum Achillē tumidus fluctus,
 cumq; in clypeū profusus impulit, ut pedibus consistere
 non posset. Tum apprehēsam magna ui procerā & urē-
 tem ulmum radicitus euulsam traxit. Repleta crepido est
 omnis, & flumen densis ramis ponte factō cohībitū, cum
 in alucū tota decidisset. At Achilles cito pede in campum
 trepidās affilijs. Non tamen magnus destitit deus, in cum
 summis fluctibus irruens, ut eo in pedito, à Troianis exi-
 tium auerteret, Achilles igitur ad hastā iaclus, nigrā &
 uenaticā aquilā alitum præstantissimā viribus & cele-
 ritate similis, irruit. Cui circum pectus arma horrēdē in-
 sonuerunt. Sic oblique declinavitē fluuius magno strepitu
 urgebat. Et quēadmodum cum ab alto fonte quissiam in
 plātas & hortos aquam præuius deducit, & ligone riui
 obices amouet, & calculis motis defluēs aqua immurmua-
 rat, & deductore sequitur: haud aliter Achillem, quāvis
 alacrem, uehemens fluctus premiebat. Potiores namq; dij
 sunt quam homines. Quāto autem maiore animo Achilles
 resistebat, ut intelligeret, an se omnes dij immortales,
 qui magnum cœlum habitant, persequerētur, tanto magis
 magnus lympidi fluminis impetus in eius humeros inua-
 debat, ipse altiora moestus petere, fluuius magno in obli-
 Achilles. quū impetu pedibus solū subtrahere. Ingemuit Achilles,
 & cœlum suspiciens, Jupiter, inquit, pater, ut quid nemo
 deorum

deorū mihi miseretur, qui me à fluminis violentia cripiat?
 Quid ego in posterū patiar? Non aliis quissimā cœlestiū
 horum mihi autor est, sed mater charissima, quæ me men-
 dacijs fuit, cum sub Ilij muro infestis me Apollinus sa-
 gittis peritū prediceret. Utinā Hectoris uiri huius re-
 gionis fortissimi telis occumberē. Siquidem fortis fortē
 interimeret. Nunc me fata in gloria morte damnarunt, ut
 magno in flumine tanquā subulci filius per h̄ emem tor-
 rentem transiens suffocarer. Hæc orati repete Neptunus Neptunus,
 ei & Minerua in humanā faciem uerstī astiterūt. Et datis
 dextris, pluribus uerbis sic eum prior assatur Neptunus,
 Achille, ne trepidat, neque te ulla formido teneat. Tales
 dij, ego scilicet & Minerua, Iouis consensu tibi fautores
 adsumus, ut te fluminis violentia peritum minime sit
 uerendum. Cito desinet, ut uidebis. Verum te iterū ite-
 rumq; si credis, monebimus, non prius immutis hostis ma-
 nus quieturas, quam intra claros Ilij muros Troianus
 populus fugiens recipiat. Tu autē Hectorē interimes,
 inde rursus ad naues rediens, nos te gloria extollemus.
 His dictis, in immortalium cœctum concesserunt. Tum A-
 chilles, opertum aqua campum animo deorum hortatu-
 aucto superauit. Fluitabant pulchra nuper interemptorū
 arma paſsim & cadauera. Recta igitur in feruētem undā
 euasit, neq; late profluens annis eum coērcere potuit,
 quippe cui magnas uires Minerua prestiterat. Non ta-
 men Scamander destitit, sed magis Achilli succensus, alte Scamander.
 fluctu sublato, Simoēnta compellauit, Amice frater, unā
 ambo uirum fortē cohibeamus. Is nanq; breui magnam
 Priami urbem excidet, Troiani ei non resistēt. Tu pleno
 fontium aquis alueo open euestigio feras, infla torrētes
 omnes, & undas simul & arborum lapidumq; fragorē

excita, ut exitiosum uirum impedianus, qui nūc dijs pā-
 ria audet. Neq; enīn uires, neq; aliud quippiā, non arma
 pulcherrima, in ultimo portu luto operta opitulatura ei
 confirmo. Operiam cum multa arena, plurinis aggestis
 lapidibus. Neq; eius ossa Græci colligere poterūt. Tantā
 in eum colluuiē accumulabo. Hic humabitur, neq; aliud
 effodiēdum erit monumētum, quē admodum si ab Achī-
 uis cōderetur. Dixit, & iratus spumāti murmurāte san-
 guine, & cadaueribus immixtis aucta à Ioue aqua fur= lano.
 bundus in Achillem defertur, cumq; corripit. Tum Iuno
 Achilli timens, ne magnis uiolēti fluminis opprimeretur
 fluctibus, euestigio charissimū filium Vulcanū clara uoce
 cōpellans, Excita te, inquit, claude mī fili. Dignum enim
 te aduersarium uiolētum Xanthum cōiectamur. Quare
 opem feras. Accēde quāmprimum sonātem flammā. Ego
 uero zephyro & uiolentissimo noto ad mare immensam
 procellam excitatura contendam, que Troianorū ex ca-
 pita & arma graui exuret incēdio. Tu autē hic & Xan-
 thum & in eo arbores igni corripias, neque te ullis aut
 precibus aut minis moueat: neque prius uires tuas cohi= beas,
 quām ego iussero. Vulcanus autem urenti igne pri= mo
 mo campum, inde secundū fluuium multos quos Achilles
 interemerat, comprehendit. Tum campus siccatus, unda
 cohībita est. Ac ueluti autumnalis boreas nuper rigatum
 quāmprimum exiccat, eoq; fosso lētatur: sic totus campus
 arescere, cadauera uri. Inde in fluuium flamma conuersa,
 ardere ulni, populi, myricæ, lotus, thryon, & cypiron,
Xanthus. que ad lympidas Xanthi undas pāsim nascēbantur. Ian
 anguillæ & pisces in perspicua unda huic illuc annantes,
 sapientis Vulcani caloribus laborare, amnis impetus re= mitti,
 qui uoce illum compellans, Vulcane, inquit, nemo
 tibi

tibi deorum, neq; ego possum flagranti tuo igni resistere. Cessa queso, persequatur strenuus Achilles Troianos. Quid mihi opus est, ut eis opituler? Dixit igne astuans, scruebat enim lympida unda. Ac ueluti seruente multo igni lebete, prius pinguis porci adeps aridis circunsubiectis lignis liquitur: sic Xanthi aqua seruere, neq; amplius Xanthus labi, neque Vulcani violentia resprire iam poterat. Is igitur Iunoni supplex, Quo meo, inquit, merito filius tuus meum pre ceteris flumē exurere molitur? Non ego duntaxat, sed & ceteri omnes Trojanorum partibus faciuent. Ego tamen desistam, si iussris. Desistat & hic. Ego tibi iure iurando confirmo, nequaquam amplius exitium à Trojanis auersurum, ne Troia infesto igne concremetur. Cremabitur enim à bellicosis Achius. His auditis, exemplò pulcherrima Iuno charissimum filium Vulcanum affatur, Vulcane mihi dilectissime fili, immortalem deum tantopere mortalium gratia perturbari non decet. His uerbis Vulcanus domita Xanthi violentia ignem amouit, flumen in alucum rediit, qui deinceps Iunonis licet iratae iussu ambo cessarunt. Vrum inter alios deos grauis & difficilis contentio augebatur. Diuersa namq; sententia dissidentes, magno inter se strepitu concurrebunt. Tum spatiosa terra & amplum cœlum circumsonuit. Audijt in cœlo sedens Iupiter, & ea decorum contētione intra se risu exhilaratus est. Illi communis congregandi, cōcurrere. Mars clypeū cōcutiēs, ex primū in Mineruā Mars, infesto telo exprobrans irruit: Quid tandem, inquit, impudicissima deos in pugnā prouocās, nimū tibi tribuis? An oblitus es, cum Tydei filio Dionedi, ut me ferro impetraret, persuasisti, & in omnū cōspectu infesto telo pulcherum corpus meum sauciasisti? Nūc ego mihi persuadeo,

quicquid in me machinata es, ulturū. Sic dicens, augulo-
sum & tremebundū clypeū, quē ne Iouis quidem fulmen
scidisset, longo telo percussit. At ipsa relato pede, humili-
iacentē lapidē, nigrum, asperū, magnū, quē maiores agri-
terminū fixerant, ualida manu arripuit. Hoc bellicosum
Martē secūdum ceruicē percussit. Ille membris concussus
procidens, septem soli iugera opacuit. Pulucre sparsi sunt
crines, & arma circunsonuere. Risit Minerua, & secum
gloriabūda, stulte, inquit, nondum nosti quanto me for-
tiorē te esse glorier, quia te mihi uiribus parē facis? Sane
te materna exrect furia, que tibi irata male consuluit,
quia Græcorum partibus relictis, periuris Troianis opit-
ularis. His dictis, nitidos cōuertit oculos. Martem autem
grauier ingementem, & uix respīratem, Iouis filia Venu-
rus manu erexit.

Iuno. Quam cum Iuno intueretur, Mineruam
uestigio affata, Amaltheā, inquit, alumni Iouis filia in-
fatigabilis, en canina musca perniciosa, perniciosum
Martem per medium prælij tumultum ducit. Sed tu eam

Minerua. ulciscere. Sic ait. At Minerua alacris pectus Veneris
graui manu impellens, labantibus & animo & genibus,
stravit. Tum ambo uiridi in solo iacuere. Illa uero impre-
cata, Talia, inquit, omnibus, qui Troianis opitulātur, ue-
niant, quādo armatis Græcis cōgredientur. Et tam auda-
ces & tolerātes sint, quam Venus uenit cōtra me Marti
auxilium. Hoc pacto iampridē Ilium munitissimā urbem

Neptunus. populati, à pugna quiescemus. Risit his Iuno. At Neptu-
nus rex Apollinē affatus, Quid, inquit, & nos cessamus?
neq; enim licet, cum alijs cōperint? Turpe quidē esset, si
pugnæ exortes Olympum & Iouis æreo pavimento mu-
nitam domum petierimus. Quare incipe, iunior enim es.
mihi haud decens est, qui sum natu grādior, & plura no-

ui. Stulte q̄ insipiens es? non' ne meministi, que iam paf-
si sumus apud Iliū mala? Solos nos deorū Iupiter misit,
ut superbo Laomedōti in annū promissa mercede scrui-
renus. Ipse imperabat. Ego Troianis urbem latis et per-
quām pulchris muris, ne expugnari possent, circundedi.
Tu errabūdas & camuras boues in iugosæ Idæ cōualli-
bus pauisti. Sed cum accipiendæ mercedis tempus, gratiæ
multæ autores horæ afferrent, tunc debita nos mercede
fraudatos minatus dimisit Laomedon: tibi quidem, mani-
bus pedibusq; ligatis ad longinquas insulas deportaturū,
utriusq; aut ē aures incisurū. Nos animo irato, promissa
fraudati mercede, reuertimur. Horum tu nunc Troianis
gratiæ refers, neq; nobiscum in superborū Troianorum
cum liberis & pudicis uxoribus exitiū cōsentis. Huic Io-
uis filius Apollo respondit, Neptune, haud me sapientem **Apollo.**
dixeris, si tecum muscrorū causa certauero, qui frondibus
similes, nunc lœti & florētes terre fructibus uescuntur,
nunc minuuntur & deficiūt. At nos desistamus, alij pu-
gnent. Hæc dicēs, pedē retulit. Verebatur enim cum pa-
truō manus cōscrere. Tum uenatibus clara soror Diana, **Diana.**
in eum his uerbis inuecta est: Fugis arcitenēs, & Neptu-
no inani, contēpta gloria, cedis? Quid arcū incassum ge-
stas? Non ego te amplius paterna in domo, ut solitus es,
inter deos cū Neptuno certare iactāte audia? Cui Apollo
ne uerbū quidē respōdit. At uenerabilis Iouis cōiuncta ira
percita, contumelijs Dianam acriter insectata, **Luna.** Quid, in=
quit, canis! cōtra me uenire non uerteris? Ego tecum, et si
arcubus scias, & leonē te inter fœminas Iupiter, & pro-
uoto interimere posse statuerit, uiribus tamen pugnabo:
profecto tibi satius est, per mōtes feras & ceruas figere,
quam temere meliores insectari. Quid si pugnare pla-

cet, ut quām te sim fertior intelligas, quando te uiribus
præfers, nostri periculū faciamus. Simul hæc dicēs, utrāq;
eius manum lœua apprehendit, dextera ab humeris arcu-
bus abreptis, ijs eam secundum aurem ridens uerberauit.
Euera autē pharetra, citæ sagittæ deciderūt. Tum Dia-
na lachrymās, in obliquū fugā arrepta, ut columba quæ
ab accipitre, caua in petra delitescit (neq; enim capi de-
bebat) relictis illic arcubus ausguit. At deorum nuncius

Mercurius. Mercurius Latonā his uerbis alloquitur, Ego tecum nū-
nime contendā. Difficile est euim nubiftri Iouis uxoribus
cōgredi. Nimium contra immortales audes * gloriare me
uirlbus superiorē. Sic ait. Latona autē arcum sagittasq;
passim humili sparsas collegit, filiamq; secuta est, quæ iam
olympo ascēso ad Iouis æreo pavimēto p̄eclarā domū,
stillantibus per ora lachrymis, patris genibus procubuit.
Jupiter. ter Saturnius, dulce ridens percōtatur, Quis superūm in-
te charissima filia violentas manus intulit, ac si mali ali-

Diana. quid palam patrasses? Cui pulchra Diana ciulans, Tua,
inquit, cōiunx Iuno, cuius gratia inter superos contētio
exarsit, hoc pacto meū egit. His ita inuicem colloquēti-
bus, interea Apollo sacrū Ilium petijt, cui summo artifi-
cio cōditi muri curæ erant, ne eo à Grecis die preter fa-
ta occuparētur. Alij autē dij immortales in olympū, par-
tim ira, partim lætitia affetti concesserunt, et nubistro
assederunt patri. At Achilles et uiros simul et solidoru
unguium equos, passim ferro persequebatur. Nam quē-
admodū ardēte urbe fumus in altum cœlum deorum ira
sublatus diffunditur, cunctis ferens laborem, plerisq;
tristitū: sic Achilles labore simul et cura afficiebat Tro-

Priamus. ianos. Stabat autem senex Priamus miranda super turri,
magnum

magnum Achillem prospectans, qui Troianos palantes
agebat. Neq; enim quisquam resistebat. Ingemēs igitur
descēsa turri, apud muros, Portas, inquit, patētes quoad
populus fugiens in urbem recipiatur, habetote, siquidem
Achilles communis omnia perturbat, & magnam nostris
cladem illaturum suspicor. Verum cum in urbem reuersi
respirauerint, portas claudite, & compactos postes pes-
sulis obfirmate. Metuo enim ne perniciosus uir hodie
urbem irrumpat. Dixit. illi patefactis portis, & anotis
uestibus, fuga receptos seruarunt. Quibus Apollo obuiā
factus est, ut à tanto periculo eos asseruaret, fugiebant
enim urbē uersus siti & puluere laborātes. Achilles autē
formidolosa eos hasta insectari. Niniā nanq; rabie cor-
eius excandescere, & pro ampliori gloria contendere.
Occupassentq; superbū Ilium Achiui, nisi Apollo Age-
norem strenuum fortēm q; Antenorū filium, audenti ani-
mo in Achillem excitasset. Astitit ergo ut pernicioſas ma-
nus propeleret, fago innixus, & densa opertus caligine.
Verum cognito urbium expugnatore Achille, stetit in-
gentibus curis anxius, & secum magno animo ingemēs,
Hec, inquit, nunquid ego fortē Achillem sicut & alij
palantes fugiam? Capiet sane me, & tanquam imbecili-
lum iugulabit. Quid si nosiros fugari sinam, & ego hinc
aliò Ilij campum uersus, ad Idæ prærupta diffugiam, &
densis me syluis recipiam? inde cum hesperus Oceani flu-
tibus sudorem lauerit, Ilium redeā? Sed quid nunc am-
icus animus meus consultat? Ne forte in urbem redeuntem
in cāpo aduersus conficiat, & me impetu factio citis pe-
dibus corripiat. Neq; enim postmodum esset mortis euā-
dendæ locus. Fortissimus nanq; est præ cæteris omnibus.
Quod si ei ante urbem obuiā uenero, & eius corpus
Agesset.
vulnerari

uulnerari potest, & una ei est anima. Nam & mortali^m
eum scrunt. Saturnius tamen Iupiter clarum reddit. Sic
inquiet^s, in Achille cōuersus stetit. Eius namq[;] fortis ani-
mus in pugnā concitabatur; ac ueluti pardus ab alta syl-
ua in uenatorem impetu factō, neq[;] dubitat, neq[;] formidat
clamorem. Quod si quis prior eum uel uulnerauerit, uel
percusserit hastā, nō prius cessat, quām aut illū interimat,
aut ipse interimatur. Sic generosí Antenoris filius incly-
tus Agenor noluit prius sibi fuga cōsulere, quām Achille
experiretur, sed rotundo clypeo tectus hasta in cum de-
frebatur, clamitans, I am nimium sperasti clare Achilles
hodie te praeclarām Trojanorum ciuitatem excisurum.
Stulte sane. Adhuc multi & fortes uiri adsumus, qui pro
charissimis liberis & uxoribus Ilium defendemus. Tu ue-
ro huc mortem sequeris. Hec formidolosus & audēs bel-
lator locutus, acutum telum forti manu uibravit, percus-
sitq[;] sub genu tibiam, haudquicquam aberrans. Inso-
nuit autem noua ocrea, & resiliens ferrum prohibente
dei munere nihil persuasit. Achilles autem prouocatus,
illum inuidit. Non tamen Apollo, ut ex eo gloriam refr-
ret, passus est, sed sublatum multaq[;] opertū caligine, clam
è certamine dimisit, doloq[;] Achillem à populi cēde auer-
tit, procul namq[;] ipsum sagittis appetēs, Agenori omnia
similis astitit. Tum Achilles irruere, & pedibus per fœ-
cundum campum ad Scamandri ripam lente fugientem
(delectari enim dolo Apollo) persequi, cumq[;] cursu se se-
assecuturum sperare. At Troiani formidates, facto globo
in urbem alacres se recipiunt, quæ reuertentibus imple-
batur. Neq[;] enim extra urbem se inuicem expectare: &
quinam fugerent qui ue occubuisserint, uidere sustinuerūt,
sed trepidi urbem irrumpere pedibus consulebant.

Iliados

I L I A D O S H O-
M E R I C A E L I=
B E R X X I I .



I C Troiani in urbem hinnulorū more
fugiētes, sudorem siccāre, potu sitim se-
dare, propugnaculis incūbere. At Achia-
ui muro propinquātes, clypeis humeros
protegere. Ibi tum pro Ilio & Scæis
portis exitiosum fatum Hectorē statuit. At Apollo Pelei
filium his uerbis affatur: Quid me citis pedibus insectarī
mortalis immortalem? nondum me decum esse intellexisti?
Tu me persequi non cessas? Neq; tibi curae est in fugam
uersos Troianos urgere, qui iam in urbem reuerterunt.
Tu huc diuertisti. Non tamen me interficies, quippe qui
immortalis sum. Cui Achilles indignabundus, Appetisti Achilles.
me, inquit, eminus telo pernicioſissime deorum. Huc me à
muro auertisti, ubi adhuc multi, antequam portis recipi-
rentur, mea proculdubio dextra oppetissent. Magna me
gloria, eos facile liberando, fraudasti. Neq; enim ultio-
nem formidabas, quam ego tibi, modo potestas foret, libēs
infligerem. Hec dicens, simul effuso cursu, urbem uersus
magnanimus conuertitur. Et quemadmodum equus uie-
tor tractis per campum curribus facili cursu defertur,
ita Achilles alacer procurrebat. Hunc in armis fulgētem
primus senior Priamus cōspicatus est. Ut enim autumna-
lis stella (quam inter alias noctis tenebras splendore suo
uincentem, canem Orionis appellant) splendidissimum
quidem, infelix tamen signum & calidissimum, timidis
mortalibus apparet: sic arma in currentis pectore fulge-
bant. Ingenuit senior, & tonso manibus capite, clara
uoce

uoce stantē pro portis Hectorē, & cum Achille pugnādi
 cupidum pafsis manibus & miserandis uerbis precatur,
Dilecte fili mi Hector, noli quæso uirum illum solus ex-
 pectare, ne mox interficiaris. Siquidē longe te fertior est
 impius ille. Utinam tam dijs quam nubi charus esset, iam
 eum canes uulturesq; exanimem absumcrent, meo certe
 animo grauis moeror abscederet. Is enim multis me &
 fortibus filiis orbauit, quos aut interemit, aut ad longin-
 quas insulas deportatos uendidit. Etenim nunc neq; Ly-
 caonē neq; Polydorum, quos modo Laothoë fœminarum
 regina peperit, in urbem reuerti uidimus. Quo modo ui-
 uos in exercitu ære auroq; redimemus? Multū nanq; no-
 bis donū est, quod filie glorioſus Altes largitus est. Quod
 si * exanimos in infernas iam domos descendere, dolore
 afficiemur & ego & mater, qui eos genuimus. Alij uero
 remisiis. Sed ne tu quoq; Achillis dextera cadas, recipe
 te intra mœnia fili mi, ut hunc populum liberes, neq; illi
 magnam de te gloriam amica cassus anima præbeas. Sed
 miseri & recta adhuc sentiētis patris miserere, quem pa-
 ter Saturnius in præcipiti senecta graui fato damnauit,
 ut scilicet interēptos filios, raptas filias, prostratos tha-
 lamos, supplices pueros solo allisos, misera clade perni-
 ciosis Græcorum manibus uiolatas nurus uideam, & me
 tandem in primis ianuis postremo infesto ferro interē-
 ptum sæui lacerent canes, qui in ianuis ad ianitorū men-
 sam nutriti, & sanguine meo saturati, in uestibulis iace-
 bunt. At decorum est iuueni, ut in pugna occumbat, ut
 ferro uulneratus iaceat. Omnia hæc pulchra, licet interi-
 matur. Sed cum canū caput canāq; uenerabilis interēpti
 senis canes barbam lacerant, perquam miserabile miscris
 mortalibus spectaculū appetat. Hæc senior, canos mani-
 bus

bus capillos euellens. Non tamen filio persuasit. Alia ex
 parte mater, nudato pectore, alteram manillam ostendens Hecuba.
 cum lachrymis, Fili mi Hector, inquit, hæc tibi fermidini
 sint, et mei misericordia mouare, si quādo tibi obliuio-
 sam manillā fugendā præbui, horum recordare mū, si ge-
 bellicosum uirum, intra mœnia te recipe, neq; ei infestus
 occurras. Nam si te intercremerit, non ego te neq; ditissi-
 ma cōiunx sc̄retro impositū dilectissime fili ploraremus,
 sed procul à nobis ueloces Argiutorū canes apud classem
 dilacerarēt. His parentū uerbis Hector minime mouebat-
 tur, quin superbū Achille in se properantē expectaret.
 Qualis autem montanus draco exitiosa uenena pastus in
 cubili uirū manet, iraq; percitus crebro uolumine torue
 illū intuetur: sic Hector ualidis frettis uiribus, haud quō-
 quam cedebat, apud prēminentē turrim pulchro innuxus
 clypeo, indignabūdus magno secum animo, Hei mihi, in-
 quīt, si intra muros me recipiam: primus me Polydamas Hector.
 arguet, qui mihi ut nostros intra mœnia reducerem hac
 exitiosa, qua in nos Achilles insurrexit, nocte consule-
 bat. Cui ego minime obsecutus sum, quod satius profecto
 fuisset. Nunc cū temeritate mea populu anuserim, Troia-
 norū Troianarūq; lōgas uestes trahētiū, cōspectū refor-
 mido, ne quis imbellicior dicat, Hectorē suis uiribus frettū
 Troianos perdidisse. Sic dicēt. Tūc mihi satius fuisset A-
 chilli esse cōgressum, ut aut ipse, aut ego gloriose pro pa-
 tria cecidissem. Quid si clypeo, umbone insigni, firma
 caside, & hasta ad murū depositis, inermis Achille cōue-
 niā? eiq; & Helenā, & res eius, quas Alexander curuis in
 nauibus Troiani belli initii, aduexit, Atridis redditurū,
 reliquis autē Græcis Troianas opes cum eo me diuisurū
 pollicear? inde nostros iureiurando astringam, ne quid
 abscondant,

abscondant, sed bisfariam preciosa omnia partiantur? Sed quid hæc dilecta anima cogitas? Neq; enim ei credēdum est, qui nulla mei misericordia, nullo pudore moueretur. Interficeret me inermē temere ut fœminā, si armis exuerer. Non enim Achilles è robore & petra natus est, ut ei uirginum & adolescentulorum more blande & molliter fandum sit, iij nanq; inuicem effeminate loquuntur. Satius profecto est cum eo configere, ut quamprimum utri Iupiter gloriam largiatur, appareat. Dum hæc cunctabundus animo uolueret, Achilles bellico Marti similis, fraxinean & grauem hastam dextra uibrans, ei cōgrebat, cuius arma ignis aut exorientis solis instar fulgebant. Quo uiso cōtremiscens Hector, cum morari haud-quaquam sustinuit, sed penè relictis portis abibat. Tum Achilles pedum celeritate fretus, cum uelut accipiter auū leuissima, arguta uoce in montibus facile timidam ac trepidantem columbā, prædæ assequendæ auditus urget. Hector autem sibi cito pede Troiam uersus consulere, sic iuxta aggerem & altam caprificum lato sub muro uia currentes ad fluentem deuenere: ubi duo uorticosi Sca-madri fontes scaturiunt, alter calidus, quæ circum fumus tanquā ab igni in aëra tollitur: alter æstate grandini uel niui frigidæ, uel cristallo ex aqua concreto similis. Iuxta pelues ample, pulchræ, lapideæ stabat, ubi ante Græcorū obſidionē nitidas uestes Troianorum nurus & pulchræ filie lauabantur. Huc igitur cursu, hic fugiēs, ille persequēs, diuertere. Fortis præibat, fortior strenue sequebatur: quippe neq; pro tauro, aut bouis tergore, quæ uiris pro pedū celeritate præmia proponuntur, sed pro bellicosi He-ctoris anima cōtendebatur. Ac ueluti certatores equi magno aliquo præmio uel tripode uel muliere uidua proposito,

posito, ad metam leui cursu contendunt : sic illi haud scēgniores ter Priami urbem circundederūt. Quod despiciens, deos dēūm atq; hominū pater his uerbis affatur: Vi= Iupiter,
 deo dij amicum uirum Hectorem muros circunfugiente,
 & eius gratia animus angitur. Sic nūc in Idæ iugis, nunc
 in summa urbe multa mibi boum uiscera concremauit. En-
 eum nūc clarus Achilles cursu premut, consulite, an cum
 eripiamus, an per Achillem morti destinemus. Cui glauca
 oculos Minerua, O' pater, inquit, fluminum & nubium Minerua.
 autor, quod tibi uerbum excidit ? Virum mortalem iam=
 pridem morti destinatum, rursus à graui fato eripiendum
 cogitas? Esto, non omnes tamen id probabimus. Huic cō=
 trā Iupiter, Esto bono animo dilecta filia. Nō enim quod ita uelim, hoc proloquor, sed leui sum animo. Fac tamen ut lubet, neq; aliò diuertas. His uerbis iam in id paratum
 Mineruam impulit, lapsam à coeli uertice, ut Hectorem
 perturbaret. Urgebat eum Achilles, & quemadmodū ca-
 nis cerui hinnulū è lustris per saltus & cauas ualles per-
 sequitur, eiusq; quamuis sub frutice latentis, firmo tamen
 cursu uestigia sagax disquirit, ita Hector non latuit uelo-
 cem Achillem. Quantū autem ille ad Troianas portas se-
 cūdum fabrefactas turres, unde superne sagittis sui opem
 ferrent, & facile hostem propellerent, nitebatur: tantū hic
 praeuertens, urbem appetentem in campum propellebat.
 Et ueluti in somnis, neq; alter fugere, neq; alter insequi
 ualet: ita Achilles Hectorem assequi non poterat. Aliquo
 tamē pacto non euasisset Hector, nisi tandem Apollo ob-
 uius, uires & genua confirmasset. Achilles autem suis in-
 nuebat, ne in Hectore letistras sagittas cōtorquerent, ne
 scilicet alius quispiā pulcherrimā ipsi gloriā auferret. Cū
 nero quartū ad aquā peruenierunt, tum pater aureis laci-

bus, duo fati, alterū Achillis, Hectoris alterum imposuit.
Quibus medijs sublatis, Hectoris fatum deflexū, et in in-
ferna delatū est. Tū cū Apollo reliquit. Achillē autē Mi-

Minerua. nerua præsens affatur: Speravi iam inclyte et amicē lo-
ui Achille, magnā nos gloriā ad Achiuorum naues indo-
miti Hectoris cēde consecuturos. At nunc nullus cī fugē
locus. Non inquā: nec si arciger Apollo maiore in modū
ad patris pedes procubēs, cōtrā nitatur. Sed tu iā cursuū
siste et respira. Interea ego Hectori persuadebo, ut tibi
congregiatur. His Achilles latus paruit, stetitq; fraxine et

Minerua. hastæ innixus. Tū Minerua Deiphobo et facie et uocē
similis, inclytū his uerbis Hectorē affatur: Nimirum profe-
cto te frater citus Achilles Ilū circū persecutur. sed age,

Hector. iam cōsistamus, et inuicē nobis opitulēmur. Cui magnus
Hector, Deiphobe, inquit, uere antea omniū, quos Hecu-
ba et Priamus genuit, mihi charissimus eras. Nunc longe
charior, ex quo mei gratia, cū me muros egressū intellige-
res, huc uenire sustinuisti. Alij mōenibus se tuentur. Huic

Minerua. iterū Minerua: Maiorē te in modū mū frater et genitor
et uenerabilis mater flexis orāt genibus, cōsistas. Achillē
enīm omnes tremūt, quare meus graui mōrore animus an-
gebatur. At nūc rectā in eum alacres irruamus. Neq; a-
mplius tela cessēt, ut periclitemur, an interēptis et spoliatis
nobis Achilles arma sanguine nostro conspersa ad naues
refrērat, an tuo telo occūbat. Ait, et subdolū precedit. Cū

Hector. ergo propiores fierent, magnus Hector Achillē prior his
affatur: Nō ego te amplius Pelei fili, ut antea formidabo.
Ter circū magnā Priami urbē à te actus, nūquām contra
stare perpeſsus sum. Rediſt nūc animus ut te expectem, et
aut te interimā aut interimar. Sed age deos obtestemur.
Hi enim testes optimi, et pastorū custodes erūt. Nō enim
crueliter

crudeliter te ulciscar, si mihi Iupiter uictoriā de te lorgie
 tur, & te interimā. Sed cum te pulchris armis spoliauerō,
 exanimem Græcis reddam. itidem & tu facias uelim. Hūc
 toruis intuitus oculis Achilles, Hector erras, ait, noli me= Achilles.
 cum quicquam pacisci. Sicut enim nullum inter leones ho-
 minesq; sanctū est iusurandū, & nunquā lupi & agni in-
 sentētia conueniunt, sed inuicē semper sibi male optat: sic
 inter nos nullus neq; amor erit, neq; iusurandū, nisi prius
 alterius sanguine alter funestū Martē expletat. Recordar-
 e uirtutis & audaciæ tuae, cuius nunc tibi maxime opus
 est. Nō erit amplius fuga. Euestigio namq; Minerua mea
 te hasta conficiet, simulq; omnes quos infesto telo socios
 interemisti ulciscar. Dixit, & insultans prior longam ha-
 stam contorsit, quam inclytus Hector præuisan flexo ca-
 pite declinavit. Hastam supra caput delatan & humi af-
 fixā, Achilli Minerua restituit. Id Hectorē populorū pa-
 storē latuit. Qui iterū illum affatus, Aberrasti, inquit, for= Hector.
 tissime Achille, neq; dij tibi ex Ioue casum meū significa-
 rūt, ut dixisti. Loquax sane es & subdolus, ut tui formidi-
 ne, & fortitudinis & uirū mearū obliuiscar. Nō sane fu-
 giētis tergum, sed irruētis in te pectus uulnerabis, si deus
 permiserit. Nunc tu meum telum euita, uti non totum tuo
 corpore recipias. Leuius, te exanimi, bellū Treianos pre-
 meret. Tu nanq; es, qui nos uel maxime ledis. Is uerbis
 insiliens telū uibrauit, mediūq; clypeū nihil aberrans te-
 tigit. Reiectum tamen telum decidit. Tum Hector irrito
 emiso fraxineo telo, tristis atq; indignabūdus stetit. Neq;
 enim aliud habebat. Clara autem uoce Deiphobum albo
 clypeo insignē hastam petebat. At is lōgius aberat. Quo
 cognito, clamauit: Hei mihi, profecto me dij in mortem Hector,
 traxcrunt. Rebar enim Deiphobum mihi adesse, cum in

urbe sit. Minerva me decepit. Nunc dirum mihi impedit exitium, neq; fugae locus est. Certe et Ioui et Louis filio Apollini curae eram, quibus antea fautoribus seruatus sum. Nunc me fata urgent. Non tamen ignauis atq; in= glorijs cadam. Magnum aliquid et minoribus audendum moliar. Sic locutus, magnum, grauem, acutum, penden= tem lateri ensim strinxit, Et ut aquila aduolans per ob= scuras nubes in campum, uel pingue cygnum uel timi= dum leporem raptura, delabitur; sic Hector conuersus, corusco ense in Achillem desertur. Hic uero Achilles col= lectis et animo et uiribus, pulchro et uario clypeo ad pectus admoto, nutanti quadricristi galea, cui aurei cri= nes a Vulcano circum aptati uento stringebantur, ferox asstitit. Qualis autem hesperus stellarum pulcherrimus in obscura nocte, talis Achilles, acuta hasta infesto in Hecto= ris exitiu animo uibrata emicuit, obseruans quam in par= tem pulcherrimum eius corpus appeteret. Totum nanque his armis, quibus interemptum Patroclum spoliauerat, tegebatur: tantum qua humeris ceruix committitur, ubi facile eripi uita potest, cum impendet exitium, patebat. Hunc locum uiolentus Achilles, fraxinea hasta per molle ceruicem transuerberauit. Non tunen totum iugulu con= cedit, ut iactanti se Achilli respondere posset. Cum con= Achilles, cidisset, iactabundus ille, Hector, inquit, cum Patroclum interemisti, te saluum futurum, meq; absentem nihil cura= turum gloriatus es. Stulte. Ultor nanq; eius procul apud naues erat longe præstator, Superauerā ego, qui te pro= sternerem. Te autē et canes et aues turpiter lacerabūt, Hector, illum Achiuī sepeliēt. Cui Hector iam moriēs, Oro te, in= quid, per auorum et parentū tuorum manes, ne me apud naues canibus deuorandum relinquas, sed pro me es atq; curum

aurum quod tibi parentes nostri largientur, accipias:
 corpus meum his reddas, ut debito funere & rogo Tro-
 iani & Trojanorum natus mihi iusta persoluant. Hunc
 torum aspiciens uelox Achilles, Noli me canis per auos & Achilles,
 parentes meos deprecari. Utinam animus & uires aliquo
 modo pateretur, ut te in frusta dissectum, crudum mande-
 rem. Ea in me commisisti, ut nemo te à canibus vindicet.
 Non si decies uiciesq; mihi munera afferat, & alia pol-
 liceantur: non inquam, si per te tantudem auri Dardani-
 des Priamus mihi rependcret. Nullo te pacto uenerabilis,
 qua te peperit mater, feretro impositum deflebit. Sed ca-
 nes auesq; totum laniabunt. Ad hæc Hector iam animam Hecton
 agens, Norā sane non me quicquam à te impetraturum,
 tibi enim ferreus animus est. Vide tamen, ne tibi uerus ho-
 die uates sim, quando te fortē Paris & Apollo ad Scaeras
 portas intererint. Sic dicens oculos mors caligauit, ani-
 ma à corpore, casum suum deflens relicto ætatis flore ad
 inferos cōmigravit. Quem exanimē inclitus Achilles af-
 fatur, Nunc tu morere. Ego tum uita cedam, cum Iupiter & Achilles,
 dij immortales uoluerint. Dixit, & cuīsam è uulnere
 hastā procul depositus. Inde cruenta arma spoliati alij ac-
 currerūt Achiuui, in dolem & egregiū Hectoris specie ad-
 mirati. Neq; quisquā fuit, quin eum hasta appeteret. Et Volgi uerba,
 his alter alterū uerbis è propinquo alloquebatur: O quā-
 to nūc tactu mollior est, quām cum infesto ignaves appete-
 ret. & inter dicendū cum uulnerabat. Eo igitur spoliato,
 stans Achilles socios allocutus, Amici, inquit, Achiuorum Achilles,
 ductores ac principes: ex quo dij hunc uirum, qui solus
 plura nobis quām cæteri omnes mala intulit, occidendum
 præstiterunt, agite, iam urbē aggrediamini, ut Trojanorū
 intelligamus sententiā, utrū hoc interēpto urbe cedat, an

adhuc de defendenda cogitent. Sed quid hæc amicam mē-
tem subit cogitatio? Iacet apud naues exanimis, indefles-
tus, inhumatus Patroclus, cuius ego dum uixero, dum pe-
des mouero, nunquam obliuiscar. Quod si defuncti apud
inferos obliuioni mādantur, ego tamen & illuc amici socij
recordabor. Quare Achiui pœana, repetitis nauibus, con-
cinamus. Et hunc exanimem nobis gloriā feramus. Inter-
fecimus præclarū Hectorē, quem Troiani ut deum admi-
rabantur. Dixit, & rem indignam in eum molitus, utri-
usq; pedis neruis à calcaneo in talum perforatis, bouillum
lorum annexuit, curruiq; alligauit, caput in terra pen-
dere sinit. Sic ascēso cum pulcherrinis armis curru, agere
equos cœpit. Quibus haud inuite procurentibus flava
per pulucrē trahebatur cæsaries, & gratiosum caput in-
quinabatur. Permiserat nanq; id hostibus Iupiter. At cō-
specto procul filio infelix mater, coman uellere, precio-
sam ueste abiçere, ciulare ipsa & charissimus pater per-
quām miserè. Ciuitas omnis paſsim & fiere & lamentari,
haud aliter, quām si nobile Ilium infesto igni totū cōbu-
reretur. At populus uix anhelū senem tenere potuit, quin
portis erumperet. Qui pulucre consperso sordidatus, suo

Priamus. quenq; nomine appellans, precabatur inquiens, Mittite
me solum, et si mei solliciti sitis amici, ut ad Achiuorū na-
ues cōtendam. Orabo impium illum & fortē virum. Se-
ncta meæ reuerentia fortasse & misericordia mouebitur.
Est & ei senex pater Peleus qui eum in uestram & meam
in primis genuit calamitatē & dolorem. Tot mali in ipso
aetatis flore filios intermit, quos omnes non tantum miser-
desteo, quantum unum Hectorem, cuius nie intolerabilis
mœror ad inferos comutabitur. Utinā his saltem in mani-
bus interijset, ut & misera mater & ego, qui cum genuia-
mus, fle

mis, fletu & lamentis exploremur. Sic plorans, plorantibus una eiibus lamentabatur. At Hecuba largis stillantibus per ora lachrymis, Fili, inquit, quid ego miseris, te ^{Hecuba} ex animi, in tot calamitatibus uiuo? Tu mihi noctes & dies desiderium, populis autem omnibus communis eras utilitas, qui te tanquam deum prosequerantur. Tu maximum tuorum decus & praesidium dum uiueres. Nunc te mors & fatum occuparunt. Sic mater lamentabatur. Hectoris autem coniunx Andromache nondum quicquam audierat, neque extra portas esse uirum suum quisquam nunciarat. Erat ei tela in manibus, in regie conclavit, uaria, purpurea, uarijs intexta floribus. Aduocatisq; bene comatis ancillis iusserat, ut magnum igni lebetem admoduarent, ut balneum à pugna reuerso Hectori pararetur, ignara omnium. Neque enim audierat quām procul à balneis Achillis manibus à Minerua interemptus abeisset. Interea lanēta ciulatusq; à turri exaudiri. Mox cōtremuit, & è manibus radij excusi. Tum ad duas ex ancillis conversa, Sequamini me, inquit, ut quid noui acciderit, intellegam. Venerabilis socrus uocem audire mihi uisa sum, in pectore animus cōtremiscit, & genua hæret. Aliquid aduersi Priami filij accidit. Utinā longe omen à meis absit auribus. Timeo enim maiore in modū, ne acrem & impavidum Hectorem clarus Achilles vulneratum per campos urgeat, & solitos eius animos retuderit: Nunquam enim se in suorum globo continet, longe præcurrens, nemini uiribus fretus cedit. Sic fata, regiam tremebunda egreditur, furenti simulis. Eam pedissequæ sequuntur. Ut uero ad turrim & uirorum cœtum peruenit, mox re cognita, ut Hector citis equis à muro ad Achiuoru classem traheretur, oculi eius caligarunt, & retrorsum magno decidit

gemitu. Deciderunt et capitis ornatus fascia et corona,
 qua Venus eam cum alijs innumeris donis donauerat, qua
 die Hector est paterna Eetionis domo nuptam duxerat. Cir-
 cum mariti sorores et fratribus cōiuges exanimatam fo-
 uebant. Ut uero mens redijt, clara uoce eiulans, Misera me
Andromache. mi Hector, inquit, uno ambo nati sumus fato. Tu Ilij
 apud Priamum, ego apud syluosas Thebas in Eetionis
 domo nati sumus, qui me a paruulis misera citoq; gra-
 ui morte peritaram educauit. Vtinam non nata essem.
 Nunc tu in infernum sub terram descendis, me tristi in lu-
 etu uiduam linquis. Et infantil filio est nobis genito, neque
 tu usui eris Hector, neq; ipse tibi, ex quo occubuisti. Si
 forte aliquà saeuas Achiuorum manus effugerit, semper
 eum in posterum curae et labores manet. Alij eius agros
 usurpabunt. Hic autem dies aequalibus eum omnibus pri-
 uat. Stillant per ora lachrymæ, et amissso genitore puer
 ad patris comites uenit, aliorum sagum, aliorum tunicam ap-
 prehendens. Quorum miseratum aliquis pueri cyathum
 ori admouit, et labra quidem, sed non palatum perfudit,
 quem ipse, cum utrunk; parentum haberet, est coniuicio
Astyanax. abigere, manibus uerberare et contumelijs insectari so-
 litus est, Pereas, inquiens: neq; enim pater tuus nobiscum
 coniuatur. Persus ergo lachrymis puer Astyanax ad ui-
 duam matrem redijt, solitus iam in patris gremio medulla
 dutixat et pingui ouiu adipe uesci. Cum uero somnus obre-
 peret, in nutricis ulnis et molli ac delicato lecto quiesce-
 bat. Nunc uero mala innumera patietur charo parente
Andromache. orbatus meus Astyanax (sic enim à Troianis cognomina-
 batur) At tu mihi Hector solus modo portas et muros
 Troianos tuebaris: nūc uero scaturientes uermes satura-
 tis prius canibus, te apud Graecorum classem à parentibus
 procul

procum absumēt. Vester, quæ tibi sunt domi pulcherrimæ,
tenui filo & mulierū manibus consutæ, omnes cremabo.
Neque enim mortuo tibi sunt usui amplius, sed in Tro-
ianorum cultus redierunt. Dum hæc loqueretur, & ipsa
& comites misere complorabant.

I L I A D O S H O- M E R I C A E L I- B E R X X I I I .



V M in urbe hoc pacto lamentabatur,
interea Græci ad classem & Hellestōtum
reversi, quisq; suas naues repetit. Myrmī-
donec autem ne discederēt iussos, alloqui-
tur bello strenuus Achilles: Myrmidones,
quos ego mihi commilitones delegi, equos adhuc à curri-
bus ne disiungamus: sed ita ut sunt iuncti, ad exanimem
Patroclum accedentes, eum comploremus, qui honor uita
functis adhibetur. Inde corpora solutis equis curabimus.
Dixit. Illi dicto paruerunt, simulq; omnes Achille duce
& complorarunt, & ter exanimem circum egerūt equos
eiulant, inter quos Thetis luctus desiderium excitauit.
Madebat lachrymis arena, madebant militum arma: ta-
lem in rebus dubijs consiliatorem desiderabant. Tum A-
chilles misere lamentari orsus est, amico pectori homicidas
manus admouens, Lætare & infernis in domibus mi Pa-
trocle. Omnia tibi ut antea pollicitus sum, persoluam. He-
torem huc tractum crudeliter canibus deuorandum ex-
ponam. Duodecim nobilium Trojanorum filios, tuæ cæ-
dis gratia ante pyram truncabo. His dictis, grauius in in-
clytum Hectorem affectus, cum iuxta Patrocli lectum re-

Achilles,

Achilles,

supinum humi extendit. Inde fulgentibus se quisq; armis
 excuere, equos soluere, ad magnanimi Achillis nauem fre-
 quentes discumbere. Illic enim laute mensam parauerant.
 Multi boves albi, multæ balantes ex oues ex capræ,
 multi albis dentibus sues, leto pingui, mactati igne tor-
 reri, passim circa cadauer sanguis defluere. At Achiuo-
 rum reges strenuum regem Achillem, ut d: amici morte
 nimius dolor leniretur, ad inclytum Agamemnonem ex
 composito duxerunt. Qui tabernaculum ingressi, euesti-
 gio argutis præconibus, ut igni magnum lebetem ada-
 moueret, imperat, tentaturi an Achilli possent, ut cruen-
 tam tabem ablucret, persuadere. Ille instanter negare, &
 per summum optimumq; deorum Iouem deierare, mini-
 me se balnacum ingressurum, neque id licere, antequam
 Patroclo & rogi & sepulture iusta persolueret, & co-
 man secaret. Neque enim, inquit, pari dum uiuam dolore
 afficiar. Verum inuisum mihi cibum curremus. Illucescen-
 te autem aurora rex Agamemnon militibus iubeto syl-
 uam cedant, afferant, struant, ut moris est, ut facili igni
 combustus exanimis, & ab oculis euanscens, in caligino=
 fas tenebras descédat, miles operi incumbat. Ait. Ili cōti-
 nuo dicto obtemperantes, naturata coena, curarunt cor=
 pora. Non autem eodem cibo animus egebat. Exēpta fa-
 me, & ad capiendā quietem ceteris in tabernacula reuer-
 sis, Achilles in fluctuatis maris littore, ubi unda scinditur,
 multis cum Myrmidonibus sub dio agebat, grauiter inge-
 mens. Cum autē dulcis somnus animu curas exoluēs ei ob-
 reperet (plurimo enim labore formosa mēbra lassauerat,
 dum Troiana mœnia circum, Hectorē persequeretur) in=
 felicis Patrocli anima supra eius caput, statura, facie, uo-
 ce, cultu corporis sibi ipsi simulima astitit: eumq; affata,
 Quiescis,

Quiescis, inquit, mei oblitus mihi Achille? Cum uiuerem, tibi Patroclius
 curae eram, mortuum cōtemnis. Sepelias me oro, ut cō-
 tinuo inferni portis admittar. Longe me animae et mor-
 tuorum manes abigunt, neque ullo me pacto fluuiū trans-
 mutere, et sibi cōnisceri sinunt. Sed incassum per amplā
 inferni domū agor. Da quæso manū mūscro, non iterum ab
 inferis ueniam igni absemptus, neque amplius uiui sine ar-
 bitris sedentes quicquam consulemus. Sed me letiferū fa-
 tum, quod rite nascentem sortitum est occupauit: quod te
 quoque magnanime Achille, sublatis Troianorū muris ma-
 net. Illud præterea te admonebo, et te obsequete lētabor,
 ne ossa tua à meis procul cōdi patiaris. Sed quēadmodum
 unā in tuis domib⁹ educati sumus (nam paruulū me Mœ-
 netius ex Opunte ad uos, quo die stulte Amphidamantis
 filium iratus inter ludendum, quāvis inuitus interfeci, du-
 xit. Ibi me domi acceptum magnanimus Pleus, magnaq;
 cura educatum, inter familiares suos habuit) ita et ossa
 nostra idem et aureum et amborum capax conditorū,
 quod tibi uenerabilis mater largita est, nos operiat. Ad
 quem Achilles, Quid tandem huc amicissime uenisti, et haec Achilles.
 sigillatim mandas? Ego omnia, ut iubes, exequar. Sed ac-
 cede, ut paululum inuicem cōpleteamur, et mūscrum lu-
 etum leniamus. Sic clamans, amicis manibus protentis, ni-
 hil cōprehendit. Anima autem sub terrā, tanquam fumus,
 cum murmure euanuit. His perterritus Achilles, exurgit,
 complosis manibus, flebili uoce, Hei, inquit, procul dubio
 et apud inferos anima et simulachrū nō nihil est, et si sen-
 su non percipiatur. Siquidē pernox mihi infelicitis Patrocli
 anima flens atque plorans astitit, et sigillatum mihi man-
 data dedit, sibi ipsi quam similitima. Dum haec diceret, o-
 mnes pro exanimis desiderio in fletum proruperūt. Intra-
 rea purpurea illucescēte aurora, rex Agamēnon uiros ad

deserendam materiam undiq; è tabernaculis exciuit, qui-
bus fortis & boni Idomenei familiaris Meriones præfi-
cit. Ferebant autem aptas cædendas syluis secures, &
fabre connexas catenas. Multi per acclivias decliviq; &
transuersa itinera properabant. Cum uero in iugosæ Idæ
saltus peruenissent, continuo operi accincti, properare,
altas quercus incidere. Ille cū fragore cadere, & in par-
tes consectæ, super mulis alligari. Eodem inde remenso
itinere, campo & densis arbustis oblectari. Ita perlata à
calonibus ligna, ut Merioni placuit, in littore ordine di-
sponuntur. Tum Achilles magnum & Patrocli & sui ca-
pax sepulchrum condidit. Allata itaq; immensa materia,
omnes confederunt. Achilles uero quenq; Myrmidonum
ferro cingi, curribus equos iungere quamprimum iussit.
Qui dicto parentes, armati, ascensis curribus & milites
& aurigæ & in primis equites prodiere. Sequebatur pe-
ditum multitudo innumera. In medium autem socij elatii
Patroclū tonsis & superiectis capillis totum operuerūt.
Ponè Achilles mœstus caput tenere, exanimemq; socium
ad inferos demittere. Vbi uero ad quem iusserat Achilles
locum deuenerunt, eo deposito, Achilles flauā, quam flore
tem Sperchio fluvio nutrierat, comam incidens, altumq;
Achilles. intuitus mare, indignabundus, Sperchie, inquit, aliter tibi
genitor Peleus uouit: hæc, me charam in patriā reuersum,
& tibi depositurū, & sacrificium oblaturū: præterea &
quinquaginta arietes ad fontes ubi tēplum tibi & altare
est, litaturū. Hæc uouit senex, cuius desideriū nō implesti.
Cum igitur nō sim ad paternos lares redditurus, forti Pa-
troclo comam largior. Simul hæc dices, in exanimis amici
manibus coma deposita, omnes in fletum prouocauit. Et
iam inter complorationem sol occidisset, nisi Achilles his

Agamemno

Agamemnonem uerbis admonuisset: Agamemnō, tuo ma-
xime dicto Achiui parebunt. Iam satis comploratum est.
Tu nunc à pyra populum ad epulas parandas dimitte:
nos defuncti familiares in conuiuum principes accipie-
mus. His auditis, Agamemnō ad suas quēmq; naues abire
iussit. At quibus cura demandata erat, ex aggesta materia
centum quoquo uersus pedum pyra constructa, desuper
exanimem tristes imposuerunt. Inde multas & lētas bie-
dentes, errabundasq; & camuras boues, ante pyram ma-
ctatas excoriatasq;, circūm disposuerunt. Quarum adipe
à pedibus ad caput exanimē operuit magnanimus Achil-
les, circum mactata corpora mellis & olei guttas appo-
suit. Inde feretro incumbens, quatuor procera ceruice
equos p̄ræ graui gemitu adiecit: & ex nouem quos mē-
sa sua pascebatur, canibus duos, & duodecim fortis nobili-
lum Trojanorum filios infesto animo cæsos accumula-
uit. Inde subiecta omnia consumente igni, lamentatus est
amicum, sociumq; nomine appellans: Mi Patrocle, in in-
fernīs etiam sedibus gaude. Omnia tibi, ut pollicitus sum,
persolui. Duodecim fortis nobiliū Trojanorū filios tecū
ignis absunit. Hectorē autē non igni, sed canibus absumē
dum exponam. Sic minitabundus locutus est. At canes Io-
uis filia ab illo dies & noctes abegit. Venus etiam eius
corpus rosaceo & diuino oleo perfudit, ne id quicquam
lederet. Apollo autem diuina cœlitus nube obduxit, &
ipsum, & ubi iacebat locum, ne solari ui exaresceret. At
cum pyram ignis non comprehenderet, Achilles procul
astans, boream zephyrumq; uotis sacris & aureo calice
libans, ut mox ignem excitarent, & pyram comprehen-
derent, orauit. Iris autē his auditis, ad subitos & furentes
uentos propere nūcia discubentes inuenit. Astitit lapideo
pauimē

pauimento. Quia uisa, surrexerunt omnes, & quisque ad se, ut conscenderet, uocabat. Abnuit illa, seq; breui ad oceanii fluctus & Aethiopas fore reuersuram excusauit; ibi diis immortalibus sacrificio facto, discubituram. Verum,

Achilles. Achille, inquit, boream & sonantem zephyrum ad se ueniant orat, sacra se facturum pollicetur, modo Patrocli, quem nunc Achiui complorant exanimem, rogum ut ardeat, suscitetis. ijs admonitis, abiit. Tum illi constrepere, turbari, nubes contrahere, ac præmittere, mox pontum ingredi, crisperi unda & tolli. Sic ad foecundam Troiam uchementi spiritu peruenierunt. His diurnus: nis suscitus, concrepat pernoct & stringitur. Tota autem nocte insomnis Achilles, ex aureo cratero rotundum poculum uino implens, & infelicit Patrocli manes vocans, effudit in terram. Et quemadmodum miseri parentes circa adolescentis filij rogum lamentantur, incredibiliq; mœrore afficiuntur, ita Achilles ardente amico mœstam & insomnem nocte egit, donec lucifer purpureæ super mare aurore præuius apparuit. Tum rogo & flama consumpta, uenti mare stringentes rediere. At Achilles procul à busto concedens, fessus procubuit, cuius mox artus leuis somnus corripuit. Interim cum Græci ad Agamemnonē frequētes conueniret, tumultu ac strepitu experrectus, assurgensq;,

Achilles. huiusmodi orationem habuit: Atridæ & uos alij Achiuorum principes, rogu nigro micro primū extinguedum, & uim ignis cohibendam curetis. Inde Patrocli ossa diligenter legantur, cognoscetur facile: nam in media pyra positus est, & alij in ultima & equi pariter & uiri. Ea in aurea phiala duplice adipe cōdantur, dum ipse ad inferos descendam. Sepulchrū interea non magnificū, sed mediocre faciendum iussi. Amplius autem & magnificenter, qui mihi

mihi superstites in multiremi classē eritis, erigendum cu= rabis. Sic locuto paruerunt. Nigro igitur mero rogo, quantus erat, extincto, altus subsedit cinis. Inde albis os= fibus collectis, pīj socij complorantes in auream phialam duplice adipe condiderunt, & in tabernaculo tenui uelo operuerunt, designatoq; iuxta bustum sepulchro iecerunt fundamenta. Inde cum aggesta terra abire uellent, inhibuit Achilles. Constituit enim certamen lebetibus, tripo= dibus, equis, mulis, bobus, bene præcinctis focminis, nigro alboq; ferro, uictorum præmijs præpositis. Et primum quidem citis equitibus pulchram ancillam, & pulchro= rum operum gnaram, & lebetem ansis insignem duorum & uiginti sextiorum capacem, primo. Secundo, indo= mitam & ex asino uterum habentem equam. Tertio, ne= dum nitidumq; quatuor sextiorum lebetem, in quo in= crant duo auri talenta. Quinto nouam & utrinque si= dentem phialam præmia statuit. Assurgens itaque, Atri= dæ, inquit, uosq; omnes Achiuorum principes, hæc equi= tum in currenda præmia. Quod si aliam ob rem certare= tur, dubio procul ipse uictor euaderē. Nostis equos meos immortales, quos à Neptuno Peleus pater, ipse à patre accepit. Nos tamen in præsentia hoc munere uocabimus. Ipsi namq; optimū aurigam amiserunt, frequenter eorum crines pingui oleo perfundere, & lypida aqua lauare solitū. Quāobrē profusis nūc humi crinibus, tristi animo ingemiscet. Alij igitur, quisquis suis equis fidit, ad currus iunctos adnittant. His auditis, conuenerunt Achiu, pri= mus rex Eumelus charissimus Admeti filius, equis præ= stars. Deinde fortis Diomedes, sub iugum Troianos ee quos Aeneas ab Apolline eruptos agens. Tum flauus atq; inclitus Menelaus, iunctis uelocibus equis Agamēnonia

Achilles

Acthe &

Acte & forti Podargo. Illam Agamēnoni dono dederat
 Anchisē filius Echepolus, ne ad alti Ilij expeditionem ire
 cogeretur, sed interim in delicijs ageret. Magnis nanque
 diuitijs eum pater ditauerat, habitabatq; amplam Sicyo-
 nem. Hanc igitur cursu anhelantem sub iugū misit. Quar-
 tus inclita magnanimi Nelidē Nestoris regis proles An-
 tilochus cum Pylijs equis: quem prudentem prudentior
Nestor. pater his admonebat: Antiloche, profecto te quamvis iu-
 uenem, Iupiter & Neptunus & amarūt, & omne eque-
 strem docuerunt disciplinam. Quamobrem haud multum
 opus est ut ipse te doceā. Nostri enim scite metā circum-
 gere. Equi tamen tardissimi sunt ad currendum, idcirco
 parum confido. Contrā horum equi uelociſſimi nonni-
 hil perniciores sunt in cursu. At tu consilium meum exe-
 quare, ne te præmia fugiant. Arte colonus longe melior
 est quam uiribus, arte in turbato mari citam gubernat-
 tor & uentis iactatam nauem dirigit, arte auriga auri-
 gam superat. Qui equis & curribus fudit, huc illuc uaga-
 tur. Sic equi errent nec stadium scruent, necesse est. Calli-
 dus autē imbeciliores equos agens, semper metam obser-
 uat, nusquam à recta deflectens. Neq; eum fugit regendi
 disciplina, sed instat semper præcedentia tergis. Metā ti-
 bi aperte ostendā ne te lateat. Extat lignum aridum ulnae
 longitudine supra terrā, siue quercus, siue tilia (neq; enim
 imbre fathiscit) duo autē utrinq; lapides albi, & ob tri-
 tum iter firmissimi. planus circum hippodromus. id quidē
 alicuius iam pridem defuncti terminū, uel carceres à maio-
 ribus institutos arbitror, quod nūc huic muneri Achilles
 destinauit, ut meta sit. Hāc tu curribus proprius actis pete,
 incube in sinistram flectes, dextrū autem equū stimulo &
 uoce proteras, leuus metā propinquet, ut radens metam
 stringat,

stringat, et tamen ad lapidem non offendat, ne forte et
equi laedantur, et frangantur currus: quod et alijs leti-
tiae, et tibi reprehensioni cederet. Si iussa mea obseruaue-
ris fili, euades incolumis. Si in flexu primus eris, non erit
qui te prætereat, non si clarum illum Adresti equū Ario-
nem, diuinū genus, aut qui in his pascuis pasti sunt Lao-
medontis, quisquam agitaret. Sic fatus Nelei filius Nestor,
cum singula filium admonuisset, assedit. Meriones quin-
tus prodijt. Sic ascensis curribus Achilles sortes duxit,
primā Antilocho, Eumelo regi secundā, Menelao tertiam,
quartā Merioni, fortissimo ultimam Diomedi. Sic ordine
sortitis procul in planicie carceres signauit, ijsq; diuinū
et patris assecitatem Phoenicem adhibuit, qui curriculi
custos uera referret. Ili igitur omnes expeditis flagellis et
uerbis una equos hortantur. Ili ocyus procul à nauibus
gradum cursui addētes, puluerem tanquā nubem aut tur-
binem excitant, comē uento stringuntur. Currus nunc in
almam terrā cadere, nunc in aëra tolli, ductores in curri-
bus incumbere, omnium animi uincendi desiderio contre-
miscere, quisq; sublato puluere equos nominatim hortari.
Sed cum iam iterū ad cani maris littus mete equi propin-
quarūt, tum singulorum uirtus apparuit, perpetuo nanq;
cursu Epheretiadæ ueloces equi perstabant. Inde quām
proximi Troiani Diomedis equi sequebātur, ut præcedē-
tem currum subinde ascensi uiderentur. afflatu autē Eu-
meli ceruicem et latos humeros humectabant, eumq; ca-
pitibus urgebāt. Et sane uel præuortisset, uel pariter me-
tam tetigisset Diomedes, ni ei Apollo succensus flagellum
manu excusisset. Tum præ ira in lachrymas prorupit, cū
illos uelocius prouochi, suos sine stimulo relinqu uideret.
Neq; fugit Mineruam, quod Apollo Diomedem lefisset.

Cito igitur cursu Agaménonis flagello accepto, Diomedi tradidit, quo equos impelleret. Inde Admeti filio ira eius iugū fregit, & currētibus equis temo, inde ipse secus rotā deuoluitur, cubito, ore, naso, frōte, supercilijs allis. Oculis obortae lachrymæ, uoce latæ cohita. Tum Diomedes, longe post se alijs relictis, micat, cuius equis Minerua uires addidit, eūq; uictoria gloria honestauit. Secundus Menelaus sequebatur. Tum Antilochus paternus equis cōpela-
Antilochus. latis, Currite, inquit, propere. Neq; ego cū forti Diome-
de, cui Minerua uires sufficit, & gloriam statuit, certare
contendo. At Menelaum assequamini, neque hoc dedecus
perpetiamini, ut hac foemina posteriores sitis. Dicā, & id
re experiemini, non amplius regi Nestori chari eritis, sed
uos euestigio interimet, si inglorij ultimū præmium refe-
ramus. Festinate igitur quām ocyssime, ut angustias præ-
occupetis. Quod ego, quantū in me erit, & enitar & cō-
tendā. Sic clamantem regē timentes equi, uelocius cursum
instaurarūt. Tum cauam uiā & hyemali pluuiia proscis-
sam, & in ima recedētē, præuidit Antilochus. Hanc tene-
bat Menelaus orbitas uitās. Qui cum in propinquo An-
tilochū parum extra viam agentē intueretur, pertinuit,
Menelaus. eoq; compellato, Antiloche, inquit, temere equos regis,
quare equos siste, angusta uia est, cito latiorē assequeris,
ne forte collisis interfice curribus ambo ledamur. Ille tamē
magno flagello instans audisse dissimulabat. Quantū au-
tem etatis experiens iuuenis discum post tergū iacit, tan-
tum Antilochi equi præuerterunt Menelaum, sponte re-
sistentem, ne pro uictoria festinantes, confractis inuicē in
angusto curribus, prosterneretur. Tum exprobrās Me-
nelaus, nemo est, inquit, Antiloche te perniciosior. Pereas,
ex quo haud uere Achiu te sapientē prædicant. Non ta-

men sine precibus primum auferes. Inde equos affatur,
 Nemoremini, inquit, neu segnes estote. Num pedes et ge-
 nua uestra labant? Sane utriq; deficiunt. Illi clamatis uo-
 ce perterriti, cursu instaurato, Antilocho facti sunt pro-
 piores. In hos omne spectaculum conuersum erat, sic ma-
 gno sublato puluere procurrere. Primus autem Cretensiu-
 ductor Idomeneus (sedebat enim extra certamen altiori in
 loco) rectoris uoce cognita, & nobilem equum spadicem
 totum preter frontem, in qua album ut luna insigne in-
 tuitus, assurgens huiusmodi orationē habuit: Amici Argis Idomeneus,
 uoru duces & principes, solus ego equos uideo. Alij nubi
 equi praecedere uidentur, alius auriga apparet. Cuiusq;
 priores erant equæ, in stadio offendurunt. Profecto quas
 ego primū prope metam uidi, nunc uidere non possum, cū
 uniuersum undiq; campum oculis lustrē. Aut habenæ ex
 aurige manibus excusse sunt, neq; potuit ad metā equos
 sistere, atq; circumire, aut cecidisse eum, & currū fregi-
 se suspicor. Diuersa nanq; conceptis animo uiribus petie-
 runt. Sed state & uos & intuemini. Neque ego certo di-
 scerno. Videtur tamen Aetolus ille qui Argis dominatur,
 fortis Tydei filius strenuus Diomedes. In hūc acriter in-
 uectus Oileus Ajax, Idomenee, inquit, quid nunc temere Oileus,
 loqueris? Velociſſime equæ per stadiū eminus procurrūt.
 Neq; inter Argiuos iunior es, neque uisu acutiore. At te
 semper iactas, cū minime te deceat proteruū esse. Sunt hic
 & alij q; tu meliores. E qui primi, Diomedis sunt: qui se-
 quuntur, Eumeli scitè equos regētis. Huic contrà Cretē-
 siū ductor iratus, Ajax, inquit, maledictis plurimū, cæteris Idomeneus,
 ris in rebus minimū uales. Ferox nimū es, prodi si placet,
 & proposito uel tripode uel lebete, arbitro Agamēnone,
 nostri in currendo periculū faciamus, ut utrius equi præ-
 D 2 uortant,

uortant, soluendo intelligas. Tum succensus, Ajax graui-
 ter se ulturum minatus est. Et iam ad rem uenissent, ni A-
 chilles. chilles assurgens, rem his uerbis composuisset: Non nunc
 uerbis ulciscendi tempus est Ajax & Idomenee, neq; de-
 cet. alium itidem faciente reprehenderetis. Sed uos in spe-
 Etaculi concessu currentes prospicite, qui mox pro uicto-
 ria properantes hic aderunt. Tum qui primi, qui secundi
 fuerint, plane cognoscetis. Interea Diomedes flagello e-
 quorum armos uerberans, equis alte se tollentibus, & le-
 ui cursu solum tangentibus, aduentabat. Auriga den-
 so puluere cōspergi, currus auro stannoq; cēlati protra-
 hi, orbita summo tantum et tenui puluere signari. Cum in
 medium multo ceruicibus pectoribusq; sudore stillatibus,
 peruenisset, constituit Diomedes eq; pulchro curru flagel-
 lis ad iugum relictis, desiliit. At fortis Sthenelus impigre
 apprehensam mulierem, & magnum ansisq; insignē tri-
 podem, afferenda socijs tradidit, ipse equos dissoluit. De-
 inde Neleius Antilochus, dolo, non celeritate Menelaum
 praeuortens, equos reduxit. Quantum autem distat à ro-
 ta regius equus, qui summa cauda rotam uerberās currit,
 cum iam parum campi mediū relinquatur, tanto post ter-
 ga spatio Menelaus à forti Antilocho, cum prius disci ia-
 stu precederet, relinquebatur. Sed illum cito asscutus es-
 set. Glisebant enim maiorem in modum crinitæ Agame-
 mnonis equæ uires. Quòd si in primo stadio adhuc fuis-
 sent, fortasse Antilochum praeuentū ambiguū reliquissent.
 At magni Idomenei familiaris Meriones hastæ iactu Me-
 nelaum sequitur, cuius & equi seniores erant, & ipse in
 agendo curru imperitior. Admeti autē filius ultimo equos
 Achilles. reducit, quē intuitus Achilles, miseratuq; stetit, & ad ar-
 giuos cōuersus: En uir, inquit, optimus postremus redit,

sed

sed agite merito eum secundo munere donemus. Primum
 enim Tydei filius auferat. Sic fatum laudatibus omnibus,
 pari consensu secundis donatus esset Eumelus, ni magna= Antilochus.
 nim Nestoris filius Antilochus grauius esset consecutus:
 Doleo, inquit, Achille, si quod dixisti, re exequaris. Debes
 enim mihi præmium, quoniam Eumeli currus confractus
 est, & equi perturbati. Ipse sane strenuus: debuit tamen
 deos, ne nouissimus esset deprecari. Quod si ipsius moue= Antilochus.
 ris misericordia, et eum donare tibi sedet, est tibi in taber= naculo multum auri atque æris, sunt tibi pecora, ancillæ,
 equi. Ex ijs uel maius etiam quam primo præmium elar= gire, ut te Achiui laudibus prosequantur. Hac ego palma
 nemini cedam. Siquis uult, suas mecum uires experiatur.
 Risit Achilles, et amico congratulatus respondit: Antilo= Achilles,
 che, si aliud Eumelo præmium dari placet, dabo libes. Id
 erit, quem ab Asteropæo abstuli, æreus thorax, circumq; oras fulgerti metallo insignis, dignum sane eo munus. Di= xit, & Automedonti, ut è tabernaculo afferret ad se iussit,
 allatum lœto iam ex munere Eumelo largitus est. Inde cù
 præco manusceptrum preferens silentium indixisset, as= surgens Menelaus, & in Antilochum grauiter inueclus,
 Antiloche, inquit, sapiës, quid nunc egisti? Virtutē meam Menelaus,
 contumelia, equos damno affecisti, tuos longe inferiores
 prætulisti. Sed agite nunc Græcorum ductores & prin= cipes iustum et neutrius gratia inferatis iudicium, ne quis
 forte Antilocho per fraudem uim fecisse Menelaum dicat.
 Egit equos meis deteriores, ego & uirtute præsto, & ui= ribus. Quod si sententiam ferre nolueritis, ego feram, &
 nemine me arguturū puto. Recte enim iudicabimus. Sed
 age Antiloche, ut & quū est, ante equos & currū sumito,
 quo modo equos egisti, flagello protere, motorē Neptu=

num iurato, haud ultro meo te currui impedimento fuisse.

Antilochus. Cui sapiens Antilochus, Fer, inquit, & quo animo Menelaë. Longe ego sum quam tu iunior, tu uero prior & melior, haud ignoras iuuenum audaciam. Promptior his annimus, sed imbecillus consiliū. Patere igitur, ego tibi eque præmio cedo. Si aliud à me uel maius optaueris, mox libes acceptum referes. V elim Louis alumne, ne unquam malum me arbitris. His dictis, equam ei adductam tradidit, quo

Menelaus. dono haud aliter letatus est Menelaus, quam forcidus aeger cum crescenti segete horrens rore confpergitur. Et eum appellans, Antilochē, inquit, ego iam tecum in gratiam redeo, neq; enim uanus aut stolidus es, nunc uicit te iuuenta. Satius est maiori cedere, quam imponere. Neque mihi facile aliis Grecorū contrā persuasisset. Sed multos pro me labores tu & pater tuus & frater subiūtis. Hac gratia tibi ipse ignoscam. Tu tamen inuicem à me equam meam accipies, ut omnes me animo neq; superbo neq; seculo esse intelligent. Dixit, & Antilochi comiti equam dedit. Ipse autem Antilochus pulchrū lebetem accepit. Merationes uero duo auri talēta. Phiala autem superfuit, quam

Achilles. Nestori Achilles dono dedit, his uerbis eū allocutus: Hanc senior funeris monumētum accipias. Neq; enim eum amplius in Arguiis agentē uidebis. Gratis hoc te dono munere. Non tu pugnis, non palestra, non iaculo, non cursu certabis. Quippe qui graui senecta premeris. Ille latus ac-

Nestor. cipiens, Profecto fili, inquit, uere omnia, & ut te decuit, prolocutus es. Nō mihi robusta membra sunt, neq; pedes, neq; manus, quae ab utroq; humero imbecilles languent. Nam si mihi is uigor & robur esset, qualis erat, cum in Amaryncei funere Epij certatoribus præmia posuerunt, ubi nemo neq; Epiorum, neq; Pyliorū, neq; magnanimo=rum

rum Aetolorum nubi par esse potuit. Vici enim Enopi filium Llytomedea pugnis, Anceum Pleuronii lucta, fore tem Iphiculum pedum uelocitate, Phylea & Polydorū iaculatione superauit. E quis duntaxat suis Actorionis filij globo obiecto me uictorē admirati præcurrerunt. Hi hoc pacto proposita præmia retulerunt. Erant gemini, alter currum regere, alter flagello agere scitè norat. Tali ego tunc eram. Nunc iuniores huiusmodi obeant munera, mibi graui est senectæ obtemperandum. Tunc ego inter heroas uersabar. Sed age nunc exanimis socij honores prosequere. Hoc autē munus libens accipio. Lætor enim plurimum quod mei benigne memoriam serues. Nec te fugit, quo inter Achiuos honore accipiendus sim. Dij tibi horū plurimū referant gratiam. His dictis acceptisq; Achiles frequenti se Achiuorum cœtui immiscerit, pugilibusq; præmia mulam sex annorū, robustam, indomitam, & dominu difficile, uictori: uicto, rotundū poculum proposuit. Stansq; Atride, inquit, uosq; alij fortis Achiui, prodeant Achilles, uiri duo optimū, qui alte elatis pugnis certent. Ut tri autem Apollo uictoria præstiterit, is uobis arbitris mulam hanc ad tabernaculum auferat, uictus uero poculum. Cum hoc dixisset, Panopei filius Epeus uir amplius magnusq; et pugilum gnarus, prodijt in medium, admotaq; ad mulā manus, clara uoce, Prodeat, inquit, qui poculum uelit. Mulam Epeus, alium neminem in hoc certamine pollicetur habiturū. Hoc enim me perquam scitè tenere profiteor. Non' ne satis est, quod in alijs certaminibus cedo? Neque est, ut uir omniū gnarus reperiatur. Hoc ego et dicam, & re præstabō. Disfrraham aduersarij corpus, & ossa confrigam. Quibus igitur is curae erit, adfint, ut eū ē meis eripiant manibus. Dixit, & cunctatibus omnibus profiliat in mediū insignis

Mecistei Talaonide regis filius Euryalus, qui quondam
 in Oedipi funere Thebas uenerat, ubi Thebanos omnes
 superauit. Huic inclitus Diomedes fauebat, ut referret ui-
 ctioram. Eum igitur balteo cinxit, inde bouillis loris mu-
 niuit. Ita in medio spectaculo accincti protentis brachij:
 congregiuntur, & manus conserunt, strident dentibus, e:
 è membris undiq; sudor emanat. Vrges autem Epeus in-
 tentus pugne, Euryali maxillam percussit. Quo ictu lae-
 bantibus genibus, decidit more piscis, quem stridente bo-
 rea in algoso littore fluctus operit. At magnanimus Epe-
 us eum data manu erexit. Socij è uestigio decurso spatio
 pedes trahentē, crassumq; sanguinē expuentē, et flexo in
 humerū capite exanimatū, accepto poculo, in tabernacu-
 lum abduxerunt. Inde Achilles terita præmia difficiili pa-
 lesiræ cōstituit. Et uictori magnū tripodē igni accōmo-
 datū duodecim boum precio, uicto ancillā multorū operū
 Achilles. gnarā, quatuor cōstatim proposuit. Stansq; surgat, in-
 quid, qui de his sui periculum faciant. Tum magnus Aīdx
 Telamonius, & Vlysses uir summa prudentia præditus,
 prodiere, manusq; ualidas cōseruere, ut bonus architectus
 tigna in alta domo, uentorū impetus cauens. Humeri ua-
 lidis manibus icti concrepare, sudor defluere, toto corpo-
 re per latera & humeros uibices sanguine rubescere, ui-
 ctioræ pro fabre facto triponde omni cura incubere. Neq;
 alter alterū loco mouere, aut sternere poterat. Sed cū iam
 Ajax. Achiuos moræ tæderet, prior Ajax Telamonius, Genero-
 se, inquit, et sapietissime Vlysses, uel tu me, uel ego te tol-
 lam. Reliquum Ioui curæ erit. Sic dicens, eum sustulit. At
 Vlysses haud doli oblitus, ponè percussis eius poplitibus,
 nutantibus genibus resupinū strauit. Ipse in os pronus in-
 cubuit. Tum omnes admirati obstupuerūt. Secundus patiē-
 tiissimus

tissimus Vlysses illum, sed parū, à terra sustulit. At pondere incurvatis genibus ambo in puluerem ceciderunt. Et tertio iam ira conciti in certamen parabantur, ni Achilles Achilleis his uerbis prohibuisset: Nolite amplius cōtentionibus inuicem conteri, uictoria utriq; par. Et uos paria præmia accipite, & alijs certatoribus cedite. At illi dicto parētes, excusso puluere uestes receperunt. Post hæc Achilles pendum celeritati præmium statuit, primo argētum cratera fabrefactū, sex sextariorum capacē, qui facile omnes pulchritudine superabat. Eum nanq; Sidones uiri in ea arte præstantes conflauerant, Phœnices sulcato mari Thoant dono dederant. Deinde pro Priami filio Lycaone, Patroclo precium dedit Iasonis filius Euneus. Hunc ergo Achilles citissimo commilitonum currendi præmium posuit, secundo magnum & pinguem bouem, tertio aureum semitalētum. Cumq; bortatus esset, ut de præmijs illis carent, Ajax Oileus, Vlyssesq; & Nestoris filius Antilochus, qui pedum leuitate & equalibus omnibus præstabant, in ordinem ab Achille dispositi, è uestigio spatia corripuerunt. Emeruit ante alios Ajax. Inde Vlysses quā proximus. Et quēadmodum radius quē textrix scitē tenui subtegmine explicat, secundū pectus telam percurrit, sic Vlysses penē Aiacē urgebat, ut ante quam puluis uestigia occuparet, & præcedentis ceruicē halitu afflaret. Acclamat Achiui uictoriæ incubenti, eūq; in cursum adhortatur. Cū uero iam metā attingeret, glaucā oculos Mineruam Vlysses his secū uerbis precabatur: Exaudi dea, & felix mihi fautrixq; uenias. Sic fatū exaudiuit Minerua, & leuiore reddidit. Aiaci autē iamiam metā attingēti casum obiecit. In sumum enim cæsorū Patroclo boū lubrico gradu delato, os & nasum procidens sordidauit. Sic era-

ter patientissimus Vlysses tulit, Ajax agrestem boarem.

Oileus. Cuius cornu dextra apprehendes, simumq; expuens, Hei,
inquit, iniuriā nubi Minerva fecit, que materno affectu
Vlyssi opitulatur. Dicentem omnes cachinno prosecuti

Antilochus. sunt, Antiloche aureum semitalentū cestit, qui ridēs, No=
stis, inquit, amici, quod etiā immortales dij natu maiores
uenerantur. Ajax enim quam ego paulo est grādior. His
maior etate natus, iam grauis & morosus senex pedibus
cū ceteris prēter Achillē cōtendit. Ita laudatus Achilles,

Achilles. Antiloche, inquit, non frustra hēc dixeris, sed semitalentū
tibi addam, quod ille lētus accepit. His peractis, longam
hastam clypeumq; & cassidem que Sarpedoni Patroclus
abstulerat, protulit. Stansq; Achiuos affatur: Prodeat uiri
duo fortissimi & bene armati, qui telis se inuicē appetat,
uter prior ex alterius corpore sanguinē elicuerit, cū hoc
argēteo pulchroq; ē Thracia ense donabo, quē ego Aſie=
ropæo abstuli. Hēc autē arma inter se partiētur, et apud
me coenabunt. Tum magnus Ajax Telamonius, & fortis
Diomedes, ex diuersa exercitus parte, in armis alacres,
toruis oculus, in mediū profilierunt. Stupuere Achiui. Illi
cominus facti, ter se inuicem inuaserūt. At Ajax Diome=
dis clypeum percussit, transmisitq; corpus à nulnere tho=
rax vindicauit. Diomedes uero per oram clypei (semper
enim iugulum appetebat) hastam direxit. Tum Graci
Aiaci timētes, desisterēt, et aequalia dona acciperēt, iusse=
runt. Diomedi Achilles magnū uagina & pulchro loro
munitū ensem largitus est. Inde conflatū discum proiecit
in mediū, quē iam fortis Eetion magno in Achillē cona=
tu iecerat. Ille autem & eum interenut, & disco & armis
Achilles, potitus est. Eo itaq; proposito, De hoc, inquit, periculū fa=

cite: Si pingues & lati agri uictori essent, quinq; huins
usū

uis annos sufficiet, ut neq; pastor neq; arator ferri indi-
gens urbē eius gratia petere oporteat. Hoc cum dixisset,
Polypœtes fortis, Leontius, Ajax Telamonius, & clarus
Epeus sese pugnaturos obtulerūt. Quibus ordine dispo-
situs, primus Epeus apprehensum discū ridentibus Achia-
nis proiecit. Inde clarus bello Leontius. Tertius, Ajax
Telamonius, magna ui priores excedens, longius dimisit.
Ultimus Polypœtes, quantū pastor incuruum pedum per
armenta projiciens, tantum ceteros superauit. Plauerunt
spectatores. Polypœta autē socij ad regis naues præmū
retulerunt. Inde sagittarijs secures decē & totidē securi-
culas proposuit, et rostratæ nauis malo in arena affixo,
leuem columbam pede tenui filo alligauit. inde, ut eā sa-
gittis peterent iussit. Qui eā attingeret, secures: qui filum
frangeret, securiculas acciperet. His dictis, Teucer rex et
Meriones magni Idomenei comes prodicere. Sortes in
area galea depositae. Quibus ductis, prior Teucro conti-
git. Qui fortiter muttens telum, non uouit regi Apollini
neq; agnorū primitias, neq; sacrificiū. Irato igitur Apol-
lini, à colūba telū aberrauit. Iuxta autē pedē uinculū fre-
git, quod cū sagitta delapsum humi iacuit, colūba in coe-
lū tollitur, cōclamatur toto spectaculo. Tū proprie Mer-
iones arrepto arcu (nā sagittā habebat) arcigero Apol-
lini primitias agnorū ad sacrificiū uouēs, uisam sub nubes
huc illuc uolantē citā colūbā, media ala fixit, trāsmisitq;.
Sagitta rursus humi figitur, quis malo fidens, proiecto col-
lo, & motis pēnis, mox ex animata procul decidit. Populi
admirati. Meriones secures, Teucer securiculas abstulere.
Tum Achilles nouā hastam & nouum bouisq; capacē le-
betem iaculatoribus proposuit. Prodiit Agamēnō, & ma-
gnus Idomenei comes Meriones. At Achilles, Agamēnō, Achilles,
inquit,

inquit, haud nos fugit, quantum & uiribus & etate omniibus antecellas. Quare si placet, tu lebetē, Meriones hastam accipiat. Sic dicenti obtemperauit rex Agamemnon. Ipsi lebes, hasta Merioni data, quam is Talthybio præconi pulchrum munus largitus est.

ILIA DOS HO-

MERICAE LI-

BER XXIIII.



INITO certamine populus in naues
coenā curaturus diuiditur. Inde in dulce
& omnia domitatem quietē soluitur. At
non Achilles, sed supercharissimo amico
anxious, hue illuc fortis Patrocli desiderio
uertitur, quot eo socio labores, quot bella, quot maris pe-
ricula subiijset reputans, interim lachrymas fundere, nunc
in latus, nunc resupinus, nunc pronus, nunc rectus, nunc
per littus uolutari. Neq; eū aurorae supra mare ortus la-
tuit. Iunctis igitur citis ad currum equis, Hectorem pone
alligatum, ter circum defuncti Patrocli sepulchrum tra-
xit, inde ad tabernaculum reuersus in puluere pronū di-
misit. Cuius corpus Apollo omni tabe aspersum, uiri mi-
sericordia aurea ægide operuit, ne corruptus sanie fathi-
sceret. Ita ab Achille foedatum dij miserabuntur, hortabā-
turq; interpretem Mercurium, ut cum suriperet. Id cœ-
teris gratum, præter Iunonem, Neptunumq;, & Mi-
neruam, quod eo mortuum Hectorem odio, quo sacrum
Ilium, Priamumq;, & Troianū populum prosequeban-
tur, Alexandri gratia, qui deabus ad se uenientibus eam
prætulit, qua miseram ipsi libidinē pollicebatur. At duo-

decimo

decimo tandem die, dijs immortalibus Apollo huiusmodi Apollo,
orationē habuit: Impij sane dij estis et noxij. Non' ne no-
bis boūm bidentumq; & caprarum exta Hector crema-
uit? Vos ne exanimem quidem eripi uultis, ut uxor, ma-
ter, filius, Priamus pater, populus, cum & uideāt, & iusta
persoluant. At perniciose Achilli obtemperatis, cui neq;
ingenium laudabile, neq; lene consiliū, sed sēuīam me-
ditatur more leonis, qui ex ui ex superbia frētus, prēdē
auidus, gregem inuadit. Ita ille misericordia abiecta, nullo
pudore, nulla mouetur uerecundia, quæ plurimū humano
generi usus ex detrimēti affert. Esto ut aliquis amantissi-
mum uel fratrem uterūm uel eū m̄ filiū amittat, plorat
quidem & lamentatur, inde consolatur. Patientem enim
Parca humano generi animū dederunt. Verum Achilles
Hectoris cēde non contentus, eū equis alligatum circum
charissimi socij sepulchrū trahit, cui nihil pulchrius, nihil
satius, ne forti succensēamus. Insensibile enim terrā iratus
ulciscitur. Huic pulchra Iuno ira succensa, Esto, inquit, Iuno,
hoc Apollo, ut eodem honore dignos Achillem atq; He-
ctorēm iudicetis. Hector tamē mortalis parentis lacte nu-
tritus est, Achilles uero immortalis, quam ego coalui, ex
Pelco uiro semper immortalibus charissimo cōiugio iuxi,
quorum nuptijs uos interfūstis. Et tu unā infide malo-
rum sodalis cithara insignis epulatus es. Tum nubū co-
actor Iupiter, Iuno, inquit, noli tantopere succēdere. Non Iupiter,
eodē ambo honore dignabuntur. Hector sane omniū qui
Ilij sunt mortalium dijs & mihi charissimus est: quippe
qui nunquam quin mihi sacrificaret, destituit, neq; altare
debita mihi hostia libisq; ac nidore caruit. Et licet eum is
nobis honorem exhibuerit, non tamen quenquā eius cor-
pus furatū ire permittemus, neq; si uellemus, clam Achille
posset,

posset. Nam semper ei et noctes et dies adeat mater. Verum enim uero si quis ad me Thetim accersat, ei instanter mandabo, ut filius a Priamo muneribus acceptis, ei Hectoris corpus restituat. Dixit. At Iris cito inter Sanum atque asperam Imbrum, in imo cœrulei maris uada nuncia delabitur plumbo similis, quod in agrestis bouis cornu mortiferum se uis piscibus deicetur. Inuenit autem in cauo an-

Iris. Ipsa autem media optimum filium breui ad fœcundam

Troia periturum deplorare. Cui astas Iris, Surge, inquit, Theti, nam bonorum cognitor Iupiter te ad se accersi iubet. Tum alba pedes dea, Cur me, inquit, maximus deum uelit? Vereor eisdem immortalibus cõmiseri, cum meus tantis in mortalibus uersetur animus. Veniam tamen. Non enim temere me accersit. Sic locuta gloria dea, uelo se quam nigerrimo operuit, et citis pedibus uento similem præuiam Irim sequitur, circum maris unda proscinditur. Inde ascenso celo, ad tonantem Iouem ceteris diis circu sedentibus accessit. Cui loco cessit Minerua, ut Ioui assi deret. At Iuno aureo ei poculo propinata est. Cum ergo bibisset, deum atque hominum pater huiusmodi ad eam orationem habuit: Venisti ad nos Theti, quamuis iugi dolore soliciteris, neque me fugit. Sed quid te accersi iusserrim, accipe: Nouem iam dies inter immortales contentio super Hectore exanimi et Achille urbi expugnatore fuit. Hortabantur enim, ut Mercurium eum furatum demitterem. Verum ego absensis tui gratia, hanc Achilli gloriam reseruandam statui. Quamobrem quam primus te ad exercitum cōferas: tuumque certiorem facias filium, ut ei succēsuerimus, quod tam infesto animo apud naues Hectorem ligatum teneat: cumque si me reucretur, exoluat, iube.

Iupiter ego

ego ad magnanimum Priamum Irim demutum, ut ad Greco
 rum classem cum preciosis muneribus ab Achille dilectum
 filium redempturus ueniat. Haud cōtempsto Iouis manda-
 to, dea concita à cœli uertice ad filij tabernaculum delabi-
 tur. Quem nusere amici morte mœrentem inuenit. Circum
 socij prandium parabant, mactauerantq; grandem & la-
 nigerū agnum. Assedit uenerabilis mater, & eius dextra Thetis,
 apprehensa, nomunc ipsum appellas, Fili mi Achiles, ait,
 quousq; fletu & lamentis consumeris, neq; cibi neq; somni
 memor? Indulgendum nonnunquam etiam amicæ ample-
 xibus. Neq; enim uicturus es. Nam mors & insuperabile
 fatum aduentat. Sed quæ dicam accipe: Iouis ego ad te nū
 cia uenio. Ait deos tibi & se in primis succensere, quod
 tam infesto animo apud naues Hectorem ligatum teneas.
 Sed age accepto precio eum soluas. Cui Achilles, uenians Achilles,
 inquit, qui precium allaturus est, & eum auferat, ex quo
 id mihi Olympius imperat Iupiter. Hoc facto, mater & fi-
 lius multa inuicem confabulabantur. Interea Iupiter Iri ^{Iupiter}
 accita, inquit, & descenso cœlo, Ilium te confras, &
 magnanimum Priamum certiorem facias, se exanimem
 filium redempturum, si cum preciosis muneribus ad
 Achillem apud Græcorum classem ierit, neminem secum
 ducat præter præconem aliquem seniorem, qui mulos
 & firmum currum regat, referatq; Ilium ab Achil-
 le exanimem. Neq; sibi timeat, Mercurium ei ducem ad
 Achillis usque tabernaculum dabimus. Quò cum ue-
 nerit, neque ipse eum interimet, neque ei quenquam ma-
 num inferre patietur. Non enim temerarius est, non
 stultus, non scelestus, sed iusta roganti obtemperabit.
 His cum mandatis uelox Iris ad Priamum inter fle-
 tus & lamenta deuenit. Filij in aula circum patrem sea-
 dere,

dere, lachrymis uestes rigare. Senex medius, testo capite,
 & ceruice puluere suis ipsius manibus sordidata. Filiæ et
 nurus paſſim per domū flere, uoluētes animo, quot quan-
 tiq; Græcorū manibus cecidiſſent. Accessit igitur ad Pria-
 mum Iouis nūcia. Ei ob metū tremēti, paucis, Cōfide, in-

Iris. quit, Priame, haud formides : neq; enim mali aliquid, sed
 bonum tibi à Ioue nuncium significatū uenio. Is enim si-
 ne te tui curā fuscipit, tui miseretur, iubetq; inclytum fi-
 lium Hectorē, allatis preciosis ad Achillé muneribus, rea-
 dimas. Solus te ad eum confer, nullo tecum comite præter
 seniorem aliquē præconem, qui mulos & firmum currū
 regat, referatq; Ilium ab Achille exanimem. Neq; tibi ti-
 meas, Mercurium duec ad Achillis usq; tabernaculum tibi
 dabit. Quò cum ueneris, neq; ipse te interimet, neq; quē-
 quam tibi manum inferre patietur. Non enim temerarius,
 non stultus, non scelestus est, sed iusta rogāti obtempera-
 bit. Sic fata, repete euauit. At Priamus accitis filijs, mu-
 lorum currum expediant sternatq; desuper iubet. Ipse in

Priamus. cubiculum descendit. Hecubaq; uxore accita, In felix, ait,
 modo cœlitus mihi nuncius à Ioue demissus, charissimum
 filium redemptum eam, & preciosa Achilli munera defe-
 ram iubet. At tu mihi sententiam tuam dicas uelim an me

Hecuba. Græcorum exercitui credam. His eiulans mulier, Hei, in-
 quit, ubi nunc sapientia tua, qua te superiori tempore ia-
 etabas, & ceteris dominabar? Et quanam ratione so-
 lus in eius conspectum ire cogitas, qui tot nobis & tales
 filios interemis? Profecto ferreus tibi animus est. Quòd si
 in eius uenies potestatem, si te intuebitur impius ille &
 fæuus, nulla tui misericordia mouebitur. Sedeamus hic si-
 ne eo in luctu. Hanc ei quondam nascenti insuperabile
 fatum

quondam nascenti insuperabile fatum legem statuit, ut al bipedibus canibus prædæ à parentibus procul foret, à forti uiro interemptus. Cuius utinā mihi iecur mordicus absumendum daretur, ut ex parte filij cædem ulciscerer, ex quo intrepide pro patria pugnantem, neque timoris, neque fugæ memorem interfecit. Huic senior Priamus, No= Priamus. li, inquit, iter meum impedire, neque mali ominis ales sis, neque enim persuadebis. Nam si quis mihi mortalium uel uates, uel sacerdos dissuaderet, eos ut mēdaces contemnerem. Ipse ego nunc deum & audiui & uidi. Ibo. Neque enim uerba me frustabuntur. Quòd si me ad Græcorum classem fatum manet, opto ut filium meum amplexū Achilles interimat, cum lachrymarum desiderio satisfecero. Dixit, & arcis reseratis, duodecim pulchros peplos, duodecim simplices uestes, totidem tapetas, totidem palia, totidem tunicas, decem auri talenta, duos fulgentes triptodas, lebetesq; quatuor, pulchrū & preciosum à Thracibus sibi legatis dono allatum poculum deprop̄psit. Neque enim id retinuit, qui dilectum filium redimere desiderabat. Troianos autem à regia contumelijs prosequēs, Priamus. Abite, inquit, perditī ac flagitiosi, non' ne uobis domi satis luctus est? Quid mei curam suscipitis? Profecto cordi uobis est, quòd ijs me doloribus de optimū filij cæde Iupiter cumulauerit. Inde quam iacturam fecerimus cognoscetis. Verum antequam dirutam atque euersam hanc urbem uideam, inferos subire statuam. Simul hæc dicens, sceptro eos agere. Illi irato seni cedere. Accitis ergo filijs Priamus, Heleno, Paride, Agathone, Pammone, Antiphone, & uoce insigni Polite, præter hos Deiphobo, Hippo Priamus. too, Agauo: his inquam nouem Maturate, inquit, perdi ti & infames filij. Utinam omnes pro uno Hectore occidissetis.

E dissetis.

dissetis. Heu me miserum, ex quo optimos filios genui,
 quorum nullum mihi relictum video, neque pulchrum
 Nestora, neque eorum studiosum Troilum, neque He-
 ctem, qui pro deo inter uiuos, neque mortali patre,
 sed deo genitus uidebatur. Hos Mars perdidit. Ignau-
 autem, mendaces, saltatores, choreæ gnari, agnorum
 hædorumq; publici raptore, superant. Adhuc currum pa-
 rare, et ijs muneribus parare cessatis, ut iter aggrediar?
 Ili patris minas ueriti, continuo currum expedient. Ster-
 nunt iugum buxino umbilico insigne, et clavis compas-
 tum à paſillo corripiunt, nouem ulnarum funem allia-
 gant, cuius alterum caput temoni, alterum anulo impli-
 cant, terq; circumductum nexus firmant. Inde ex pul-
 chro cubiculo dona quibus Hector redimeretur allata, cur-
 rui imponunt. Cui robustissimos mulos à Myſijs Priamo
 dono datos, equos autem sub patris iugum, quos ille ad
 pulchrum præſepe alebat, iungunt. Paratis in hunc mo-
 dum omnibus, Priamus et prece de itinere consulebant.

Hecuba. At Hecuba anxia, lene merum aureo in poculo afferens,
 ut poti abirent, Hoc Priame, inquit, Ioui patri libato,
 et redditum ab hostibus precator, postquam eundi tibi
 sententia me inuita sedet. Precator inquam Idæum Io-
 uem, qui tota urbe conficitur, ut amantissimam alitum,
 cuius maxima uis est, repente dextram ad te nunciam mit-
 tat, ut ea uisa ad citis Græcorum naues fidenter accedas.

Priamus. Quidam nisi propiciam miserit, minime tibi eundum cen-
 seo. Cui speciosus Priamus, Hoc, inquit, coniunx haud
 tibi desideranti negabo. Aequum est, ut Ioui ad ueni-
 am impetrandam supplicemus. Et ancille Tamie puram
 manibus aquam dare iussit. Quæ mox pelui arrepta, scite
 demandatum sibi munus obiit. Lotus, accepto à coniuge
 poculo,

poculo, sublatis in cælum oculis, in medio his uerbis uinū libauit: Iupiter Idae deorum maxime, da ut amico me & Priamus. misericordi animo Achilles accipiat. Mitte amantissimam tibi alitum, cuius maxima uis est, repente dexteram, ut ea uisa, ad citas Græcorum naues fidēter accedam. Sic fātem audiuīt consiliator Iupiter, continuoq; perfectissima uolucrum, filia, uenatica, quam Percnon uocant, supra urbem dextra apparuit, quanta autem alta cubiculi ianua, quam uir locuples clavi obfirmauit, tantæ eius utrinque alæ patebant. Qua uisa lētati sunt. Tum festinus senex fabrefacto curru per aulam & reboantem testudinem agitur. Primi muli quadrigā trahebant. Hanc aue rigādi gnarus Idaeus agere: pōnē senex flagello equis imperitare: amici omnes sequi complorantes, ac si in manifestum proficisceretur exitium. Cum uero ab urbe in campum descendissent, mox & filij & generi domum redire. Ipsi autem per campum instaurantes, minime Iouem latuerunt, qui senem miscratus, dilectum filium Mercurium his uerbis alloquitur: Tuum est Mercuri potissimum, ut Priamum ad Græcorum classem comiteris. Audisti. Cum placuerit, iter arripe, deducas eum, ut nemo Græcorum uideat aut norit, priusquam ad Achillem perueniat. Paruit dicto interpres Mercurius. Mox pulchra, immortalia, aurea talaria pedibus neclit, quæ eum supra mare, supra immensam terram, uento sinulem deferunt. Capit & uirgam, quæ hominum oculos, cum libet, & somno derulcet, & somnolentes excitat. Sic ad Troianum agrum & Hellespontum regio iuueni iam summa cum gratia pubescenti simulis delabitur. Iam Priamus ad magnum Ili sepulchrum tenebris iam terrā operientibus, iumenta ad fluuium, ut biberent, sisti iussérat. Tum præ-

co Mercurio cominus uiso, prior ad Priamum conuersus,
 Idxus. Consule, inquit, sapientis Dardani proles. En periclit=
 mur. Virum uideo. Breui nos perituros suspicor. Sed age,
 aut fugiamus, aut ad eius genua procidentes, ut nostri mi=
 sceretur, oremus. Tum senex perturbatus est, et præ for=
 midine steterunt come, et languentibus membris obstu=
 puit. At Mercurius opportune accedens, manu seni data,
 Mercurius. Quò pater hæc, inquit, iumenta per aliam noctem agis,
 quando mortales omnes quieti indulgent? Non' ne formi=
 das uiolentos trucesq; qui præpè adsunt, Achiuos? Quo=br/>
 rum si quis te per obscuram noctem tot sarcinas trahen=br/>
 tem offenderit, quid animi tibi futurum putas? Non tu iu=br/>
 uenis es, neque comes tuus neq; ad propulsandam iniuriā
 idoneus, si quis te prior appeteret. Ego autem non modo
 nihil tibi mali inferam, sed illatum propulsabo: quippe
 Priamus. qui in te patrem effingo. Cui senex, Vera dicas fili. Sed
 adhuc deorum mihi aliquis prospicit, qui te talē mihi ob=br/>
 uium misit, qui mihi dux es. Es enim et robusto corpo=br/>
 re, et specie pulcherrima, et animo sapienti. Beatis sane
 Mercurius, parentibus natus es. Ad quem iterum Mercurius: Recte
 dicas senior, sed id mihi aperias uelim, quò nam ornatus i=br/>
 stos pulcherrimos fratres, an ad longinquas nationes, ut ti=br/>
 bi salui sint: an omnes metu Ilio deserto aufugitis, cum for=br/>
 tissimū filium amiseritis, neq; Græcorum bellum remitti=br/>
 Priamus, tur. Ad hæc Priamus: Quis tu es optime iuuenis, quibus ue=br/>
 Mercurius, parētibus progenitus, qui filij mortē sic nosti. His Mercu=br/>
 riis, Tētas me pater, inquit, qui me de clarissimo Hectore
 percōtaris: eū ego in conseruissima pugna uidi, cum ad na=br/>
 ues actos Achiuos ferro prosterneret, eūq; admiratus sum.
 Neq; enim Achilles Agamemnoni iratus in priuum de=br/>
 scendebat. Huic me comitem Myrmidonum genere eadē
 uexit

uexit nauis. Pater mihi Polyctor admodum locuples, & ut tu, iam in seniū uergens. Sex ei sunt filij, ego septimus, cui sorte hæc obtigit expeditio. Modo huc ueni à nauibus: mane Achiui circum urbem ad pugnam aderunt, Agræ ferunt principes nostri tā diu frustra his in castris desedisse. Tum senior inquit: Si Achillis comes es, uera mihi Priamus, narres, oro: an hue apud naues filius meus iaceat, an membratim concisum canibus absumendum Achilles dederit. Cui Mercurius, Senex, inquit, neque canes, neque alites Mercurius, cum adhuc attigerunt. Iuxta naues iacet in tabernaculis. Et iam duodecima dies agitur. Neq; fathiscit corpus, neque quæ nuper interemptos laniant alites, eum appetūt. illum autem illucescente die circum amici exanimis sepulchrum immisericorditer trahit. Neq; tunen tabo absumuntur. Mirabilis uisu, pulcher adhuc, & tanquam nuper cæsus. Cruore aspersus est, & omnia rubescūt uulnera. Multi exanimem telis appetierunt: ita dij immortales mortui filij tui curam gerunt, quoniam eos amico prosecutus est animo. His uerbis gauisus senex, respondit: Fili, profecto bonum est dijs immortalibus sacrificia offerre. Nunquam enim meus Hector, dum uixit, deorum oblitus est. Ideo ipsius ne in morte quidem sunt immemores. Sed age hoc à me poculum accipe. Hinc me eripe, & dijs fauētibus dux mihi esto, dum ad Achillis tabernaculum perueniam. His Mercurius: Tentas me senior, ait: & ego si iuuenis sim, Mercurius, non tamen mihi persuadebis, ut munus aliquod inscio Achille accipiam. eum & timeo, & ex animo uereor, ne furti arguar, & aliquid mihi mali impendeat. Tibi autem dum me ad clarum usq; Argos uel nauis uel pedestri itinere exhiberem, quod reprehensurum arbitror neminem. Dixit, & opportune currum & iumenta magna ui im-

pulit. Et captis habenis, magnas eis uires afflauit. Sed cū ad turres nauii & fossam peruenissent, custodibus adhuc de cœna curantibus, somum indidit Mercurius. Inde a motis uectibus, Priamum cum muneribus & curru ad alatum Achillis tabernaculum duxit. Id Myrmidones ex a biete regi constructū, cœno texerant: Circum autem magna aulam ligneis furcis incumbentem & solam abiegnā portam fecerant, quæ à tribus claudebatur, totidemq; magna clavi aperiebatur. Achilles uero solus id muneris obibat. Introducto igitur Priamo, & descenso equo, Mer curius, Ego, inquit, Friame, Mercurius deus immortalis à patre tibi dux missus sum. Nunc discedam, ne Achilles uideat. Haud enim fas est immortalem deum tam facile sese mortalibus uidendum exhibere. At tu introgressus, Achille apprehensis genibus, per patrem, & bene comatam matrem et filium precare, ut ad misericordiam moueatur. Ita clara uoce locutus, altum cœlum repetit. Tum Priamus in terram desiliens, Ideo ad iumentorum custodiam relicto, rectâ tabernaculum ingreditur, ubi Ioui anucus Achilles cum socijs sedebat. Heros uero Automedon, & bellicosus Alcimus mensæ ministrabant. Iam enim nona dum mensa amota cœnarant. Nemo ingredientem uidit.

Qui Achilles apprehensis genibus, & homicidis filiorum manibus exosculatis, procubuit. Quemadmodum autem cum quispiam male in patria rebus actis imperfecto homine ad aliud populum fugit, omnes cum admirantur, ita

Priamus. Achilles & socij mutuo se contuentes, Priamum: qui Achillem his uerbis affatur: Recordare grandæui patris tui fortissime Achille, quem in exitioso senectæ limite, ut ego sum, fortasse uicini populantur, & qui iniurias propulset habet neminem. Sed profecto cum te uiuere intelli git,

git, letatur: speratq; charissimum filium, Troia redcun-
tem, se in dies reuisurum. Verum ego infeliciissimus, filios
optimos habui, quorum nūhi nullus supereft. Fuerunt e-
nīm quinquaginta, & ex eadem matre decem & nouem,
ex alijs alij, cum uos hoc appulisti, quorum plerique bre-
ui in prælio ceciderunt. Qui autem nūhi patriæ defensor
erat, hūc tu nuper strenue pro patria pugnantem intere-
misti, cuius redimendi gratia multis ad te cum niueribus
uenio. Reuereare deos Achille, et mei misericordia moue-
re, tui genitoris recordatus, quo ego longe nūserior ea
perpessus sum, que nondum mortaliū alter. Os ego ad
filij intersectoris manū osculaturus admoui. Hac ora-
tione lachrymas illi desiderio patris excusit: amboq;
hic miserabiliter Hectorem filium ad Achillis pedes pro-
stratus, ille patrem & Patroclum, plorabant; ut etiam
lachrymas alijs excuterent. Sedato fletu, Achilles cue-
stigio surgens, eum manu apprehensa placide erexit, ca-
numq; & caput & barbam miseratus, eum breuibus affe-
tit: Ah infelix, tam multa mala perpessus, quonam padio
huc ad Achiuorum naues uenire, & eius conspectum qui
tot & tantos filios tibi interemit, ferre potuisti? Fer-
reus profecto es. Sed age hoc in solio sedcas, dolores
tristi animo premanus: neque enim ulli usui sunt ni-
mij fletus. Sic neuerunt dij nūseris mortalibus, ut in moe-
rore uiuendum sit. Ipsi omni carent tristitia. Duo enim
dolia in Iouis limine sidunt plena munera, que nobis
danda cōstituit, malorum alterum, alterum bonorum. Ex
quibus Iupiter nunc mala, nunc bona exhibet. Cui mala,
eum ad iniuriam exponit, ut in miseria uitam agat. Vi-
uit enim neque dijs neque hominibus honoratus. Ita Pe-
leo patri dij bona multa largiti sunt ab ipsis natalibus.

Achilles.

Omnis enim fortuna diuitijsq; superabat, dominabatur
 Myrmidonibus, & mortali immortalem dederūt uxorem,
 non tamen à malo immunem reddiderunt, quippe cui nul-
 lam domi sobolem præter me breui moriturum, neq; sene-
 clam uisurum præstiterunt. Nam à patria longe absum,
 te & tuos persequens. Te quoq; beatum quondam audie-
 bamus, quantum Lesbos iam beati uiri solum, & supra
 Phrygiam magnus Helleponus diuidit. His te opibus ac
 liberis munitum prædicabāt. Verum postquam hac te dij-
 calamitate affecerunt, semper circum urbem & pugna et
 cedes deseuierunt. Comprime iuges lachrymas. Neq; ulli
 usui filio dolores erūt, neq; in uitam restituet, cuius aliud

Priamus. malum accumulabitur. Cui uenerabilis senex: Ne iube Io-
 uis alumne, ut sedeam, quoad Hector in tabernaculo inse-
 pulsus iacet. Sed solue eum queso, ut uideam, & accipe
 que assero munera, quibus oro in patriam reuersus frua-
 re, cum me uiuere & ætherea aura uesci sinis. Hunc tor-
 ue aspiciens Achilles, Ne me, inquit, horteris senex, uolo
 eum soluere. Venit ad me mater marini senis filia cum Io-
 uis mandatis. Et iam mente concipio, neque me latet, ali-
 quem tibi deorum huc ducem fuisse. Neque mortalis quis-
 quam, ne iuuenis quidem, in hostilem exercitum uenire au-
 sus esset. Non custodes latuisset, non portas facile reseras-
 set. Quare noli animo ulterius dolorem souere. Non ego
 te senem, quamuis supplicem, hinc dimitterem, nisi quo-
 niam nolo irrita Iouis mādata facere. Pertinuit Priamus,

& dicto paruit. Ille autem leonis more profiliens, Auto-
 medonte & Alcinoo, quos omnibus post Patroclum præ-
 serebat, comitibus, tabernaculo egreditur. Iumenta à iugo
 dissoluunt, & introducto præcone pro Hectore preciosa
 munera è curru in tabernaculum defrunt, duobus pallijs
 tantum

tantum & tunica illic relictis, quibus exanimis operirentur, iussitq; ancillis, ut procul ablatum lauarent, & oleo ungerent, ne eo uiso Priamus nimio dolore conficeretur. Quibus peractis pallio & tunica opertum ipse Achilles lecto, socij super currum lectum composuerunt. Tum Achilles gemebudus, Amice, inquit, Patrocle, ne mihi suc= Achilles, censeas oro, si apud inferos generosum Hectorem charo me patri reddidisse audies: præmia namq; mihi haud contemnenda attulit, quæ tecum partiar, ut decet. Hæc cum dixisset, in tabernaculum reuersus, pulchro, unde surrexerat, solio è regione Priamo assedit, eiq; Filius, inquit, tibi soli senior ut iussisti lecto compositus est. Sub aurora cum Achilles, & uidebis, & in patriam referes. Nunc corpora curanda sunt. Nā & pulchricoma Niobe post duodecim in atrio liberos interemptos, cibi recordata est. Erant ei namq; filii sex, & totidem adolescentes filij. Hos argenteo arcu Apollo, illas Diana conficerūt, Niobæ irati, quòd se pulchra Latone equiparauerat. Illa enim duos duntaxat filios, hæc se multos peperisse iactarat. Hi autem duo illos omnes interemerunt, quos nouem dies inseptos (neque enim erat qui sepeliret, cum populū omnem Iupiter uertisset in lapides) decima autem die dij superi humari mandarunt. Illa igitur post lachrymas cibum cepit. Nunc autem desertis in montibus apud Sipylum lapidea iuicitur, ubi nympharum, quæ circum Acheloum choreis se oblectant, thoras esse ferunt. Ibiq; licet in lapidem obdurata, deorum flagella perpetitur. Quare age gloriose senex, cibum & nos capiamus. Inde filiū multis cum lachrymis & luctu Ilium referes. His dictis, albam ouem mactauit. socij pelle direpta scite in frusta secuerunt, inde infixas uerubus igni torruerunt. Automedon panem è ca-

lathis in mensa disposuit, carnē Achilles discidit. Sic manus ad proposita porrigebant. Cum igitur potus & cibi desiderio satis fecissent, Friamus Achillem, quātus quamq[ue] dij simulus esset, Achilles contrā Priamū speciem & facundiam admirabatur. Cum sic alter alterum quadam intuedatur uoluptate, prior ad Achillem Priamus, Iube, inquit, Louis alumne, ut iam quietem capiamus. Nondum enim ex quo tuis manibus filius cecidit, connuerunt oculi, sed semper & ingemo & discrucior, & domi in puluere uolutor. Nunc primum ex eo & cibum cepi, & nigrum uinum bibi. Tum Achilles socijs atq[ue] ancillis iussit, ut in cubiculo lectos uarijs & purpureis stragulis atque tapetibus sternerent. Illæ propere ex atrio cum lumine duos lechos strauere. Inde cauillatus Achilles, Extrā, inquit, amice dormias, ne quis Gr̄ecorum consiliator, qui mihi semper, ut opus est, assident, te per obscuram noctem uisum, regi mox Agamemnoni referat, eogarq[ue], ut hæc munera restituam. Sed age hoc plane mihi dicas uelim, quōd dies Hectori funera acturus sis, ut tot ego nostros à prælio contineam. Cui senex, Si placet, inquit, ut filio iusta persoluam (notti enim nos intra moenia conclusos, & cedam syluam procul abesse, & Troiani plurimū timent) nouem dies eum complorabimus, decimo humabimus, & epulo populum accipiemus, undecimo desuper sepulchrū construemus. Postridie uero, si placuerit, pugna committetur. Ad hæc iterum Achilles, Esto ut iubes Priame. Producam in hoc tempus præcliū. Et sic data dextra, ne quid timeret, confirmauit. Dormitum itaq[ue] ierunt. Priamus & preco multa animo uolantes in uestibulo: Achilles autem in conclavi firmissimo cum pulcherrima Bryseide. Iam & alij dij & homines mollem quietem carpebāt, at non

non Mercurius. Volutat enim animo, quonā pacto Priamum sacris inscijs custodibus è castris emitteret. Astitit igitur supra eius caput, his uerbus locutus: Non amplius Mercurios, tibi curæ est Priame, quomodo hic inter hostes quiescas, postquam dimissus es ab Achille? Nunc pro redimendo filio multa largitus es. Pro te autem uiuo ter tantum, qui superstites sunt filij, darent, siquidē & Atrei filius Agamemnon & alij scient Græci. His uerbis perterritus sexier, exurgere præconem iubet. Ipse deus iumenta curru iungit, eaq; pedentim per exercitum agit, ne sentiantur. Cum uero ad uorticosi Xanthi, quem immortalis genuit Iupiter, uadum peruenissent, Mercurius in cœlum euauit. Et iam purpurea aurora per uniuersam terram diffundebatur. In urbē igitur cum fletu exanimem retulerunt. Neq; quisquam Priamu redditum prior, quam Veneri simulis Cassandra persensit. Ipsa patrem in curru, & clamosum præconem & Hectorem super mulis in lecto exanimem uidit. Mox in fletum prorupit, clamauitq;: Si Cassandra quando Troiani redeunte à pugna Hectore lætabamini, nunc quæso qualis restratur, afficite. His uerbis uniuersa commota est ciuitas. Nemo doloris expers fuit. Occurrerunt in porta redcuntibus, & charissima uxor, & uenerabilis mater. Et in currum proruente, exanimem complorante populo amplexabantur. Sic ante portam ad solis usq; occasum in lachrymis perstitiissent, nisi è curru senex ut cederent, dum iumenta transiret, imperasset, inde domi fletu expleretur. Facta eundi copia, regiam ingressi, lecto toreumatibus distincto exanimem posuere. Tum cantores flebile cämen orsi sunt, comploratibus mulieribus. Inter quas Andromache bellicosi Hectoris caput amplexa, Mi Andromache, uir, inquit, sic me in ætatis flore, & quem miseri genuimus
puerum

puerum, reliquisti? quem ego impubem haud dubito eua-
surū. Prius enim hæc ciuitas excidetur. Nam tu & eum,
& castas nurus, & Troianam iuuētutem custodiebas, la-
borabas, & seruabas. Haec nunc breui, & ego unā misere
in Græcorum naues abstrahemur. Tu autem fili, uel me
sequeris, ubi te indigna saeuo sub domino perpetieris, uel
Græcorum aliquis tuo fortasse patri iratus, quod aut fra-
trem filium'ue aut patrem interemerit, arreptum te ē tur-
ri graui morte præcipitem dabit. Siquidem multi Achi-
uorum Hectoris manibus terram mordicus oppetierunt.
Haud enim mitis erat in consertissimo prælio pater tuus.
Propterea cū Troianus populus tota urbe innumeris pro-
sequitur lachrymis. Tu autem mihi Hector incredibilē pa-
rentibus tuis luctū, & mihi in primis relinquis. Non mihi,
extremum spiritum agens, ē lecto dextram dedisti. Nihil
mandasti, nihil monuisti, qui perpetuā tui memoria mihi
in lachrymis agenti reliqueris. Inde comploratibus cun-

Hecuba. Etis, Hecuba, Hector, inquit, filiorū dilectissime, dijs pro-
fecto amicus eras, qui tui curam etiam in morte habuerūt.
Alij ab Achille capti filij, trans mare, aut Sami, aut Ima-
bri, aut in Lemno infidi portus uenierūt. Tu nunc impio
ferro interemptus, cum te circū Patrocli quem interemis-
sti sepulchrum Achilles distractisset, neq; eum suscitasset,
ad nos recens & incorruptus relatus, iaces in atrio, illi
similis, quem arciger Apollo pijs sagittis cōcitus inter-

Helena. Tertia Helena fletu suo omnibus in fletum prorum=
pentibus, Hector, ait, mihi affinium omnium amantissime,
siquidem formosus Alexander sp̄ōsus mihi est, qui me huc
aduexit, utinā prius ipsa perijsem. Iam uigesimus annus
agitur, ex quo huc applicui, quibus non modo malum, at
ne molestum quidem abs te uerbum audiui. Sed siue foro=
res

res tuæ siue fratres, uel socrus, uel socer, in me grauius lo-
 querentur, modestia tua & lenitate contumelias cohibe-
 bas. Idcirco ego nūc te defleo, & me nūserā relictam do-
 leo. Nec; enim aliis mihi benignus aut amicus superest.
 Omnes à me abhorrēt. Hoc pacto & ipsa & alijs lamen-
 tātibus, senex Priamus, Afferatis nunc, inquit, Troiani li-
 gna, neq; formidetis Græcorū insidias, siquidem Achilles
 cum me à classe dimitteret, ante duodecimum diem nihil
 offensuros Græcos mihi pollicitus est. His auditis, populus
 iunctis ad plaustrum bobus & mulis, ad portam in unum
 conueniunt, & nouem diebus immensam coegerunt ma-
 teriam. Decima illucescente die, clatū Hectora cum eiula-
 tu in summa pyra composuerunt, ignemq; subiecerunt.
 Postridie ad bustum Hectoris congregati omnes, ignibus
 primum nigro uino extinctis, alba ossa fratres socijq; pijs
 humectantibus ora lachrymis lecta in aurea urna condi-
 derūt, eamq; purpureis molibusq; uelis opertam quām-
 primum defoderunt, & crebris magnisq; munierūt lapi-
 dibus. Interea exploratores paſſim, ne quid Greſi
 tentarēt, ſpeculabātur. Hoc perfecto in urbem
 reuersi, unā omnes in Priami Ioue ge-
 nit regia lautis expulis accipiū-
 tur. Ita bellicoſo Hectori
 ſepulchrum conſtru-
 etum eſt.

INDEX IN HO-
MERI ILIA=

D A.

- | | | | |
|---|-----------|---|------|
| A camas quorū præ-
occisus | 49.50.313 | Achillis clypeus qualis fue-
rit | 357. |
| Achilles iratus, dona Aga-
mēnonis aspernatur | 173 | Achillis cassis & thor. | 360 |
| Achilles exercitū in quin-
ordines distribuit | 307 | Achilles duodecim iuuenes
Troianos deligit, quos
mactet ad sepulchrū Pa-
trocli defuncti | 383 |
| Achilles Aeneam aliquādo-
in fugam uertit | 378 | Achillis equi dolent ac illa-
chrymantur | 338 |
| Achilles Agamemnonem in-
uasurus gladio à Pallade
ab incepto retrahitur | 10 | Achilles Xanthum equum
alloquitur | 370 |
| Achillis arma capta ab He-
ctore | 333 | Achilles erupto sibi Hecto-
re, complures alios occi-
dit | 381 |
| Achilli arma noua à Vulca-
no facta | 357 | Achilles Græcorum omniū
fertiſſimus | 43 |
| Achilli dona noua aſſeruntur
à matre | 360 | Achilles Apollinem qui uo-
tet iratus | 397 |
| Achilles cithara canit | 166 | Achilles Hectorē fugat circu-
cum urbem Troianā, tā-
demq; occidit | 401 |
| Achillis cum Agamemnone
cōtrouersia s. & deinc. | | Achilles Hectorē currui per
fratis pedibus alligatū, | |
| Achillis cum Agamemnone
reconciliatio | 361 | ad naues trahit | 406 |
| Achillis coma ab ipso inci-
sa | 412 | Achilles Hectorē circu Pa-
trocli ab Hectore occisi,
trahit sepulch. 409. 428 | |
| Achillis cū Aenea congreſ-
sus | 374 | Achilles | |



I N D E X.

- Achilles indignabundus sce-
ptrum humi deiicit 12 dendis Troianis remora-
tur 388
- Achilles in Xantho seu Scā mandro fluvio plurimos Adraſtus ubi olim regnariſt.
Troianos occidit 385. 43
- & deinceps 386 Adraſtus & Amphius (alias
Achilles Myrmidones in Amphion) quorū duces
bellum hortatur 386 inter Troianos 49
- Achilles nec muneribus, nec Adulteriorum Iouis catalo-
precibus legatorū recōci- gus 275
liari potest 173. & deinc. Aegeon quibus alijs nomi-
Achilles Patroclum ad Ne- nibus appelletur 17
storem mittit 222 Aemulatione uirtus cognoscitur 250
- Achillis oratio ad Iouē pro Patroclo 309 Aeneas quorum inter Tro-
Achillem Pallas nectare & ianos dux 49
ambrosia cōfirmat 366 Aeneas ab Apolline morti-
Achilles pro fossa se ostendens, subducitur 95
incutit 351 Aeneas à matre Venere li-
Achillem Vulcanus liberat beratur, ne Diomedis ma-
ab inuadēte Xantho, seu nu intereat 92
Scamandro fluvio 389 Aeneas Aphareū occid. 258
- Achilles ad Grecos principes 414 Aeneam cū Achille cōgres-
sus, liberat diuersæ fa-
ctionis Neptunus 378
- Achilles in honorē Patro- eli ludos instituit 415 Aeneas cum Idomenco cō-
Achilles Priamum prostrat gressus 256
tum erexit 439 Aeneas fugatus aliquādo ab
Achille 375
- Achillem Xanthus fluuius, Aeneas genus, ac genealo-
sive Scamander ab occi- giam suā explicat 376
- Aeneas 388

INDEX.

- Aeneas suasu Apollinis in
Achillem tendit 373
- Aeneam Troiano excidio
superesse, fato decretum
erat 377
- Aeneas quorum filius 49
- Aetolorum naues quot 44
- Aetolorum principes Me=leagrum adeunt 181
- Aetbon equus Hectoris 147
- Aethe equa 416
- Agamemnon somnium suu exponit 26
- Agamemnonis sceptru unde 28
- Agamemnonis priuatae co=piæ, et naues 43
- Agamemno suos hortari nō desistit 98
- Agamemonis apparatus ad bellum 203
- Agamemnonis cum Achille contentio 8. et deinceps.
- Agamemnonis cum Achille reconciliatio 361
- Agamemnon summos Gre=corum principes in conui=uim uocat 38
- Agamemnon ampliss. donis uult placare Achille 164
- Agamemnon cæteris dor=
- muentibus, somnu oculis capere non poterat 186
- Agamemno cū Nestore & reliquis Græcorum principibus noctu consultat 192. et deinceps
- Agamemnon coplures occidit 207. et deinceps.
- Agamemnonis descriptio 57
- Agamemnonis fugam suu det 160. et deine.
- Agamemnon Græcorum omniu eminētissimus 743
- Agamemnon Hiphidamata occidit 212
- Agamemnon saucius est pugna discedit 213
- Agamemnon suos partim laudas, partim increpas, in prælium hortatur 73. et deinceps
- Agapenor quoru princeps, et cuius filius 44
- Agave quidnam deæ sit 347
- Agenoris cum Achille con=gressus 396
- Aiacis Oilei descriptio, copiæ, et naues 41
- Aiacis Telamonij copiae 42
- Ajax

I N D E X.

- Ajax Telamonius Simoisio
occidit 81 nere 63
- Aiacis Telamonij et Hecto-
ris singulare certamē qui
diremptum sit 134 Altitudo cœli iuxta Homē=
- Ajax uolentes iniūcere nau-
bus ignē, occidit 301. 302 rum quantā 23. 24.
- Ajax Telamonius & He-
ctor in singulare descen-
dunt certamen 134 Amorum lenocinia in bal-
theo Veneris 272
- Ajax & Hector mutuis se-
honorat (dirēpta pugna
singulari) munerib. 136 Amphimachus quorū dux
- Ajax Hectorē uulnerat 277
- Ajax Telamonius cū Vlyse
se in palestram descendit
424 Amphinome quid deolæ sit
- Ajax multis cæsis tandem ali-
quādo Hectoris interuen-
tu in fugā uertitur 220 347
- Ajax post Achillem Græco-
rum fortissimus 48 Amphithoë deolarum mari-
- Aiacis uirtus in tuendo Pa-
trocli corpore 331 narum una 347
- Alcimedon quis, & cuius fi-
lius 309 Antiphus quorum dux, &
cuius filius 31. 81
- Alexander prouocat fortis-
simum quemq; 52 Aper devastans agrum Ca-
- Alexander decernitur pu-
gnare cum Menelao 59 lydonium. 180
- Alexander liberatur à Ve- ne occidatur 396

F Apollo

I N D E X.

- Apollo à Diana reprehensus, nihil respondet 393
- Apollinis aliquot epitheta s. 19
- Apollo Aeneam liberat 95
- Apollini committitur Hector 287
- Apollo boues Laomedontis pavit 393
- Apollo citharam pulsat in deorum conuiuio 24
- Apollo cū Neptuno in singulare prodire certamen recusat 393
- Apollo Græcis cur pestem immiserit 5
- Apollo Græcis placatur 20
- Apollo Heclorem saucium, instauratis viribus, ad redeundum in prælium horatur 287. & deinc.
- Apollo Troianos ad redintegrandum prælium horatur 82
- Apseudes cuiusmodi dea 347
- Aquile augurium 235
- Arcadum princeps quis, nauesq; quot 43.44
- Arcesilaus quorū princeps 41
- Arcesilai copie, & naues 41
- Archilochus quorū dux 49
- Argiuorum duces & naues 42.43
- Arion equus 417
- Ars quid poscit 416
- Ascalaphus cuius filius, & à quo occisus 163. 257
- Ascalaphi copie, & naues 41
- Ascanius quorum dux 30. 501
- Asis Hecubæ frater, quorū dux 30
- Asis temeritas, et mors 233. 254
- Assaracus cuius filius, cuius ius'ue pater 376
- Astyanax Hectoris filius 408
- Astyloche quorū mater, cuius filia, & à quo stuprata 41
- Ate Louis nuncia 363
- Atheniēsiū dux et naues 42
- Augias Epiorum rex 224
- Auguria Hector contemnit 236
- Augurium optimū, pugnare pro patria 237
- Automedon

I N D E X.

- Automedon quis, & quid Castor equorū domitor. 58
 egerit 307. 339. 369 Cæneus quantus & qualis
 B 13
 Balias equus Achillis 307 Cebriones seu Cebrion cuius
 Balteus Veneris, in quo amo ius frater 324
 res 272 Cebrionem Patroclus occidit 324
 Batiae quid 49 Certamen eorum qui cursu
 Bellerophontis fabula 114. 115 Centimanus gigas 17
 Boëtiorum principum catalogus 41 Certamen pedum contendere uel= lent 425
 Bonarū mentium est retractare sententias 286 Certamen telis certantium 115
 Briareus 18 Certamen sagittariorū 427
 Bryseis ab Achille auferitur 15 Certamen disco certantium 115
 Bryseis redditur Achilli 367 Certamen iaculatorum 427
 C Certamen pugilum 423
 Calchas monstrū Græcis 367 Cestus Veneris cuius effica=cia 272
 uisum interpretatur 36 Chimera descriptio 115
 Calchas uates causam aperte rit pestis 7 Chryse ad Apollinem precess 5
 Callianassa deola marina 347 Chryseis redditur patri 14.
 ibidem 18
 Callianira ibidem Chromis quorum dux 50
 Calliope aliæq; sorores ab Homero inuocantur 3 Ciconum princeps quis 50
 Calydonius aper 180 Cille præses Apollo 5. 19
 Capys cuius filius, cuius' ue pater 376 Cithara Achillus, cuius ana=tea fuerit 166
 376 Cleopatra cuius uxor, quo=

F 2 rum

I N D E X.

- | | | | |
|------------------------------|---------|------------------------------|-----------|
| rum'ue filia | 181 | Deorū domus distincte | 24 |
| Clitius (alias Clitus) cuius | | Deorum dona nemini obij- | |
| filius | 376 | cienda | 33 |
| Clonij copie ex naues | 41 | Deos in concilium uocat ius | |
| Clymene qualis dea | 347 | stitia | 370 |
| Contentionis siue peruica- | | Deorum inter se pugna et | |
| ciae descriptio | 79 | conflictus | 391 |
| Coon cuius filius, à quo oc- | | Dexamene dea quæ | 347 |
| cisus | 212 | Dij alij alijs fauent | 372 |
| Cretensium princeps quis, | | Dij pro uoluntate augēt uira | |
| nauesq; quot | 44 | tutes minuuntq; | 376 |
| Curetum & Aetolorū cer- | | Dij quāuis natura dignio- | |
| tamen | 180 | res nobis placantur | 178 |
| Cursum certamen | 423 | Dij facile ab hominibus di- | |
| Cymodice cuiusmodi dea | | gnoscuntur | 245 |
| 347 | | Dij alijs alia confrunt | |
| Cymothoë qd deæ sit ibi. | | 263 | |
| D | | | |
| Dardani genus, & equæ | 76 | Dij non omnia uni dant | |
| quot | 376 | Dij exangues & immorta- | |
| Deorum aduersus Iouē con- | | les | 92 |
| juratio | 17 | Dij complures ab homini- | |
| Deorum corpora cūtius sa- | | bus uulnerati | 93.94 |
| nantur | 109 | Dij super Hectoris sepultu- | |
| Deorū alij cōtra alios stant | | ra inter se contendunt | |
| in prælio | 371.372 | 428.429 | |
| Deorum concio, seu conci- | | Diana aprum immittit in | |
| lrium | 66.370 | agrum Calydonium 180 | |
| Deorum diuersa studia er- | | Diana Apollinē increpans, | |
| ga Troianos & Græcos | | ab Iunone uerberatur | |
| 371 | | 393.394 | |
| | | | Difficile |

I N D E X.

- Difficile est uni pugnare cū Diomedes Martem uulne =
multis 379 rat 108
- Diomedis copie & naues Diomedem Pandarus uulne
42 rat 86
- Diomedes à Pandaro uul= Diomedes Pandarum occia=
neratur 86 dit, Aeneā quoq; occisu=
- Diomedes cum Sthenelo au= rus, nisi eū occulisset Vea=
- riga 78.90 nus 91.92
- Diomedes obstupefactus, suos alloquitur 100
- Diomedis & Glauci per= Diomedes quanquam inui=
- mutatio 117 tus, tamen Nestoris per=
- Diomedes Mineruam inuo= suasione in fugam uerti=
- cat 195 tur 146
- Diomedes Hectori attonito Diomedes Venerem ipsam
- insultat 214 uulnerat 92
- Diomedes Agamēnoni fugā Disci certamen 426
- suadenti refragatur 161 Dinamene dea qualis 347
- Diomedes à Paride uulnera Dolia duo in limine Iouis
- tus, pugna excedit 216 439
- Diomedes Aeneam et Pan= Dolon explorator accessu=
- darum expectat 90 rus ad Græcorum castra,
- Diomedis & Glauci con= ab Vlysse et Diomede in=
- gressus 113 tercipitur 197
- Diomedes et Vlysses explo Dolō Rhesum prodit, mox
- ratum eunt 194 interficiendus à Diome=
- de 199
- Diomedes etiam saucios in Doris quid 347
- prælum ire uult, neceſſi= tate cogente 270 Doto que dea sit 347
- Diomedes Palladis auxilio Dryas (alibi Dryus) qualis
- multos occidit 87 quantusq; uir 13

INDEX.

- E uolans, quid indicarit
 Elaphenor quoru^m dux, 194
 & qualis, & eius copie Euboicoru^m dux nauesq; 41
 ac naues 42 Euphemus quorum dux 50
 Epeus uictor inter pugiles Euphorbus Patroclum uul-
 nerat 326
 424
 Epistrophus quoru^m dux 50 Euphorbum Menelaus oce-
 Epistrophi copie & naues cedit 329
 41 70
 Ennomus (alias Ennomus) canus 335
 quorum dux 50 Eurybates pre^co cuius 15.
 Equus Achillis ipsi domino 30
 loquitur 369 Eurypylus cuius filius, quo-
 Equorum Achillis nomina rum'ue dux 47
 307 Eurypyli copie & naues
 47
 Equi Achillis immortales, la chrymas emittunt 338
 Equae Eumeli ueloci^sime Exadius quis quantusq; 13
 . 47.48 F
 Equorum Hectoris nomina Factum quod est, nouit
 147 & stultus 375
 Equae Dardani, ex Borea Foedus inter Grecos et Tro-
 uento grauide 375 ianos feritur 59.60
 Equestre certamen in hono- Foederis serendi ritus 59
 rem Patrocli 415.416 Foederis rupendi autor Pal-
 Erichtheus quis, quorum'ue las ab Ioue missa 69
 rex 42 Foedus à Pádaro rumpitur
 69
 Erichthonius cuius filius, et G
 cuius pater 375 Galatea 347
 Erodion iuxta Vlyssem atque Diomedem præter Ganymedes quis 376
 Glaucus & Diomedes con-
 gressus

I N D E X.

- | | |
|---|----------------------------------|
| gressuri, se se agnoscunt,
ac sine conflictu discen= | cij, tamē in prælium hora |
| dunt 116 & deinc. 270 | tatu Diomedis redeunt |
| Glaucus et Diomedes arma | <u>Graci</u> , ægide ab Apolline |
| permuntant 117 | mota, in fugam uertūtur |
| Glaucus quorum dux 51 | 290 |
| Glaucus uulneratur 317 | Græcorū naues oppugnan |
| Glauce cuiusmodi deola | tur 292 |
| 347 | Grea Helenæ fidissima com |
| Gratia cōtubernalis Vulca | mes 63 |
| ni 355 | Gruū cū Pygmæis bellū 31 |
| Græci peste eur laborent 5 | Guneus quorū princeps, ea |
| Græci uolentes redire in pa | iusq; copie, ac naues 42 |
| triā, Vlyssis oratione re- | H |
| primuntur 30. & deinc. | Halie cuiusmodi dea 347 |
| Græcis in Aulide uisum por | Halisonū principes qui 50 |
| tentum 35 & deinc. | Hebe deorum pincerna 66 |
| Græcorum ad Troiam au- | Hebe currum adaptat 104 |
| xilia 41 & deinc. | Hector spōdet sacrificia Mi |
| Græcorum duces enumerā= | nruæ per matrem 118 |
| tur 41 & deinc. | Hectoris & Aiakis singula |
| Græci sortiuntur, quis ipso | re certamen 134. 135 |
| rum cum Hectore in sin= | Hector ensem argenteo ca= |
| gulare certamen descen= | pulo dat Aiaci 136 |
| dat 132 | Hector Græcis insultat 146 |
| Græci castra sua, muro, fos= | Hector equos suos alloqui |
| fa & uallo muniunt 140 | tur 147 |
| Græci fugiunt 144. 342 | Hector quorum dux 49 |
| Græcorum castra capiu= | Hector quos intereruit 213 |
| tur 243 | Hector Alexandrum conui |
| Græcorū principes et si sā | cij, incessit 264 |

I N D E X.

- Hector fuga salutem quæsi
uit 313 Hector ab Apolline pristi= nis viribus restitutus, in
- Hector Patroclum saucium
occidit 327 Hector à Glauco obiurgat
- Hector deterretur congregati
cum Achille 339 Hector à Minerua decipiatur
- Hector cū Achille congreſsus
morti subtrahitur 380 Hector à suis lugetur
- Hector ab Achille fugatur 408 Hector asidue unum Aiacc
petebat 402 292
- Hector ab Achille occiditur 404 Hector Polydamantis sena= tentiam refutat 352
- Hector ab Achille curri al
ligatus, ad naues pertra= 406 126
bitur Hector cum Paride in pre= lium egreditur
- Hector ab Achille circum
Patrocli sepulchrum tra= 409 124
bitur Hector cum, qui fortissimus
sit inter Græcos, ad fin=
- Hectoris corpus Priamo ab
Achille redditur, sed solu= 440. 441 129
to precio 440. 441 Hectoris equi quæ habue=
- Hector ab uxore & matre
deploratur 45. 44 147 147
Hector Polydamantis sena=
- Hector armis Achillis indui
tur 333 tentia refragatur 236
- Hectoris rogus & sepultu= 445 236
ra 236 Hector auguria contemnit
- Hector Patroclū mortuū al
loquitur 327 Hector castra Grecorū cas
- Hector uulneratus ab Aiace
è pugna auferitur 278 Hector mortuum Greco= bastic

INDEX.

- hastis petunt 405 Hercules ab inferis reddit be
 Hector nauibus Gr̄ecorum neficio Palladis 153.
 iniicit ignem 301 Herculis erumnæ unde cœ-
 Hectori neq; à patre neq; à perint .362.
 matre persuaderi potest, Herculī murus cur à Tro-
 quò minus cum Achille ianis extractus 374
 congregiatur 398 Hippothous quorum dux
 Hectoris redimendi causa 30
 Priamus ad Achillem 10= Hippodamia 253
 uis iussu accedit 384 Horæ deæ, portarū cœli cu-
 Hecuba ostentans filio ma= stodes 105.154
 nullā, rogit ut ab Achil- Hyrtacides Asius quorum
 le discedat 399 princeps 30
 Hecuba Priamo, ne Achilli I
 se credat, suadet 361 Iaculatorum certamen
 Hecuba cum cœteris fœmi= 427
 nis primarijs Palladē pla Idomenei copie et naues
 catura, templum accedit 45
 120 Ilus cuius filius aut pater
 Helena spectatrix eius cer- 376
 taminis, cuius ipsa præ= Ira perturbatrix omnium
 mü futura erat, enarrat 348
 Priamo Gr̄ecorum ducū Iram diuinam, et si tarde sup
 nomina 37. et deinc. plicum sumat, aliquando
 Helena fratres suos ad Tro tamen sumere 71
 iam desiderat 58 Iupiter fata Gr̄ecorum et
 Helena ad Paridē in cubi- Troianorum qui ex ami-
 culum introire coacta à net 144
 Venere 64. et deinc. Iupiter Iunonem ligat, su-
 Helenam reddi suadet, sed spenditq; in altum 281
 frustra Antenor 138 Iupiter non omnium cogi-
 F 5 tationes

INDEX.

tationes ratas facit	333	catus	114
Iouis sententia sepe uaria=		M	
tur	341	Machaon quorum prin=	
Iunonis cum Ioue alterca=		ceps, & eius copie ac	
tio	66.67.156	naues	47
Iuno Diana ueberat	394	Mera cuiusmodi deola	
Iunonis currus	104	347	
Iuno Iouem fallit	362	Martis & Mincrue con=	
Iuno quas urbes maxime di		gressus	391
lexerit	63	Medicus multis alijs pollet	
Iuno uulnerata	94	& præstat	219
Iuuentus instabilis	55	Meleager <u>aprum</u> occidit	
L		180	
Lampus cuius equus	147	Melite cuiusmodi deola	
Lampus Priami frater, cu=		347	
ius filius	376	Menelai copiæ & naues	
Laomedon cuius filius, &		43	
quorum frater	376	Menelaus Helenam suā re-	
Laomedontis perfidia	393	petitum uenit	58
Leiti copiæ & naues	41	Meneptolemus quoru prin	
Limmoria quid deæ sit		ceps, eiusq; copiæ & na=	
	347	ues, quot aut quantæ	47
Lite Iouis filie, quas Laur.		Menesthei (seu Mnesthei)	
Valla Preces interpret=		copiæ, naues	42
tur	178	Mesthles quorum dux	51
Locrensum dux & naues		Mercatura exerceatur rerū	
	41	permutatione	141
Ludi celebrati in honorem		Mercurius deorum nuncius	
Patrocli	415	394	
Lycaon Priami filius	383	Mercurij uirga & talaria	
Lycurgus à dijs cur exce=		433	
		Meriones	

I N D E X.

- Meriones cuius auriga, & Nestoris copie & naues
 quam bellicosus 45 43
 Minerue auxilio Achilles Nestoris ad Iouem prece=
 Hectorem occidit 404 tio 292
 Molimentum prælii in mæc Nestor suos ad prælium in=
 nibus, consilij in uerbis struit, & quid faciendum
 321 eis sit, edocet 75
 Mortem effugere nemo po Nestoras decem sibi optat
 test 125 Agamemnon 37
 Mori pro patria, pulchrum Niobes liberi ab Apolline
 est 297 & Diana occisi 442
 Mortuis non inuidendum Nireus cum quot nauibus
 139 uenerit ad Troiā, & eius
 Munera Achilli ab Aga= quanta pulchritudo 45
 memnone data 366 Non omnia uni à dijs dona
 Murus Græcorū à dijs de= tur 45
 struitur 230 Nox Somnū liberat ab ira
 Muri Troiani à quibus ex= Iouis 273
 tructi 393 O
 Myceneis quis præfuerit Oeneus quorum rex, cu=
 42 iusq; pater 44
 Myrines sepulchrum 49 Oribyia deola que 347
 Mysiorum principes qui Othryoneus occiditur 233
 50 P
 N Pallas Martē uincit 392
 Nestes quorum dux 51 Pallas Venerem humi ster=
 Neptunus Troianorū mu= nit 392
 ros ædificat 393 Palestritarū certamen 424
 Nereidum nomina 347 Pandarus cuius filius, quo=
 Nemertes quid ibidem rū'ue imperator 49.86
 Nesaea ibidem Pandarus fœdus uiolat 69
 Panope

INDEX.

- Panope cuiusmodi deola 347 Perenos quid 435
 Peruicacia dea, & quo misse
- Paphlagones qui 50 sa 90.204
- Paridis naues à quo edificatae 85 Percosius longe omnium doctissimus diuinandi 49
- Paridis temeritas & timor, & singulare cū Mene= 347
- lao certamē 52. & deinc. Phorcus quorum dux 50
- Pasithea Charitū una, Sō= mno defponsatur 274 Pirithous quantæ autoritatis uir 13
- Patroclus Troianos inua= dit, plurimosq; cedit 311 Pirous cum quibus Troiam uenerit 50
- Patroclus Sarpedonem occidit 317 Phrygiorum principes qui
- Patroclus ab Hectore stratus occisusq; 327 Philoctetes quoru= dux 46
- Phocensium duces qui 42
- Patrocli corpus ab Hectore rapitur 350 Podarges equa cuius mater
- Patroclus à Græcis, præser= tim ab Achille, defletur 351 Pollux strenuus cæstibus 58
- Preces seu Litæ deo=rum angelii 15
- Patrocli umbra Achilli se ostendit 411. 412 filiae 178
- Patroclo cremato & sepulto ludos facit Achil. 415 Item non debet 25
- Pedasus equus Achillis 307 Priami genus 376
- Felia hasta Achillis, cuius= modi fuerit 306 flet 406
- Peiora in cōtētionibus semper uincere 23 Priamus iussu Iouis, redi= mendi Hectoris causa ad
- Penelei copie, naues 41 Achillis accedit tentorium

INDEX.


- rium 432 me à dijs exaudiatur 17
 Principis cura 23 R
 Proto deola maris 347 Regum est, ut affectus co=
 Prothous quorum dux, & hibent 364
 eius copiae ac naues 47 Reges offense raro obliuie
 Podargus equus Hectoris scuntur 6
 147 Regum potestas ab Ioue
 Podalyrius medicus, & eius est 31
 copiae ac naues 47 Rhesus Thracum rex pro=
 Polites Priami filius 49 ditur, ab Diomede occi=
 Polydamantis sententiae, ut ditur, eiusq; equi abdu=
 urbem repeatant Troiani,
 cuntur 99.200
 refragatur Hector 351 Rhodiorum princeps 45
 Polymela à Mercurio cō~~s~~
 pressa 308 Sagittariorum certamen
 Polyphemus quantus fuerit 427
 uir 13 Salaminiorum dux 42
 Portæ cœli 105 Sarpedon quoru dux 51
 Portentum Græcis uisum in Saturni filij tres, qui omnia
 Aulide 36 inter se diuiserunt 286
 Prothenoris copiae & naues 41 Saucius prælio inutilis 268
 Pyleus quibus præfuerit Scamander fluuius, qui &
 30 Xanthus 387
 Pylemeneus quoru dux 50 Schedij copiae & naues 41
 Pyræchmes quoru dux 50 Sceptrum Agamemnonis.
 Pugilum certamen 423 Scyphus Achillis 309
 Q Socus Caropi fratri subsi=
 Qualia dixeris, talia au=dio ueniēs, ab Vlysse tru
 dies 376 cidatur 217.218
 Quis uel cuius oratio maxi Somnia ab Ioue
 Somnus

INDEX.

- Somnus Pasitheat amat Priami frater 376
 274 Troianorum auxilia 49
- Somnium principis nō ne= Troianorum occisorum ca
 gligendum 27 talogus 311, 312
- Spiο deolarum maris una Troianorum ducum nomi=
- 347 na 49. et deinc.
- Stentoris uox 106 Troiani Gr̄ecorum castra
- T capiunt 243
- Talaria Mercurij 435 Troianæ Palladem placat
- Talpius quorum dux, cu= turæ, templum adeunt
 ius'ue filius 44 119
- Talthybius Gr̄ecorū p̄re= Troiani in urbem se reci=
- co 15 piunt p̄a metu 397
- Tamia ancilla Priami 434 Tros cuius filius, cuius'ue
- Tenedo p̄f̄s̄det Apollo 37 pater 376
 19 Turbo, qui et Strombus
- Thalia quarum dearū una 278
- 347 V
- Thamyris fabula 43 Venus Paridem liberat
- Thersitæ importunitas ac 63
- oratio 32 Venus Hectoris corpus ro=
- Theseus quām excellēs uir 43 faceo et diuino oleo per=
- 13 fudit 413
- Thestoris filius Calchas 6 Venus à Diomede uulnera=
- Thetidis fletus ob mortem 92 tur
- Patrocli 347 Venus saucia, à Dione con=
- Thoantis copie, naues 44 solatur 93
- Thoë Nereidum una 347 Venus decepta Iunoni bal=
- Tlepolemi copie, naues 45 teum suum tradit 272
- Titonius Laomedōtis filius, ta Venus à Pallade humiliata
- Virtus 292

I N D E X.

- | | | |
|-------------------------------|-----------------------------|-----|
| Virtus hominum coagmen= | Achilli arma cudit | 357 |
| tata (seu coaugmentata) | Vulcanū Thetis ab interitu | |
| plus pollet | liberat | 355 |
| Vinum quam habeat uirtus= | Vulcanus nouē annis apud | |
| tem | Thetidē et Eurenomen | |
| Virga Mercurij | moratur | 355 |
| Vlysses Chryseidem ad pā= | Vrbes Iunoni charæ | 68 |
| trem reducit | X | |
| Vlyssi in pugna uirtus | Xanthus Hectoris equus | |
| 217 | 147 | |
| Vlysses discribitur | Xanthus equus Achillis | |
| 57 | 307 | |
| Vlysses dux Cephaleniorū | Xanthus equus domino suo | |
| 44 | loquitur | 369 |
| Vlysses ad Achillem recon= | Xanthus fluuius Ioue geni= | |
| ciliatum | tus | 382 |
| 365 | Xanthus fluuius Achillis co | |
| Vlyssi quale fuerit oratio= | natibus obstat | 388 |
| nus genus | Xanthus Simoënta et ipsum | |
| 58 | fluuium inuocat, ut adsit | |
| Vlysses Troiam uenit repe= | sibi in opprimēdo Achil= | |
| titum Helenam | le | 389 |
| 58 | Xanthi uis à Vulcano qui | |
| Vlysses Agamemnoni fugā | cohibita sit | 390 |
| suadenti refragatur | Xanthus, seu Scamader iu= | |
| 269 | noni supplicat | 398 |
| Vlysses cum Aiace in pale= | Z | |
| stram descendit | Zacynthij quem ad Tro= | |
| 424 | iam secuti | 44 |
| Vlysses Græcorum gloria | F I N I S. | |
| 203 | | |
| Vlyssi copie ac naues | | |
| 44 | | |
| Vulcanus è celo deiicitur | | |
| 24 | | |
| Vulcanus ridetur à dijs alijs | | |
| ob claudos pedes | | |
| 24 | | |
| Vulcanus roga: u Thetidis | | |







A
H.

N. Tab. IV. n° 42.